CONSTITVTIONES
REGVM
REGNI VTRIVSQVE SICILIÆ.

CONSTITVTIONES

REGVM REGNI VTRIVSQVE SICILIÆ

M A N D A N T E

FRIDERICO II. IMPERATORE

P E R

P E T R V M D E V I N E A

CAPVANVM PRÆTORIO PRÆFECTVM, ET CANCELLARIVM

C O N C I N N A T Æ

NOVISSIMA HAC EDITIONE SVMMÀ CVRA RECOGNITÆ, ET INNVMERIS PROPE, QVIBVS ANTEA SCATEBANT, ERRORIBVS, OMNINO PVRGATÆ

AD FIDEM ANTIQVISSIMI PALATINI CODICIS

C V M

GRÆCA EARVMDEM VERSIONE

E REGIONE LATINI TEXTVS ADPOSITA

QVIBVS NVNC PRIMVM ACCEDVNT

ASSISIAE REGVM REGNI SICILIAE

E T F R A G M E N T V M

Q V O D S V P E R E S T

REGESTI EIVSDEM IMPERATORIS

A N N. 1239. & 1240.



N E A P O L I

EX REGIA TYPOGRAPHIA

ANNO MDCCLXXXVI.



FERDINANDO

INVICTO CELSISSIMOQVE
SICILIARVM ET HIERVSALEM REGI
PRINCIPI OPTIMO
PIO FELICI AVGVSTO

Cum *Augustissimum*, *quod Deus æternum sospitet*, Tvi *Nomen*, Princeps Munificentissime, *in hujus Codicis Fredericiani fronte & præsens hæc & futura ætas intuebitur*,


tur, futurum nunquam spero, ut mihi audaciæ nota, quasi magna parvis componenti, inuratur. Ecquid enim est in totis, qua late patet, regni finibus, quod usuram nominis Tvi *potiori jure sortiri queat, quam id quidem operis, quod* Tvo *numine, & auspiciis incæptum,* Tvo *tandem auxilio & patrocinio est absolutum? Et enimvero si maximus ille* Fredericvs *Imperator, cujus præclara gesta, & gloriam immortalem æmularis, ad superas iterum rediret auras, eccuine nisi* Tibi *ipsi præstantissimum hoc amoris sui in populos monumentum dicandum, consecrandumque curaret? Cum enim* Te *intelligeret ad procreandam populorum felicitatem unice natum, qui tanta contentione, & studio in publica commoda mentem, cogitationemque intendisti; ipse sibi merito gratularetur, quod in* ejvs Principis *fidem suæ* Constitutiones *sese reciperent, qui ad dignitatem pristinam justitiæ jura summopere revocare enitatur. Et quidem erit semper hoc in* Te *maximum; & post ingentes grati animi significationes, quas ab omnium ore in æternitate temporum, famaque rerum eliciet usque singularis illa magnanimitas, qua tum pri-*

privatæ tum publicæ rei maritimæ rationum impensissime satagis, non nemo profecto TE *ad legum patriarum decora atque ornamenta amplificanda aggressum digno laudum præconio superis æquabit. Quæ cum ita se habeant, non longa opus erit oratione, qua huic* Operi TVVM *patrocinium aucuper, siquidem minime ego, quod temeritatis arcessi quiret, ad regale solium illud impuli; sed ipsum per se sibi præfidens a retro seculorum injuriis, calamitatibusque ad arcem humanitatis, pietatisque* TVÆ *confugit. Illud igitur amplecti, ac benigne tueri ne dedigneris, & sine ut* TVO *numine, & nomine decorum, nil a Temporis vi detrimenti metuens, certa immortalitate donetur.*

Neapoli ex Ædibus Regii Typographei septimo Kalendas Octobres 1786.

NVMINI MAIESTATIQVE TVÆ

Devotissimus, & humillimus famulus
Cajetanus Carcani *R. Typogr. Præfectus.*



PRÆFATIO

LEGVM Municipalium, sive patriarum corpore e Regio hoc Typographæo prodeunte, nemo sane erit, cui mirum videatur, si fateamur ultro tam gratum nobis esse huic Operi admovisse manus, quam quod gratissimum. Nam si plerumque maxima voluptate perfundimur, cum vel exoticarum Civitatum, vel vetustarum Vrbium, quarum vix superest nomen, mores atque instituta rimari datur, quantane animi lætitia quidquid Patriæ rationes, legesque proxime spectat excipiemus? Et enimvero hic ipse fuit in patriam amor, qui maxima plane molestia nostros oculos in tot *Frederici* Constitutionum Editiones obvertebat, quæ vel prorsus depravatæ, vel, si multorum Præclarissim. Virorum medicas subiere manus, nondum pristinæ sanitati sunt restitutæ, nec ad rectam legum intelligentiam revocatæ. Beneficentissimam igitur FERDINANDI IV. curam nulla ætas reticebit, cujus auspiciis

nova hæc earundem Constitutionum Editio omnibus aliarum incommodis purgata, ad primigeniam dignitatem redacta tandem creditur luci. Cujus operæ pretium ut clarius niteat, juvat tum in Constitutionum origine, tum in earundem Editionibus parumper immorari.

Constat *Fredericum*, cum eo industriæ nervos intendisset, ut sui imperii jura adversus Romani Pontificis conatus, a quo sæpius acriter dissidebat, sarta tecta haberentur, præcepisse, ut tum nonnullæ Regum *Rogerii*, & utriusque *Guilielmi* leges, quas opportuniores duxit, tum quæ a seipso hactenus promulgatæ fuerant, quasque addere sibi visum est, in unum corpus ad commune jus Siculum constituendum conficerentur. Factum id fuit opera, & studio viri supra ceteros Clarissimi *Petri de Vineis*, qui Cancellarii munus apud Imperatorem obibat; & quamvis ab hujus Codicis promulgatione vehementer per Pontificem *Fredericus* deterreretur, anno tamen MCCXXXI. (qui male in vulgatis Editionibus est MCCXXI.) solemni Concilio Melfiæ habito, publici illas juris fecit.

Cum autem nihil antiquius *Frederico* esset, quam ut in omnium suorum Civium manibus Constitutiones versarentur, cumque sibi compertum esset nonnulla adhuc esse in utraque Sicilia Oppida, ubi Græcus sermo ab actis saltem publicis nondum exsulaverat, Codicem, qui Latino idiomate fuerat donatus, ad Græcum etiam transferri jussit. Verum Latinarum Constitutionum autographo pessimo publico, atque Andegavensium injuriis deperdito, vix credi potest, quanta labe cuncta, quæ circumferri cœperunt exemplaria, fuerint fœdata; cum alii nonnullas sapientissimi Imperatoris Constitutiones, quippe quæ Romano Pontifici adversæ, atque adeo iniquæ traducerentur, præterirent; alii λευκῷ λιθῷ λευκῇ σαθμῇ ineptissimas explicationes, quæ tenebras potius pro luce obfunderent, intersererent; donec advecta Neapolim typographica Re, ex tam lutulentis exemplaribus prima emersit per *Sixtum Riessinger* Regnante optimo Rege *Ferdinando* Editio Non. August. anno MCCCCLXXV. Quæ vero deinceps subsecutæ sunt ann. MCCCCCXXXIII. MCCCCCXXXV. MCCCCCXXXXI. MCCCCCLI. aliæ aliis nequiores, tantum abest, ut a tanto dedecore abhorruerint, ut pristinæ fæditati novæ semper accesserint. Nitidiores procul dubio, licet suis iisque non paucis laborent vitiis, in *Codice Legum Antiquarum Lindebrogii Francofurti* edito Constitutiones nostræ leguntur; sed nescio quo fato secutæ editiones Lindebrogii Codicem non consuluerint; ut vel ea quæ anno MDCCLXXIII. prodiit plurimis scateat erroribus. Quamvis autem plures Cl. viri *Bartholomæus de Capua*, *Marcellus Bonus*, *Jacobus de Ayello*, *Lallus a Tuscia*, *Sebastianus Napodanus*, *Marinus de Caramanico*, *Lucas de Penna*, *Nicolaus*

Supe-

Superantius, *Matthæus de Afflictis*, aliique innumeri, qui a *Iannonio* (1) aliisque recensentur, in illustrandis hisce Constitutionibus insudarint, tamen quod dicitur *αἰθίοπα σμήχειν* conati sunt.

Cum igitur in tanta rerum perturbatione salebrarum satis objiceretur, ita se nostri instituti ratio habuit. Quoniam sollertia *Stephani Patritii* Regii Supremi Regalis Cameræ S. Claræ Senatus Vviri meritissimi, viri ingenuarum artium non minus, quam Iurisprudentiæ laude spectatissimi in Bibliotheca PP. Carthusianorum S. Martini hujus Civitatis primæ Editionis anni MCCCCLXXV. exemplar repertum fuit, & in Regiam Potestatem devenit, hoc ipsum, cui *Codicis Palatini* nomen indidimus, selegimus, quod *ἰξονυχίζοντες* sequeremur. Latino huic textui Græcum adtexuimus; & est is quidem e celebri illo exemplari, quod in Regia Parisiensi Bibliotheca num. 3370. asservatur, & Constitutiones ipsas Græce transcriptas continet, quæ pro Vrbibus Græco adhuc sermone utentibus *Frederici* jussu, ut jam innuimus, fuere prolatæ. Hujus Græci Parisiensis Codicis exemplar Regis nostri opera, accurantibus *Johanne Capperonerio* Regio Parisiensi Bibliothecario, & *Ferdinando Galiani* nunc Supremi *Commercii* Magistratus VIviro sapientissimo, de quo quod satis pro merito dicamus non habemus, tunc scriba pro legato Regis Siciliarum apud Regem Galliarum, huc Neapolim transmissum quantum splendorem, quantamque utilitatem Editioni huic nostræ adserat nemo non videt. Clariss. *Montfauconius* (2), qui titulos omnes Græcarum Constitutionum profert, postquam etiam characterum formas exhibuisset (3), hoc exemplar ait ex ipso autographo, & adhuc imperante, & in Sicilia regnante *Frederico* sibi videri descriptum. Quod quidem tum ex forma characteris liquet, tum etiam ex notis, quas subinde inserit scriba prima manu, & minio descriptis, nempe *βασιλεὺς Φρεδερίκος ἀειαύγουστος*, *Ἰταλικὸς*, *Σικελικὸς*, *Ἱεροσολυμιτης*, *ἀρελατενσης*, *εὐσεβὴς*, *εὐτυχὴς*, *νικητὴς*, *καὶ τρόπαιοῦχος*. Fatendum tamen est Latino textui Græcum Codicem non recte quadrare, quippe cum sententias quamplurimas qua mutilas habeat, qua prolixiores, integris etiam titulis qua omissis qua adjectis. Patet igitur non *κατὰ λέξιν*, sed ad Græculi cujuslibet libidinem, licet ut *Montfauconius* arbitratur, ad Regis nutum, omnia fuisse transcripta: at ubi recto stat talo sententia, lucem quammaximam Latino textui Græca verba præbent.

Dum autem his incommodis qua opportuniore possemus medela occurrere cogita-

(1) *Lib. 16. Hist. Civil. cap. 8.*
(2) *Palæograph. Græc. lib. VI.*
(3) *Ibid. lib. IV. cap. 8.*

gitaremus ; ad rem vir non minus ingenuis artibus & penitiore eruditione , quam integritate morum laudatissimus, *Dominicus Diodati*, advertit exemplar Græci alterius Codicis Imperialium Constitutionum Romæ in Bibliotheca Barberina prostare . Hunc statim exscribi , atque ad manus habere summæ nobis curæ fuit. Vtrumque igitur Græcum textum , & Latinas omnes admodum Editiones comparantes, varias quascumque lectiones sedulo adnotavimus, ejusque ad calcem voluminis adnectere curavimus. Vides igitur Lector humanissime, id tantum fuisse consilii, textum scilicet tum Græcum, tum Latinum, emendatiorem quoad fieri posset exhibere : commentariorum nulla nobis cura . Eo enim , sublatis per nos textus mæandris , atque anfractibus , facile cuivis erit recto tramite pedem inferre . Et licet tam multa , ac ea sint , quæ facile ex hisce Constitutionibus erui possent ad penitiorem illius ævi historiam recte perscrutandam , tantamque famem nobis crearint , ut animus, veluti apud *Aristophanem* ille:

Εἶτα πείνων τοῖς χοροῖς τῶν τραγῳδιῶν ἄχθοιτο.

tamen adacti temporis angustiis id ultro prætermisimus, ne moras nectendo longius, quam par erat, præsens editio differretur, cum sextus jam redierit annus, ex quo fidem de ea præstanda obligaverimus. Præter quam quod abunde novimus *Franciscum Daniele* Regium Regni Historiographum, multis mihi nominibus observandum, summæ eruditionis, humanitatis, atque omnium virtutum genere bonis omnibus carissimum jamdiu huic labori incumbere . Cum enim Svevam historiam aggressus sit, ab eo nempe tempore exordium sumens cum *Henricus VI. Constantiam Rogerii* filiam uxorem duxit , usque ad *Curradini* necem ; hæc unius & septuaginta annorum spatia totam tum *Friderici* , tum *Manfridi* , *Curradi* , & *Curradini* vitam concludunt. Et quoniam pro re nata tum in *Friderici* Constitutiones, tum in Epistolas *Petri de Vineis* manus ei fuerunt inferendæ , utriusque operis novam molitur elegantissimam editionem . Nam *Petri de Vinea* epistolas cum pluribus mss. atque retroactis editionibus conferens , commentitias a veris expunxit ; atque improbo perfunctus labore sua cuique loca , & tempora præfinivit . In Constitutiones vero amplissimo commentario , non forensi eo quidem , ut hactenus factum fuit , sed historico , atque erudito meridianam lucem immisit . Cum igitur pro tanti viri ingenio satis nobis constiterit futurum , ut de more omne ferat in his operibus punctum , ab explicationibus, commentariisque libentissime nos, vel præter hoc etiam, animum abstinemus, votis tantummodo cœlum fatigantes, ut *ἀγαθοῦ δαίμονος , καὶ διὸς σωτῆρος* omnia ad umbilicum quamprimum perducat . De quo vel illud æquum est prædicare summa ejus humanitate quamplurimum nos illi esse devi-

devictos; præter quam quod enim universalem quam molimur omnium Inscriptionum Syllogem quatercentis & amplius adhuc ineditis *Marmoribus* locupletare polliceatur, quæ ipse vel *αὐτόπτης* exscripsit, vel apud se adservata custodit: sua opera & cura prius in *Paschalis Carcani* Parentis nostri benemerentissimi manus, deinde in nostras pervenit perelegans *Frederici* sigillum, quod in hujus operis fronte proposuimus.

Ne cui vero diligentiæ vel hac in parte parceremus, & quo absolutissima evaderet numeris omnibus nostra haec editio; post Constitutiones ad rem maxime esse duximus, si *Assissæ Regum Regni Siciliæ* subsequerentur. Ab Abbatis igitur Montis Casini *Prosperi de Rosa* humanitate impetravimus, ut a Cavensi Monasterio SS. Trinitatis Codex membranaceus, qui *leges Longobardorum* inscribitur num. 468. extrema vero pagella 341. nobis transmitteretur, in quo post leges Longobardorum in tres libros dispertitas, post *legem Municipalem*, sive *privilegium Pontiscurvi*, & tria alia privilegia duo Monasterio Cassinensi, alterum Episcopo Aquini a Frederico concessa, *Assisiæ*, de quibus sermo heic, locum obtinent. Nemini porro non notum hæc eadem esse edicta, de quibus *Riccardus a S. Germano* (4) verba faciens ait: *Et se recto tramite Capuam conferens (Fredericus), & regens ibi Curiam generalem pro bono statu Regni sui Assisias promulgavit, quæ sub viginti Capitulis continentur*. Accidit id anno MCCXXX. & ab hoc veluti fonte ipsarum Constitutionum Codicem derivatum facile cuivis erit utrumque opus pervolutanti deprehendere; quod quidem nos singulis Capitulis respondentes Constitutionum titulos apponentes clarius arguere voluimus.

Tandem illustre Fredericianum monumentum, *Regesti* scilicet *fragmentum*, quod a mense Majo ann. MCCXXXIX. exordiens, anni subsequentis MCCXL. finem prope attingit, addere decrevimus. Hujus *πολυτιμῦ κειμηλιῦ* duplex quidem exemplar ob oculos habuimus, alterum a P. *Borrello* magni nominis viro exscriptum; alterum Regis jussu a *Ianuario Chiarito* tunc temporis Regiæ Siclæ Archivo Præfecto concinnatum: at ne *ἀκοντὶ, καὶ ἀνιδρωτὶ* etiam hoc pensi persolvere videremur, autographum ipsum invisere, conferre, rimari studuimus. Nostræ huic curæ diligentiæque suppetias tulit apud Regem Munificentissimum *Dominicus Caracciolo* Regis a Sanctioribus Consiliis, & Secretis, literarum, ac literatorum hominum numen præsentissimum, per quem publico rei literarum bono factum est, ut singulari beneficio ex Regio Archivo (severe enim cautum ne autographum quodvis illinc extrahatur,

(4) *Chron. pag. 199. Edit. Neapol.*

hatur) nobis Regesti hujus autographum traderetur. Est hoc quidem, quod sedecim, supra centum paginas complectitur, e charta bombycina, quod licet idcirco suspicari quis temere haud posset, non fuisse hoc ipsum αὐθεντικὸν Cancellariæ Regestum, quod e διφθέραις, sive charta membranacea conflari debuisset; sed peculiare quoddam exemplar ab aliquo e regiis scriniis conscriptũ, qui Frederico ἀμεσῶς in Lombardica expeditione fuerit addictus; luculenter tamen *Montfauconius* (5) ex pluribus Codicibus bombycina charta confectis, qui ætatis, & anni notis in fine consignantur, demonstrat, jam decimo ipso seculo in hujusmodi charta scriptitatum fuisse; quin & ut *Montfauconius* ipse loco citato indicat, etiam diplomata bombycina charta exarari consuerunt: cujus rei illustre testimonium præsto est apud *Rochum Pyrrhum in Sicil. Sac.* Notitia duodecima, quæ ad Monasterium S. Philippi de Fragala, olim de Myrtiro pertinet. Ibi enim diploma profertur a *Rogerio* Rege Bonifacio Abati concessum ann. MCXLV. in quo omnia diplomata, ac privilegia a *Rogerio* Comite *Rogerii* Regis patre, & ab ipso *Rogerio* Rege concessa confirmantur, ac renovantur. Inter hæc diplomata duo memorantur, quæ e charta *cuttunea* h. e. bombycina Rogerius ait *in pergamenum se renovasse*. Ceterum vel illud apertissime evincit haud esse hoc ipsnm Cancellariæ regestum; quod vix credi possit Imperatorem tanta molientem tam paucas edidisse jussiones duorum plus minus annorum curriculo, quæ vix decem dierum spatio præ rerum magnitudine conficerentur. Quantum autem laborem in hoc fragmento evolvendo duraverimus, næ ille intelliget, cui propriis oculis illud inspicere volupe sit. Adeo enim vetustate corrosæ fuerunt hæ blattarum, ac tinearum epulæ, ut pluribus in locis πάνυ πονηρὸς sit litterarum usus. Summum tamen laboris fructum retulimus (maxime I. V. D. *Iosephi Archangeli Greco* viri in re diplomatica facile principis, nostrique amantissimi, quem saepe consuluimus, diligentia adjuti) cum innumera expunxerimus errata, quæ autographo haud adhibito in nostram edititionem procul dubio irrepsissent. Maximi autem momenti foret hoc fragmentum illustrare; & cum temporis, otiique quamplurimum postulet, ultro hanc etiam nunc aliis cedimus provinciam. Est tamen illud animadvertendum, uberrimam illic inesse segetem ad patriam rem litterarum publicam exornandam: sese enim enucleanda darent tum diversa tunc temporis munia, & insignia, tum jura, mores, consuetudinesque. Quam vero opportuno, atque amplo supplemento Cl. *Du-Gangii* Glossarium ditaretur, cum plurimæ sint in hoc Regesto voces, quæ illius summi viri oculos paucas admodum nostrarum regionum chartas in-
visen-

(5) *Palaeg. Gr. lib. I. cap. 2.*

visentis præterfugerunt ! Quanta denique lux ab illius explanatione Constitutionum ipsarum tenebris affulgeret ! Quæ quidem omnia tanti sunt, ut nos continere minime valuerimus, quin ad hoc præstantissimum incœptum facem quamdam præferremus in brevibus quas σὺν Θεῷ dabimus animadversionibus, τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ ea attingentes, quæ cui lubido fuerit, poterit ȣ τῇ ἑτέρᾳ capere. Tandem ne intentatum quid, quod ad operis absolutionem videatur conducere, relinqueretur, *Regestorum* non ipsam modo seriem, sed marginis etiam notas, & glossas aliquot Cl. *Marini Rutæ* Sacri Regii Consilii a Secretis, diverso charactere appinximus : nec non lineis marginalibus distinximus quæ aliena manu adsuta, vel interpolata falsitatem cuique vel leviter attendenti manifesto sapiunt.

Vides igitur, Lector amice, tanta diligentia, & sedulitate in omnibus rite, & quo majore fieri posset nitore perficiendis nos insudasse, ut nullus omnino nobis relinquatur verendi locus, ne quis πάντα κάλων haud nos movisse possit objicere.

Quin etiam futurum speramus, ut dum ipsi ad hujusmodi labores, qui ad patriæ & commoda, & decora spectant, aggrediendos doctorum virorum ingenia enixe hortamur, quidquid per nos hac mente, consilioque & factum est, & fiet unquam æqui bonique Musarum patroni consulant. Vale.

Pag. 424. *lin*. 24. cum illud *in posterum* adnecti debuisset *faciendis* non *se debeat*.

CORRIGE: Adnecti non debuisset *faciendis*. sed *se debeat*

Pag. 427. *lin*. 7. ἐπιῤῥώννυμαι.

CORRIGE: ἐπιῤῥώννυμι

Pag. 425 subjungantur *corrig*. subjugentur.

430 Pag. 33. Pag. 35.

ibid. pactis actis.

ibid. adest adhæc.

433 lin. 42. lin. 11.

434 quo quos.

435 quas quos.

436 debitorum debitorem.

ibid. tricesima tricesimam.

438 qui nulla alia jurisdictione nullam aliam jurisdictionem.

ibid. διητεκῶς διηνεκῶς.

439 justissimas justissimos.

445 lin. 1. lin. 16.

450 convicinas convicinos.

ibid. Testamentum publicum Testamentorum publicorum.

Et si quæ alia ejusdem momenti offenderit Lector, benigne corriget; opere enim in longo facile est obrepere somnum.

INDEX

INDEX RVBRICARVM
VTRIVSQVE TEXTVS
CONSTITVTIONVM.

Pœna Περὶ

Q

R

Rapto, Περὶ

INDEX CAPITVM
VTRIVSQVE TEXTVS
CONSTITVTIONVM.

A

B

C

Cum

Ἐπεὶ

Inter d Ἐν

L

M

N

O

P

Patres

Θερα-

Q

R

S

Si Ἐὰν

CONSTITUTIONES
REGNI SICILIÆ.

IMPERATOR FREDERICUS II.

ROMANORUM CÆSAR SEMPER AUGUSTUS, ITALICUS, SICULUS, HIEROSOLYMITANUS, ARELATENSIS, FELIX, VICTOR, AC TRIUMPHATOR.

DOMINI FREDERICI IMPERATORIS

INCIPIT LIBER PRIMUS

De Legibus, & Consuetudinibus, alijs antiquatis, quæ dicitur Constitutio.

PROOEMIUM.

POst Mundi machinam, providentia divina formatam, & primordialem materiam naturæ melioris conditionis officio, in rerum effigies distributam, qui facienda prævideerat, facta considerans, & considerata commendans, a globo circuli lunaris inferius hominem creaturarum dignissimam creaturam ad imaginem propriam, effigiemque formatam, quem paulo minus minuerat ab Angelis, consilio perpenso disposuit præponere ceteris creaturis, quem de limo terræ transsumptum vivificavit in spiritum, ac eidem honoris & gloriæ diademate coronato, uxorem & sociam, partem sui corporis, aggregavit; eosque tantæ prærogativæ munimine decoravit, ut ambos efficeret primitus immortales; ipsosque verumtamen sub quadam lege præcepti constituit, quam quia servare tenaciter contempserunt, transgressionis eosdem pœna damnatos ab ea, quam ipsis ante contulerat, immortalitate proscripsit. Ne tamen in toto, quod ante formaverat, tam ruinose, tam subito divina clementia deformaret; & ne hominis forma destructa, sequeretur per consequens destructio ceterorum, dum carerent

ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ

ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ.

Ῥώμης ὁ κλεινὸς εὐσεβέστατος μέδων,
Αἰλίας αὖ ῥὴξ, πρὸς δὲ καὶ Σικελίας.
Φρεδερίκος κράτιστος ἐν στεφηφόροις.
Νέον νόμον τίθησι Σικελῶν κράτει,
Ὃν καὶ πέπομφε λύτρον ἠδικημένοις.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΦΡΕΔΕΡΙΚΟΣ

ΑΕΙΑΥΓΟΥΣΤΟΣ, ΙΤΑΛΙΚΟΣ, ΣΙΚΕΛΙΚΟΣ, ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΗΣ, ΑΡΕΛΑΤΕΝΣΗΣ, ΕΥΣΕΒΗΣ, ΝΙΚΗΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΟΠΑΙΟΥΧΟΣ.

Προθεωρία τῶν Βασιλικῶν διατάξεων.

ΜΕτὰ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν, θείᾳ προνοίᾳ συνισταμένην, καὶ τὴν ἀρχαιόλογον ὕλην φύσεως κρειττοτέρας αἱρέσεως ἔργῳ εἰς πραγμάτων εἶδος διαμερισθεῖσαν, ὁ τὰ γενησόμενα προορῶν καὶ τὰ γεγενήμενα κατανοῶν, καὶ τὰ κατανοηθέντα ἐπαινῶν, τοῦ σφαιροειδοῦς σεληνιακοῦ κύκλου κάτωθεν τὸν ἄνθρωπον τῶν δημιουργημάτων εἰς ἀξιωτέραν εἰκόνα, καὶ οἰκείαν ὁμοίωσιν μορφωθέντα, ὃν μικρόν τι παρ' ἀγγέλους ἠλάττωσε προδεδοκιμασμένῃ βουλῇ προώρισε προτιθέναι τῶν ἄλλων δημιουργημάτων, ὅντινα ἐκ χοὸς ληφθέντα ἐζώωσε τῷ πνεύματι, αὐτῷ δὲ τιμῆς καὶ δόξης διαδήματι στεφθέντι σύζυγόν τε καὶ σύντροφον, μερίδα τοῦ ἰδίου σώματος, συνήρμοσεν· αὐτοὺς δὲ τοσούτου προτερήματος ὀχυρώματι ἐκαλλώπισεν, ὥστε ἀμφοτέρους ἐποίησεν ἀθανάτους, αὐτοὺς δὲ ὅμως ὑπό τινα νόμον ἐντολῆς ἔστησεν, ἣν ἐπειδὴ φυλάξαι ἀκριβῶς ἐξουθένωσαν, τῷ τῆς παραβάσεως ἐπιτιμίῳ αὐτοὺς καταδικασθέντας, ἀπὸ τῆς ἀθανασίας, ἣν αὐτοῖς πρότερον ἐδωρήσατο, ἐξώρισεν. Ἵνα δὲ μὴ ὅλον τὸ πρώην μορφωθὲν ὑβριστικῶς οὕτω καὶ αἰφνιδίως ἡ θεία εὐσπλαγχνία ἀφανίσῃ, καὶ ἵνα μὴ ἡ τοῦ ἀνθρώπου μορφὴ ἀφανισθεῖσα, ἐπακολουθεῖ ἐπακολούθως καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἀπώλεια ἀποτυχόντων τῆς ἐνθυμήσεως, καὶ ἡ τούτων ὠφέ-

rent ſubjecto propoſito, & ipſorum commoditas ullius uſibus non ſerviret, ex amborum ſemine terram mortalibus fœcundavit, ipſamque ſubjecit eiſdem, qui paterni diſcriminis non ignari, ſed in ipſos a patribus tranſgreſſionis vitio propagato, inter ſe odia invicem conceperunt, rerum dominia jure naturali communia diſtinxerunt; & homo, quem Deus rectum & ſimplicem procreavit, immiſcere ſe quæſtionibus non ambegit. Sicque ipſa rerum neceſſitate cogente, nec minus divinæ proviſionis inſtinctu, principes gentium ſunt creati, per quos poſſet licentia ſcelerum coerceri; qui vitæ neciſque arbitri gentibus qualem quiſque fortunam, ſortem, ſtatumque haberet, velut executores quodammodo divinæ providentiæ ſtabilirent, de quorum manibus ut villicationis ſibi commiſſæ perfecte reddere valeant rationem. A Rege Regum, & Principe Principum iſta potiſſime requiruntur; Vt Sacroſanctam Eccleſiam, Chriſtianæ Religionis Matrem, detractorum fidei maculari clandeſtinis perfidiis non permittant, & ut ipſam ab hoſtium publicorum incurſibus, gladii materialis potentia tueantur, utque pacem populis, eiſdemque pacificatis juſtitiam, quæ velut duæ ſorores ſe ad invicem amplexantur, pro poſſe conſervent. Nos itaque quos ad Imperii Romani faſtigia, & aliorum Regnorum inſignia ſola divinæ potentiæ dextra, præter ſpem hominum, ſublimavit, volentes duplicata talenta nobis credita reddere Deo vivo in reverentiam Jeſu Chriſti, a quo cuncta ſuſcepimus, quæ habemus, colendo juſtitiam, & jura condendo, mactare diſponimus vitulum labiorum, ei parti noſtrorum regiminum primitus providentes, quæ in præſentia proviſione noſtra circa juſtitiam magis dignoſcitur indi-

λεια τοῖς ἤθεσί τινος μὴ δουλεύσειεν, ἐκ τοῦ σπέρματος τῶν ἀμφοτέρων τὴν γῆν τοῖς θνητοῖς ἐκαρπωγόνησεν· αὐτὴν τούτοις ὑπέταξεν, οἵτινες οὐκ ἄγνωσοι τοῦ προτέρου ἐπιτιμίου, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ῥιζωθέντος τοῦ πάθους τῆς πατρῴας παραβάσεως, ἐν ἀλλήλοις μῖσος συνέλαβον· καὶ τὰς δεσποτείας τῶν πραγμάτων τῷ φυσικῷ νόμῳ κοινὰς, ἐξεποίησαν· καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ὁ Θεὸς ἀληθινὸν καὶ ἁπλοῦν 10 ἔπλασεν, ἐπισμίξαι ἑαυτὸν ταῖς δίκαις οὐκ ἐδίσασε, Καὶ οὕτω τῆς ἀνάγκης τῶν πραγμάτων κατεπειγούσης, οὐκ ἔλαττον θεϊκῆς προνοίας ἐπινεύσει, ἄρχοντες κατεστάθησαν, δι' ὧν δυνηθῇ ἡ τῶν κακουργημάτων ἄδεια περισφιχθῆναι· οἵτινες ζωῆς καὶ θανάτου διαγνώμονες τοῖς λαοῖς, ὁποιανοῦν τύχην, μερίδα καὶ στάσιν ἔχοιεν, οἱονεὶ διεκδικητὰς αὐτοὺς τρόπῳ τινὶ θείας ἀποφάσεως συνιστήσειεν, ἵνα τελείως λόγον ἀποδοῦναι δυνηθῶσιν ὑπὲρ τῆς ἐν χερσὶν 20 αὐτῶν ἀνατιθεμένης οἰκονομίας· Ἀπὸ γὰρ τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων καὶ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων ταῦτα μάλιστα ἀπαιτοῦνται· Ἵνα τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, τὴν μητέρα τῆς χριστιανικῆς εὐλαβείας οὐ παραχωρήσειεν κρυφίαις ἐνέδραις τῶν σπαραττόντων μιανθῆναι, καὶ ἵνα ταύτην ἀπὸ τῆς καταδρομῆς τῶν φανερῶν ἐχθρῶν, τῇ δυνάμει τῆς ὑλικῆς μαχαίρας φυλάξειεν ἀβλαβῆ, καὶ εἰρήνην τοῖς ὄχλοις, καὶ αὐτοῖς εἰρηνευθεῖσι δι- 30 καιοσύνην, αἳ ὡς ἀδελφαὶ δύο περιπλέκονται, κατὰ δύναμιν τηρήσειεν, Ἡμεῖς τοίνυν, οὓς μόνη ἡ τῆς θείας δυνάμεως δεξιὰ χωρὶς ἀνθρωπίνης ἐλπίδος πρὸς τὰ ὕψη τῆς Ῥωμαϊκῶν βασιλείας, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων κρατῶν διακοσμήσεις ὕψωσε, θέλοντες διπλᾶ τὰ τάλαντα τὰ ἐμπιστευθέντα ἡμῖν Θεῷ ζῶντι ἀποδοῦναι, πρὸς εὐλάβειαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πάντα ἐδεξάμεθα ἅπερ ἔχομεν, θεραπεύοντες τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὰ δί- 40 καια ἐκθέμενοι, θῦσαι προθέμεθα τὸν μόσχον τῶν χειλέων, καὶ τὴν μερίδα τῶν ἡμετέρων κυβερνήσεων πρότερον προθεωροῦντες, ἅτινα πρὸς τὸ παρὸν τῇ ἡμετέρᾳ προθεωρίᾳ περὶ τὴν δικαιοσύνην χρειωδῆ μᾶλλον γινώσκονται.

Ἐπει-

indigere. Cum igitur Regnum Siciliæ, nostræ Majestatis hereditas pretiosa, plerumque propter imbecillitatem ætatis nostræ, plerumque etiam propter absentiam nostram, præteritarum perturbationum incursibus exstiterit hactenus lacessitum; dignum fore decrevimus ipsius quieti, atque justitiæ summò opere providere, quod ad nostræ serenitatis obsequia (resistentibus aliquibus, etiam qui non de ovili Regni præfati, nec de nostro erant) promptum semper invenimus, & devotum. Præsentes igitur nostri nominis Sanctiones in Regno nostro Siciliæ tantum volumus obtinere, quas, cassatis in Regno prædicto legibus, & consuetudinibus his nostris Constitutionibus adversantibus antiquatis, inviolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus observari, in quas præcedentes omnes Regum Siciliæ, & Sanctiones nostras, quas servari decernimus, jussimus esse transfusas, ut ex his, quæ in præsenti Constitutionum nostrarum corpore minime continentur, robur aliquod, nec auctoritas aliqua in judiciis, vel extra judicia possint assumi.

Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ κράτος Σικελίας ἡ τιμιωτάτη κληρονομία τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, πολλάκις διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας ἡλικίας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀπουσίαν, ταῖς καταδρομαῖς τῶν παρελθουσῶν συγχύσεων, ἦν τῷ παρελθόντι καιρῷ διεσπαραγμένον· ἄξιον εἶναι ἐκρίναμεν τῇ γαλήνῃ τούτου καὶ τῇ δικαιοσύνῃ πληρεστάτῳ ἔργῳ πρόνοιαν ἐπιτιθέναι, ὅπερ πρὸς τὰς χρείας τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ἐναντιούντων τινῶν μᾶλλον οἵτινες οὐκ ἦσαν ἀπὸ τῆς ποίμνης τοῦ προρηθέντος κράτους, ἕτοιμον αὐτοὶ εὑρήκαμεν καὶ πρόθυμον. Τὰς παρούσας τοίνυν διατάξεις τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος ἐν τῷ κράτει μόνον Σικελίας κρατῆσαι βουλόμεθα, ἃς ἀποδιωκομένων νόμων καὶ συνηθειῶν τῶν ἐναντιούντων ταῖς παρούσαις ἡμετέραις διατάξεσιν ἐν τῷ ἡμετέρῳ κράτει, ὡς ἤδη πεπαλαιωμένων, ἀπαρασαλεύτως παρὰ πάντων τηρηθῆναι ὁρίζομεν· ἐν αἷς προτιθέντες ἁπάσας τῶν ῥηγῶν Σικελίας διατάξεις καὶ τὰς ἡμετέρας ὁρίσαμεν ἐκτιποῦσθαι, ἵνα ἐξ αὐτῶν ἃ οὐδαμῶς περιέχονται τῷ παρόντι σώματι τῶν ἡμετέρων διατάξεων, ταῖς ἡμετέραις διατάξεσιν ἰσχὺς καὶ κράτος ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ ἔξω τῶν δικαστηρίων ἀναλαμβάνεσθαι δυνηθῇ.

TITVLVS I.

De Hæreticis, & Patarenis.

INconsutilem tunicam Dei nostri discindere conantur Hæretici, & vocabuli vitio servientes, quod significationem divisionis enunciat, in ipsius indivisibilis fidei unitatem conantur inducere sectionem, & oves a Petri custodia, cui pascendæ a Pastore Bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, & eousque mansuetudinem ovium prætendentes, quousque possint ovile subintrare Dominicum. Hi sunt Angeli pessimi; hi sunt filii pravitatum a pa-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Β.

Περὶ Αἱρετικῶν, καὶ Πατερινῶν.

ΤΟν ἄρραφον χιτῶνα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν διασχίσαι οἱ αἱρετικοὶ διϊσχυρίζονται, καὶ τῷ πάθει τῆς ὀνομασίας δουλεύοντες, ὅπερ σημασίαν διαιρέσεως δηλοῖ, τῇ ἑνότητι τῆς ἀχωρίστου πίστεως διαμερισμὸν ἐπεισάγειν βιάζονται, καὶ τὰ πρόβατα ἀπὸ τῆς τοῦ Πέτρου ποιμάνσεως, ᾧ τινι ποιμανθῆναι παρὰ τοῦ Ἀγαθοῦ Ποιμένος ἐνεπιστεύθησαν, ἀφορίσαι πειράζονται. Οὗτοί εἰσι λύκοι ἅρπαγες, ἔξωθεν ἐπιτοσοῦτον τὴν τῶν προβάτων δεικνύντες πρᾳότητα, μέχρις ὅτου δυνήσονται εἰσελθεῖν εἰς τὸ κυριακὸν ποίμνιον. Οὗτοί εἰσιν οἱ πονηροὶ ἄγγελοι, καὶ τῆς κακίας

a patre nequitiæ, & fraudis auctore, & ad decipiendas simplices animas destinati. Hi sunt Colubri, qui columbas decipiunt. Hi sunt Serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus evomunt, ut dum vitæ cibum ministrare se simulant, a cauda feriunt, & mortis poculum, velut quoddam durissimum aconitum, immiscent. Horum Sectæ veteribus legibus, ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus, vel (quod est forte nefandius) non contemptæ, ut vel ab Ario Ariani, vel a Nestorio Nestoriani, aut a similibus similes nuncupentur, sed in exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Hujusmodi miseri Patareni, a quibus abest sancta credulitas Trinitatis æternæ, sub uno contextu nequitiæ, insimul tres offendunt, Deum videlicet, proximum, & seipsos. Deum, cum Dei fidem, & Filium non cognoscunt: decipiunt proximos, dum ipsis sub specie spiritualis alimoniæ hæreticæ pravitatis oblectamenta ministrant. Crudelius etiam sæviunt in seipsos; dum præter animarum dispendium, corpora denique sævæ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei possent evadere, vitæ prodigi, & necis improvidi sectatores involvunt, & (quod est eo ipso dicto durissimum) superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales itaque Deo & hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros, quin debitæ ultionis in eos gladium exseramus, & tanto ipsos persequamur instantius, quanto in evidentiorem injuriam fidei Christianæ prope Romanam Ecclesiam, quæ caput aliarum Ecclesiarum omnium judicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur; adeo quod ab Italiæ finibus, præ-

κίας υἱοί, παρὰ τȣ πατρός τῆς κακίας ϗ τȣ δόλȣ δημιȣργȣ πρὸς ἀκάκȣς ϗ ἀκεραίας ψυχὰς ἐκπεμπόμενοι. ȣ̓τοί εἰσιν οἱ ȣ̓φεις αἱ τὰς περιϛερὰς ἐπιτηρȣ̃ντες. ȣ̓τοί εἰσι δράκοντες, οἱ κρυφίως ἑρπίζοντες, καὶ ὑπὸ τὴν τȣ μέλιτος γλυκύτητα τὸν ἰὸν ἐξεμέσαντες, ἵνα ἑωσότȣ βρῶμα ζωῆς διδόναι ὑποκρίνωνται, τῇ ὀλκῇ αὐτῶν πλήξωσι ϗ πόμα θανάτȣ, οἷόν τι δηλητήριον, ἐπισμίξωσιν. Οἱ τȣ́των ςίχοι τε ϗ διαμερισμοί, ἵνα μὴ εἰς τὸ φανερὸν ἔλθωσι, τοῖς παλαιοῖς ὀνόμασι δῆλοι μὲν ȣ̓κ ἐγένοντο· ἢ ὅπερ ἀνοσιώτερόν ἐϛιν, ȣ̓κ ἐξȣδενώθησαν ἵνα ἢ οἱ μὲν ἀπὸ Α᾽ρειανȣ Α᾽ρειανοί, ἢ ἀπὸ Νεϛορίȣ Νεϛοριανοί, ἢ ἄλλοις ὁμοίοις ὀνόμασιν ὀνομάζονται, ἀλλ᾽ εἰς τύπον τῶν μαρτύρων, οἵτινες ὑπὲρ τῆς καθολικῆς πίϛεως μαρτύριον ὑπέϛησαν, Πατερινȣ̀ς ἑαυτȣ̀ς ὀνομάζȣσιν, ὡς τῷ πάθει ὑποβεβλημένȣς: Οἱ τοιȣ̃τοι δείλαιοι Πατερινοί, ἐξ ὧν ἄπεσιν ἡ ἁγία πίϛις τῆς ἀϊδίȣ τριάδος, ὑπὸ μιᾶς κακίας περιπλοκῇ, τρεῖς παροργίζȣσι, τὸν θεὸν δηλαδὴ, τὸν πλησίον, καὶ ἑαυτȣ̀ς·· τὸν θεὸν μὲν, τὴν τȣ θεȣ πίϛιν ϗ τὸν τȣ́τȣ υἱὸν μὴ γινώσκοντες: πλανῶσι δὲ ϗ τȣ̀ς πλησίον, ὑπ᾽ εἶδος πνευματικῆς τροφῆς, τῆς αἱρετικῆς κακίας ἐπικερνῶντες ἡδύσματα. Α᾽πηνῶς δυσσεβȣ̃σι ϗ εἰς ἑαυτȣ̀ς, μετὰ τὸν τῶν ψυχῶν κίνδυνόν ποτε καὶ τὰ σώματα θανάτȣ κινδύνοις, ὃν διὰ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθȣ̃ς πίϛεως ἐκφυγεῖν δυνήσειεν, ὡς τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἀρνηταί, ϗ ἄσκεπτοι τȣ θανάτȣ ἐρευνηταί, ἀφρόνως ὑποβάλλοντες, ϗ (ὅπερ ἐϛὶν αὐτῷ τῷ λόγῳ δεινότερον) οἱ ἐναπομείναντες, ȣ̓κ ἐκφοβοῦνται τῷ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑποδείγματι. Κατὰ τῶν τοιȣ́των τοίνυν τῶν ȣ̓́τως ἐνοχλȣ́ντων θεῷ ϗ ἀνθρώποις ȣ̓ δυνάμεθα κατέχειν τὴν ἡμετέραν ὁρμὴν, ϗ τὸ μὴ ἀπογυμνῶσαι κατ᾽ αὐτῶν τὴν τῆς ὀφειλομένης ἐκδικήσεως μάχαιραν: ἀλλὰ τοσȣ̃τον αὐτȣ̀ς ἐκδιώξοιμεν παρευθὺς, ὅσον εἰς φανερὰν ὕβριν τῆς Χριϛιανικῆς πίϛεως, πλησίον τῆς Ρ᾽ωμαϊκῆς Ε᾽κκλησίας, ἥτις κεφαλὴ τῶν ἄλλων Ε᾽κκλησιῶν καθέϛηκε, τῆς ἑαυτῶν παροινίας πλατυτέρως τὰ ἀνομήματα ἐκπληρῶσαι γινώσκονται. ἐπιτο-

præsertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam amplius abundare, jam usque ad Regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ rivulos derivarunt. Quod acerbissimum reputantes, statuimus in primis, ut crimen hæreseos, & damnatæ Sectæ cujuslibet, quocumque censeantur nomine, Sectatores, prout veteribus legibus est inductum, inter publica crimina numerentur; [immo crimine læsæ Majestatis nostræ debet ab omnibus horribilius judicari, quod in Divinæ Majestatis injuriam dignoscitur attentatum; quamquam judicii potestate alter alterum non excedat]. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, & bona, & damnat post obitum etiam memoriam defunctorum, sic & in prædicto crimine, quo Patareni vocantur, per omnia volumus observari, & ut ipsorum nequitia, qui, quia Deum non sequuntur, in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, diligenter investigari volumus hujusmodi scelerum patratores; & per Officiales nostros, sicut & alios malefactores, inquiri. Ac inquisitione notatos, etsi levis suspicionis argumento tangantur, a viris Ecclesiasticis, & Prælatis examinari jubemus, per quos si evidenter inventi fuerint a fide Catholica saltem in aliquo deviare, ac per ipsos Pastorali more commoniti, tenebrosis diaboli relictis insidiis, nolunt agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepti constantia perseverent, præsentis nostræ legis edicto damnatos, mortem pati Patarenos decernimus, quam affectant; ut vivi in conspectu populi comburantur, flammarum commissi judicio; nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum aliquem alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nullus intervenire præsumat, quod si fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito converremus.

τοσῦτον ὅτι ἀπὸ τῶν ὁρίων τῆς Λυμπαρδίας μέχρι ϗ ἡμετέρυ κράτυς Σικελίας τὰ τῆς ἑαυτῶν κακίας ῥεύματα ἐπιτρέχυσιν· ὅπερ ὠμότερον κρίνοντες, διατάσσομεν ἐν πρώτοις. ἵνα τὸ ἔγκλημα τῆς αἱρέσεως ϗ τῆς καταδεδικασμένης αὐτῶν τάξεως, οἱουδήποτε εἶεν ὀνόματος, καθὰς τοῖς παλαιοῖς νόμοις περιέχεται, ἐν τοῖς πυβλίκοις δικαστηρίοις συναριθμηθήσεται· ϗ ὥσπερ τὸ τῆς τυραννίδος ἔγκλημα, ἀφαιρεῖται σὺν τοῖς πράγμασι ϗ τὰ σώματα, ϗ κολάζει ϗ μετὰ θάνατον τὴν τῶν τελευτησάντων μνήμην· ὅτω ϗ ἐν τῷ τῶν προρηθέντων Πατερινῶν ὀνόματι καθόλυ βυλόμεθα τηρηθῆναι· ἵνα ἡ κακία τύτων φανερωθῇ, οἵτινες διὰ τὸ μὴ ἀκολυθεῖν τὸν θεὸν, ἐν σκότει διαπορεύονται, καὶ μηδενὸς ἐγκαλῦντος, τὺς πληρωτὰς τῶν τοιύτων ἀνομημάτων ἐξετασθῆναι βυλόμεθα, ϗ διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, κατὰ καὶ τὺς ἄλλυς κακυργὺς, ἀναζητηθῆναι· ϗ διὰ τῆς ἀναζητήσεως δεδηλωμένυς, εἴπερ ςοχασμῷ ἐλαφρᾶς ὑπονοίας κατασχεθήσονται, ϗ διὰ τῶν Ἐκκλησιασικῶν ἀνδρῶν ϗ προεςώτων ἐξετασθῆναι ὁρίζομεν· δι' ὧν εἰ φανερῶς εὑρεθήσονται ἀπὸ τῆς καθολικῆς πίςεως ἔν τινι παρεγκλίνοντες, ϗ παρ' αὐτῶν νυθετηθέντες, ὐ θελήσωσιν ἐπιγνῶναι τὸν θεὸν τῦ φωτὸς, τὰς τῦ διαβόλυ σκοτεινὰς μεθόδυς ϗ ἐνέδρας ἀποθέμενοι, ἀλλὰ τῇ ςεῤῥότητι τῆς ἑαυτῶν πλάνης ἐμμείνωσι, τῆς παρύσης ἡμετέρας διατάξεως ἐδίκτῳ καταδικασθέντας, θάνατον ὑποςῆναι τὺς Πατερινὺς, ὃν αὐτοὶ ἐπιθυμῦσι, θεσπίζομεν ϗ ζῶντες ἐνώπιον τῦ λαῦ καιέσθωσαν, τῇ τῆς φλογὸς ἐκδοθέντες κρίσει. Οὐδ' ἀλγῦμεν, ὅτι κἂν τῦτο τὸ ἱκανὸν ποιῦμεν τῷ τύτων θελήματι, ἀφ' ὖ κόλασιν μόνον ϗ ὐκ ἄλλο τι κέρδος τῆς ἑαυτῶν πλάνης λαμβάνυσιν. ὑπερ τῶν τοιύτων τοίνυν μηδεὶς πρὸς ἡμᾶς ἐντυγχάνειν τολμάτω· εἰ δέ τις τῦτο ποιήσει, εἰς ἑαυτὸν τὰ βέλη τῆς ἡμετέρας ὀργῆς ἐπιςρέψομεν.

TIT. II.

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus.

IMPERATOR FREDERICUS.

PAtarenorum receptatores credentes, & complices, & quocumque modo fautores, qui ut a pœna possint alios eximere, de se, velut improvidi, non formidant, publicatis bonis omnibus, relegandos in perpetuum esse censemus; & ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus assumantur, sed infamiæ perpetuæ nota laborent, ut nec in testes in casibus, a quibus repelluntur infames, aliquatenus admittantur. Si tamen aliqui de filiis receptatorum, vel fautorum detexerint aliquem Patarenum, de cujus hujusmodi manifeste probetur perfidia, in fidei præmium, quam agnovit, famæ pristinæ, de Imperiali clementia, restitutionis in integrum beneficium consequantur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Γ.

Περὶ ποινῆς τῶν ὑποδεχομένων τὰς Πατερινάς.

ΤΟὺς τὰς Πατερινοὺς ὑποδεχομένους τὰς λεγομένους κρεδέντας ἤτοι πιστεύοντας ϗ συνοπαδὰς, ϗ τρόπῳ τινὶ συναινοῦντας αὐτοῖς, οἵτινες ἵνα τὰς ἄλλους ἀπὸ τῆς κολάσεως ἐξαγαγεῖν δυνήσονται, περὶ ἑαυτοῦ δειλιῶσιν ὡς ἀφρονέστατοι, θεσπίζομεν ἐξορίζεσθαι εἰς τὸ ἀείποτε, φισκωθέντων ἁπάντων τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ τούτων υἱοὶ ἄμοιροι πάσης τιμῆς ὑπαρχέτωσαν ϗ μήτε εἰς μαρτυρίαν δεχέσθωσαν. Εἰ δέ τις τῶν υἱῶν τῶν προειρημένων ὑποδοχέων καὶ προασπιστῶν, ἑλκύσει τινὰ Πατερινὸν, οὗ τινος ἡ ἀπιστία φανερῶς βεβαιωθῇ, πρὸς ἀνταμοιβὴν τῆς πίστεως ἣν ἐγνώρισε, τῆς προειρημένης ἀτιμίας ἐλευθερωθήσεται.

TIT. III.

De Apostatantibus.

APostatantes a fide Catholica penitus exsecramus, insequimur ultione, bonis omnibus spoliamus, & a professione, vel voto, naufragantes legibus coartamus, successiones tollimus, & omne jus legitimum abdicamus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Δ.

Περὶ τῶν ἀποστατούντων ἀπὸ τῆς καθολικῆς πίστεως.

ΤΟὺς ἀπὸ τῆς καθολικῆς πίστεως ἀποστατοῦντας τὸ καθόλου διώκοντες, ἐκ πάντων τῶν πραγμάτων αὐτῶν τούτους ἀπεκδυόμεν, ϗ τιμῆς αὐτὰς ὑστερεῖσθαι βουλόμεθα, διαδοχὴν ϗ πᾶν ἄλλο νόμιμον δίκαιον αὐτοῖς ἀφαιροῦντες.

TIT. IV.

Ut nullus se intromittat de factis, seu consiliis Regum.

REX ROGERIUS.

DIsputare de Regis judicio, consiliis, & institutionibus factis non opor-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ϛ.

Περὶ τῶν πολυπραγμονούντων περὶ τῶν ῥηγικῶν διατάξεων.

ΠΕρὶ τῶν γεγενημένων ῥηγικῶν διατάξεων, κρίσεών τε ϗ βουλῶν οὐ πολυπραγ-

oportet; est enim pars sacrilegii disputare de ejus judiciis factis & constitutionibus, atque consiliis, & an dignus sit quem Rex elegit, & decrevit.

πραγμονεῖν κ̀ διαλέγεσθαι δεῖ τινὰ. ἔστε γὰρ ὅμοιον τῷ τῆς ἱεροσυλίας ἐγκλήματι τὸ περὶ τούτων διαλέγεσθαι κ̀ πολυπραγμονεῖν εἰ ἄξιός ἐστιν οὗτος, ὃν ὁ βασιλεὺς ἐπιλέξηται κ̀ ἄξιον εἶναι κρίνειεν.

TIT. V.

De arbitrio Regis.

REX ROGERIUS.

MUltæ leges sacrilegos sævissime punierunt, sed pœna moderanda est arbitrio Judicantis, nisi forte manifeste Templa Dei fracta sint violenter, aut dona, & vasa sacra noctu sublata sint; hic enim casus crimen capitale est.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

Περὶ Ἱεροσύλων.

ΠΟλλοὶ νόμοι τοὺς Ἱεροσύλους κολάζουσιν. ἡ ποινὴ δ' ὅμως τῇ σκέψει τοῦ δικάζοντος μετρηθήσεται, χωρὶς ἡνίκα τὰ τοῦ Θεοῦ χειροποίητα τεμένη παρά τινος βιαίως θλασθήσονται, κ̀ τὰ θεῖα δῶρα ἢ σκεύη διὰ νυκτὸς συληθήσονται· τὸ τοιοῦτον γὰρ ἔγκλημα κεφαλικόν ἐστι.

TIT. VI.

De usurariis puniendis.

REX ROGERIUS.

STatuimus ut juxta decretum Domini Papæ de usuris nuper in Romana Curia promulgatum, quæstiones usurariorum, quæ ad Curiam nostram adductæ fuerint, in eadem definiantur, & terminentur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Η.

Περὶ τοῦ δικαστηρίου τῶν τοκιστῶν.

ΘΕσπίζομεν ἵνα κατὰ τὸ δέκρετον τοῦ Πάπα, τὸ ἀρτίως ἐν τῇ Ρ'ωμαϊκῇ κόρτῃ ἐκφωνηθὲν, αἱ τῶν τοκιστῶν ὑποθέσεις κ̀ ζητήσεις, αἵτινες εἰς τὴν ἡμετέραν κόρτην ἀχθήσονται, κ̀ ἐν ταύτῃ δικαιωθῶσί τε κ̀ κριθῶσι.

De eodem.

IMPERATOR FREDERICUS.

USurariorum nequitiam, qui non tam utuntur pecuniis, sed ut loquamur proprius, abutuntur, Sanctorum Patrum sententiis condemnatam, persequi disponentes, Imperialis celsitudinis motum, quem nos etiam pro arbitrio cælesti suscepimus, divinæ conjungimus ultioni; hujusmodi nostræ Constitutionis edicto omnibus Regni nostri fidelibus, & quibuslibet aliis in Regno mo-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Θ.

Περὶ ποινῆς τοκιστῶν.

ΤΗ'ν τῶν τοκιστῶν κακίαν τὴν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καταδικασθεῖσαν, οἵτινες οὐ τοσοῦτον χρήμασι χρῶνται, ἀλλ' ἵνα οἰκειότερον εἴπωμεν, ἀποχρῶνται, καταδιώκειν βουλόμενοι, τὸν φόβον τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος, ἣν προνοίᾳ θεϊκῇ ἐδεξάμεθα, τῇ θεϊκῇ διεκδικήσει συνάπτομεν· καὶ τῷ ἐδίκτῳ τῆς παρούσης ἡμετέρας διατάξεως, πᾶσι τοῖς πιστοῖς τοῦ ἡμετέρου κράτους κ̀ ἄλλοις οἵτινες αὐτόθι διατρίβουσι, κἂν μὴ ἀπὸ τοῦ

morantibus, etiam si extra Regnum fuerint oriundi, firmiter inhibemus, ut nullus in posterum pecunias suas per se, vel per alios mutuo sub magnis usuris, vel minimis dare fœnori audeat publice, vel occulte. Et ut ipsorum audacia, qui suæ salutis immemores, & edicti nostri exstiterint temerarii contemptores, inulta non maneat, præsenti lege sancimus, ut quicumque amodo fœnerator in Regno inventus fuerit, omnium bonorum suorum tam mobilium, quam stabilium publicatione damnetur. Omnibus etiam Regni nostri fidelibus concedimus liberam potestatem usurariorum nequitiam in publicum deferendi, nec a delatione propterea aliquis repellatur, quod damnum proprium, vel suorum, vel suam injuriam minime persequatur; crimen istud præsenti lege fit publicum, ita quod omnibus, qui in actionibus, & in criminibus publicis admittuntur, usurarios accusandi licentia tribuatur. A nexu tamen præsentis Constitutionis nostræ Judæos tantum excipimus, in quibus non potest argui fœnus illicitum, nec divina lege prohibitum; quos constat non esse sub lege a Beatissimis Patribus instituta, quos etiam auctoritate nostræ licentiæ improbum fœnus volumus exercere; sed metam ipsis imponimus, quam eis non licebit transgredi, videlicet ut pro decem unciis per circulum anni integri, unam ipsis tantummodo lucrari liceat pro usuris; quicquid autem ultra acceperint in nonum Curiæ nostræ componant, ne ex abusu licentiæ, quam eisdem propter necessitatem hominum coacti relinquimus, commodum ultra licitum consequantur.

τοῦ κράτους τὴν γένεσιν ἔχωσι, στεῤῥῶς κωλύομεν, ἵνα μηδεὶς ἀπὸ τοῦ νῦν τὰ ἑαυτοῦ νομίσματα δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἄλλου, τινὸς δανείσωσιν ἐπὶ μεγάλοις τόκοις ἢ μικροῖς, Φανερῶς ἢ κρυφίως· καὶ ἵνα ἡ τούτων αὐθάδεια οἵτινες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας εἰσὶν ἀμνήμονες, καὶ τοῦ ἡμετέρου ἐδίκτου τολμηροὶ καταΦρονηταὶ, μὴ μείνῃ ἀδιεκδίκητος, τῷ παρόντι νόμῳ θεσπίζομεν, ἵνα εἴ τις ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ ἡμετέρῳ κράτει τοκιστὴς εὑρεθήσεται, δημεύσει πάντων κινητῶν καὶ ἀκινήτων αὐτοῦ πραγμάτων τιμωρείσθω· πᾶσι δὲ τοῖς ἡμετέροις πιστοῖς δίδομεν ἄδειαν τὴν τῶν τοκιστῶν κακίαν πρὸς τὸ Φανερὸν ἀγαγεῖν· μὴ δὲ ἀπὸ τῆς κατηγορίας τὶς διὰ τοῦτο ἀποβαλλέσθω, καθότι οὐκ ἰδίαν ζημίαν ἢ τῶν ἑαυτοῦ ἰδίων, ἢ οἰκείαν ὕβριν διεκδικεῖ· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἔγκλημα ἔσω διὰ τοῦ παρόντος νόμου πούβλικον, καὶ δοθήτω ἄδεια πᾶσι τοῖς δυναμένοις κατηγορεῖν ἐγκληματικῶς καὶ τούτων κατηγορεῖν· ἐξῃρημένων ἀπὸ τῆς ἐνοχῆς τῆς παρούσης διατάξεως τῶν Ἰουδαίων, ἐν οἷς κωλυθῆναι οὐ δύναται ἡ ἀπρεπὴς τῶν τοκιστῶν ἀπαίτησις· καθότι Φανερόν ἐστι μὴ ὑποκεῖσθαι τούτους τῷ θείῳ νόμῳ τῷ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων διατεταγμένῳ· οὓς τῇ ἐξουσίᾳ τῆς ἡμετέρας παραχωρήσεως ἀμέτρους τόκους ἀπαιτεῖν οὐ βουλόμεθα· ἀλλὰ μέτρον αὐτοῖς ἐπιτίθεμεν ὅπερ παραβῆναι οὐκ ἔξεστι, τουτέστιν, ἵνα τὸν καθέκαστον ἐνιαυτὸν χάριν δέκα ὀγκίων δεδανεισμένων, κερδήσωσι λόγου τόκου ὀγκίαν ᾱ. ὅπερ δὲ περισσότερον λήψονται, ἐνναπλασίως τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ καταβάλωσι: διὰ γὰρ τὴν τοιαύτην ἄδειαν ἣν αὐτοῖς παραχωροῦμεν, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀνάγκαις στενοχωρούμενοι, κέρδος ὑπὲρ τὸ δέον οὐ λήψονται.

TIT. VII.

In

TIT. VII.

De decimis.

IDEM.

QUanto ceteris terræ Principibus munifica dextera Salvatoris in temporalibus nos præfecit, tanto saltem juris naturalis instinctu ad antidora strictius obligamur; cum etiam Veritate dicente, ab eo, cui amplius creditur, amplius exigatur. Quod in nostræ mentis intrinsecus meditatione sollicita revolventes, & illud etiam attendentes, quod solutio decimarum, quarum debitum ex utriusque tabulis Testamenti confirmatur, tanto in oculis Domini pretiosior redditur, quanto decimalis oblatio de bonis hominum, velut electum quoddam spirituale peculium a Domino reputatur; Officialibus universis, & singulis præsentis legis auctoritate mandamus, ut decimas integre, prout Regis Guillelmi tempore consobrini, & prædecessoris nostri, ab antecessoribus Officialibus, & Bajulis exsolutæ fuerunt, locorum Prælatis exsolvere, absque omni difficultate procurent: nos enim, qui favente Domino, inter homines sumus in præeminenti culmine constituti, quantum sine injuria nostrorum regalium possumus tolerare, Ecclesiarum jura, & præsertim earum, quæ in Regno consistunt, & quas sub protectione nostra recepimus, & habemus, in nullo diminuere volumus, sed augere, subjectis nostris etiam indicimus, ut decimas, quas de feudis, & bonis suis antecessores eorum prædicto tempore præstiterunt, venerabilibus locis, quibus decimæ ipsæ debentur, cum integritate persolvant.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ϛ.

Περὶ δεκάδων.

ΟΣον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας τῆς γῆς ἡ μεγαλόδωρος τοῦ σωτῆρος δεξιὰ ἐν τοῖς προσκαίροις ἡμᾶς ὕψωσε, τοσοῦτον τῇ σωτηρίᾳ διὰ τῆς τοῦ δικαίου προνοίας πρὸς ἀντίδωσιν οἰκειοτέρως ἐχόμεθα· τῆς ἀληθείας λεγούσης, τῷ ὀφείλοντι πολὺ, πολὺ ἀπαιτηθήσεται. ὅπερ ἔσωθεν τῆς ἡμετέρας διανοίας μεμερισμένῃ διασκέψει περιστρέφοντες, κἀκεῖνο μᾶλλον κατανοοῦντες, ὅτι ἡ ἀπόδοσις τῶν δεκάδων, ὧν τὸ χρέος ταῖς πλαξὶ τῆς ἑκατέρας διαθήκης ἐπικυροῦται, τοσοῦτον τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου τιμιωτέρας παρίσταται, ὅσον ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἡ τῶν δεκάδων θυσία, οἷόν τι ἐκλεκτὸν καὶ πνευματικὸν πεκούλιον παρὰ θεοῦ λογίζεται. Πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ὀφφικιαλίοις τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ παρόντος νόμου στέλλομεν, ἵνα τὰς δεκάδας τελείως ἀποδοῦναι προνοήσωσι τοῖς τῶν τόπων προεστῶσι χωρίς τινος βάρους, καθὼς τῷ καιρῷ τοῦ ῥηγὸς Γουλιέλμου τοῦ ἡμετέρου κονσοπρίνου, τοῦ πρὸ ἡμῶν, παρὰ προηγησαμένων ὀφφικιαλίων καὶ πρακτόρων ἀποδιδόντες. Ἡμεῖς γὰρ οἵτινες θεοῦ ἐνεργοῦντος ἐσμὲν τῷ ὑπερτάτῳ ὕψει τετυπωμένοι, ὅσον χωρὶς ὕβρεως τῶν ἡμετέρων ῥηγικῶν πραγμάτων ὑποφέρειν δυνάμεθα, τὰ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν δίκαια, καὶ ἐκείνων μᾶλλον, αἵτινες ἐν τῷ ἡμετέρῳ κράτει καθίστανται, καὶ ἃς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν σκέπην ἐδεξάμεθά τε καὶ ἔχομεν, ἐν οὐδενὶ ἐλαττῶσαι βουλόμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον αὐξῆσαι, τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις διατασσόμεθα, ἵνα τὰς δεκάδας, ἃς ἀπό τε φίων καὶ πραγμάτων αὐτῶν οἱ πρὸ αὐτῶν τῷ καιρῷ τοῦ προρρηθέντος ῥηγὸς Γουλιέλμου παρεῖχον, τοῖς σεβασμίοις τόποις, οἷς αἱ δεκάδες χρεωστοῦνται, μετὰ τελειότητος ἀποδώσωσι.

TIT. VIII.

TIT. VIII.

De cultu pacis, & generali pace in Regno servanda.

IDEM.

PAcis cultum, qui a justitia, & a quo justitia abesse non potest, per universas & singulas partes Regni nostri præcipimus observari. Ut nullus auctoritate propria de injuriis, & excessibus dudum factis, vel faciendis, in posterum se debeat vindicare, nec presalias, seu represalias facere, vel guerram in Regno movere; sed coram Magistro Justitiario, & Justitiariis regionum, vel locorum Camerariis, vel bajulis, & dominis, prout ad unumquemque eorum causæ cognitio pertinet, causam suam ordine judiciario prosequatur. Ceterum si contigerit alicui violentis injuriis provocato, ob tutelam sui corporis, seu rerum suarum defensionem, necessario adhibere, ipsam eidem in continenti, prius scilicet quam divertat ad alios actus extraneos, non vetamus, (cum moderatione tamen inculpatæ tutelæ) ita videlicet, ut similibus, & æqualibus armis se defendere valeat, quibus & qualibus exstitit impugnatus: ita ut si armis molitis impugnatus fuerit, liceat & armis molitis se defendere [. Si sine armis molitis, vel quibuslibet armis adversarius suus eum impugnaverit, eodem impugnationis genere se defendat; dum tamen in continenti hoc faciat], ut est dictum.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ε.

Περὶ τῶν βίαν ἢ ὕβριν ὑπομενόντων καὶ παρευθὺς δεφενδευομένων.

ΕΠειδὴ τὸ δίκαιον τῆς εἰρήνης ἐστὶ θεραπεία, ἀφ᾽ ἧς ἡ δικαιοσύνη διαχωρισθῆναι οὐ δύναται· πᾶσι τοῖς μέρεσι τοῦ 10 ἡμετέρου κράτους θεσπίζομεν, ἵνα μηδεὶς τῇ ἐξουσίᾳ τῇ περὶ ὕβρεων ἢ ἄλλων τινῶν πταισμάτων τῷ παρελθόντι καιρῷ γεγενημένων ἢ εἰς τὸ ἔμπροσθεν γενησομένων, δι᾽ ἑαυτοῦ διεκδίκησιν λαμβάνειν θαῤῥήσῃ, μήτε ἁρπαγὰς ἢ ἀνταρπαγὰς ἢ μάχην τῷ ἡμετέρῳ κράτει διεγείρειν, ἀλλ᾽ ἐνώπιον τοῦ μαΐστορος δικαιώτου ἢ τῶν δικαιωτῶν τῶν ἐπαρχιῶν, ἢ τῶν τόπων πρακτόρων καὶ δεσποτῶν, καθὰ εἰς ἕκαστον τούτων ἡ διάσκεψις τῆς 20 ὑποθέσεως ἀνήκει, τὸ ἑαυτὸ δίκαιον ζητείτω. ὅμως εἰ συμβῇ εἰς ὀργὴν κινηθῆναί τινα ὑπὲρ τῶν γεγενημένων αὐτῷ ὕβρεων, διὰ τὴν παραφυλακὴν τοῦ ἰδίου σώματος, ἢ δεφενσίονα τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων, παρευθὺς ἑαυτὸν δεφενδεύειν, πρὶν μέντοι τοῦ ἐνασχολῆσαι ἀλλοτρίαις χρείαις καὶ ξέναις, οὐδόλως κωλύομεν, μετὰ μετριότητος ὅμως τῆς ἀπταίστου παραφυλακῆς, οὕτω δηλαδή· ἵνα τοῖς ὁμοίοις καὶ ἴσοις ἑαυτὸν δεφενδεύειν δυνήση- 30 ται, οἷς καὶ ὁποίοις ὑπῆρχεν ὠθούμενος, καὶ εἰ ὅπλοις ἠκονημένοις ἐξώσθῃ, ἔξεσω αὐτῷ ὁμοίοις ὅπλοις ἑαυτὸν δεφενδεύειν, καθὰ προείρηται.

TIT. IX.

De his qui in Regno guerram moverint, & de presaliis puniendis.

IDEM.

COmes, Baro, Miles, seu quicunque alius, qui publice guerram in Regno moverit, confiscatis bonis suis omnibus, capite puniatur. Qui autem presalias, seu represalias fecerit, medietatis bonorum suorum omnium proscriptione damnetur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΑ.

Περὶ Κομήτων ϗ Βαρȣνίων ἐν τῷ κράτει ςάσιν ἐγειρόντων.

ΤΩ͂ν Κομήτων ἢ Βαρȣνίων ἢ ςρατιωτῶν εἴτις δημοσίως ςάσιν τῷ ἡμετέρῳ κράτει διεγείρει, δημοσιευομένων πάντων τῶν πραγμάτων αὐτȣ̃, κεφαλικῶς τιμωρείσθω. οἵτινες δὲ ἁρπαγὰς ἢ ἀνταρπαγὰς ποιήσωσιν, δημεύσει τȣ̃ ἡμίσεος τῶν ἰδίων πραγμάτων τιμωρείσθωσαν.

TIT. X.

De illicita portatione armorum, & pœna percutientium cum eis.

IDEM.

INtentionis nostræ salubre propositum non tam circa punienda maleficia commissa versatur, quam ut in committendis eisdem via & materia præcludatur. Quia igitur tam violentiis, quam homicidiis ipsis, armorum interdum prohibitorum portatio caussam præstat: occurrere potius eligentes in tempore, quam post exitum vindicare, præsenti lege omnibus Regni nostri fidelibus prohibemus, ut nullus arma molita, & prohibita, cultellos cum punctis scilicet, panceras, enses, lanceas, loricas, clavas ferreas etiam, & alia omnia, quæ nocendi magis causa, quam alterius cujuscumque liciti operis gratia sunt parata, secum deferre præsumat. Curialibus autem, & servientibus eorum, quousque nobiscum in Curia commorantur, vel domum, aut domo redeunt, vel pro nostris servitiis transmittuntur, arma prædicta prohibita illis deferre permittimus. A tenore etiam præ-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΒ.

Τῆς κεκωλυμένης ἐπιφορᾶς τῶν ὅπλων.

ΤΟ' σωτηριῶδες ἐνθύμημα τῆς ἡμετέρας ἐπινοίας οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ κωλῦσαι τὰ πραχθέντα ἁμαρτήματα περιςρέφεται, ὅσον ἵνα ὁδὸς καὶ αἰτία τȣ̃ μηκέτι αὐτὰ πλημμελεῖσθαι περικλεισθῇ. ἐπεὶ τοίνυν ταῖς γινομέναις βίαις ϗ φόνοις ἡ τῶν κεκωλυμένων ὅπλων διακόσμισις ἀφορμὴν καὶ αἰτίαν παρέχει, ὑπαπαντᾷν ἐν καιρῷ μᾶλλον προθέμενοι, ἢ μετὰ τὴν τȣ̃ πράγματος πλήρωσιν ἐπιζητῆσαι βοήθειαν· διὰ τȣ̃ παρόντος νόμȣ πᾶσι τοῖς πιςοῖς τȣ̃ ἡμετέρȣ κράτȣς κωλύομεν, ἵνα μηδεὶς ὅπλα ἠκονημένα ϗ κωλωμένα, μάχαιραν δηλαδὴ, αἰχμὴν ἔχȣσαν, ξίφη, δόρατα, θώρακας, ἀσπίδας ϗ ῥόπαλον σιδήρȣν, ϗ ἄλλα ὅπλα ἅτινα διὰ τὸ βλάψαι μᾶλλον, ἢ διὰ τὸ ὑπȣργῆσαι ταῖς σωματικαῖς χρείαις γεγένηνται, ἐν ἑαυτῷ φέρειν ȣ̓δαμῶς τολμήσειε. παραχωρȣ̃μεν δ' ὅμως τοῖς περὶ τὴν ἡμετέραν αὐλὴν ϗ τοῖς αὐτῶν ὑπȣργοῖς, μεχρισότȣ μεθ' ἡμῶν τῇ ἡμετέρᾳ αὐλῇ προσδιατρίβȣσιν, ἢ πρὸς τὸν ἑαυτῶν οἶκον, ἢ ἀπὸ τȣ̃ οἴκȣ ἐπαναςρέψωσι, καὶ ἡνίκα χάριν τῶν ἡμετέρων δȣλειῶν αὐτοὶ ἀποςέλλονται, τὰ προρηθέντα κεκωλυμένα ὅπλα βαςάζειν· ἐκ

præsentis ſanctionis eximimus milites, & filios militum, & Burgenſes, quibus enſes deferre, cum ipſos extra loca, quæ inhabitant, pro agendis ſuis equitare contigerit, minime prohibemus: Ita tamen, ut cum ad prædicta loca reverſi fuerint, vel alicubi hoſpitantur, enſes ipſos incontinenti deponant. Quiſquis autem poſt hæc, prohibita arma detulerit: Si quidem Comes fuerit, quinque uncias: Si Baro quatuor: Si Miles ſimplex, tres: Si Burgenſis, duas: Si ruſticus fuerit, unam unciam fiſco noſtro componat. Quam pœnam ſi egentes propter inopiam forte deludant, publicis operibus deputentur ad tempus, quæ omnia per Magiſtrum Juſtitiarium, & Juſtitiarios debitæ executioni tradantur.

τῆς περιοχῆς δὲ τῆς παρέσης διατάξεως τὲς ςρατιώτας καὶ τὲς υἱὸς τῶν ςρατιωτῶν, καὶ τὲς βεργησίες, ὲς ξίφη ἐπιφέρειν, ἡνίκα ἔξω τῶν ἰδίων τόπων, ἐν οἷς κατοικῶσιν, ὁδοιπορεῖν χρεία γένηται, ὅλως κωλύομεν· ἔτω μέν τοι, ἵνα μετὰ τὲ ἐπανέρχεσθαι αὐτὲς εἰς τὲς προειρημένες τόπες, ἢ ἐν οἷς τὸ κατάλυμα ἔχεσιν, εὐθὺς τὰ ἑαυτῶν ξίφη ἀποβάλωσι. εἰ δέ τις μετὰ τῦτο κεκωλυμένα ὅπλα ἐπιφέρει, εἰ Κόμης εἴη, ὀγκίας ε̄, εἰ δὲ Βαρένης ὀγκίας δ̄· εἰ δὲ ἁπλῶς ςρατιώτης, ὀγκίας γ̄· εἰ δὲ τῶν βεργησίων, ὀγκίας β̄· εἰ δὲ ἀγροκόμης, ὀγκίαν ᾱ. τῳ ἡμετέρῳ Φίσκῳ καταβαλλέτω· ἥντινα ποινὴν μή πως οἱ ἐνδεεῖς ἴσως ἐκφύγωσι, πρὸς καιρὸν τοῖς δημοσίοις ἔργοις κατακρινέσθωσαν· ἅτινα παρὰ τὲ μαΐςορος δικαιώτε ἢ τῶν δικαιωτῶν, ὀφειλομένῃ ἐκπληρώσει περαιέσθωσαν.

TIT. XI.

De intrantibus Regnum, ut arma in Regno deponant.

IDEM.

HOmines extra Regnum, poſtquam Regnum intraverint, arma prohibita nullatenus deferre permittimus. Quæ ſi ſcienter detulerint, pœnæ, quam contra delatores armorum, qui in Regno morantur, edidimus, ſubjacebunt. Et ut ignorantiam ſimulare non poſſint, ſtatim per Officiales noſtros, cum Regnum intraverint, ipſis volumus hæc exponi: Vt panceriās & loricas indutas non deferant: Et ut poſtquam ad loca deſtinata pervenerint, omnia omnino arma deponant. Dum tamen intra civitates & villas manſerint, cultellos & enſes etiam portare non poſſint.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΓ.

Περὶ τῶν ἐν τῷ κράτει ἐρχομένων ϗ ὅπλα βαςαζόντων.

ΟΙ ἔξω τὲ κράτες ἄνθρωποι, μεθ᾽ ὃ τὸ ἡμέτερον κράτος ὑπεισέλθωσιν, ὅπλα ἐπιφέρειν παντελῶς κωλύομεν· ἅτινα εἰ εἰδότες ἐπιφέρωσιν, ὑποκείσονται τῇ ποινῇ, ἣν κατὰ τῶν ἐπιφερομένων τὰ ὅπλα καὶ τῶν ἡμετέρων διαγόντων ἐπιτιθέμεθα. καὶ ἵνα μὴ ἀγνωσίαν προβάλωσιν, εὐθὺς διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, μεθ᾽ ὃ τὸ ἡμέτερον κράτος ὑπεισέλθωσι, τῦτο αὐτοῖς δηλωθῆναι βελόμεθα· ὥςε καὶ τὲς ὑπ᾽ αὐτῶν φερομένες θώρακας ἀποβάλωσι, μεθ᾽ ὃ εἰς τὲς τετυπωμένες τόπες ἔλθωσι, πάντα τὰ ὅπλα παντελῶς ἀποτιθέσθωσαν, καὶ ἔσωθεν τῶν πόλεων καὶ χωρῶν μαχαίρας καὶ ξίφη βαςάζειν μηδαμῶς τολμήτωσαν.

TIT. XII.

De pœna ejus, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

IDEM.

ASperitatem veterum legum, quæ constringentes gladios, & extrahentes, & percutientes cum eis, indubitanter occidendi animum habuisse præsumunt interpretatione Imperialis mansuetudinis lenientes præsenti lege in perpetuum Deo propitio valitura sancimus: Ut si quis arma prohibita contra aliquem extraxerit, nec ipsum offenderit, duplicatam pœnam, quam secundum personarum conditionem super portatione armorum edidimus, nostræ Curiæ se compositurum agnoscat. Nec indigne duplicatam pœnam in casu præsenti delator armorum sustinere debebit, utpote qui armis a nemine provocatus, extrahendo ipsa in offensionem alterius, malivolum suæ intentionis propositum publicavit: quod ante per solam delationem eorum necessariæ defensionis objectu, dum alicujus insultum timere se diceret, forsitan poterat colorare.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΔ.

Περὶ τῶν ἀποσπασάντων ὅπλα κατά τινος.

ΤΗ'ν τῶν παλαιῶν νόμων τραχύτητα, οἵτινες τὰς ἀποσπῶντας μαχαίρας καὶ κρένοντας ἀναμφιβόλως φονικὸν θέλημα ἔχειν καθυπενόησαν, τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς βασιλικῆς πραότητος καθομαλίζοντες, τῷ παρόντι νόμῳ, ὅςις Θεȣ̃ εὐδοκȣ̃ντος φυλαχθήσεται, θεσπίζομεν, ὡς εἴ τις κεκωλυμένα ὅπλα ἀποσπάσει μόνον κατά τινος, ȣ̓δὲν τȣ̃τον βλάψειεν· ὅμως διπλὴν τὴν ποινὴν, ἣν κατὰ τὴν αἵρεσιν τῶν προσώπων περὶ τῆς ἐπιφορᾶς τῶν ὅπλων ἐξεθέμεθα, τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ὁ τοιȣ̃τος γινωσκέτω καταβαλεῖν· ȣ̓ δ' ἀναξίως τῷ παρόντι θέματι, ὁ ἐπιφέρων τὰ ὅπλα διπλὴν τὴ ποινὴν ὑποφέροιεν εἰς βλάβην ἑτέρȣ, τὸ τῆς κακοβȣ́λȣ διανοίας ἐνθύμημα ἐφανέρωσεν· ὅπερ πρότερον διὰ μόνην τὴν ἐπιφορὰν τῶν ὅπλων ἐν παραγραφῇ ἀναγκαίας δεφενσίονος λέγων τινὸς ἐπαναςάσεως δειλιᾶν, ἴσως ἐπιχρῶσαι δυνήσαιτο.

TIT. XIII.

De percussione illicita cum armis.

IDEM.

SI quis aliquem cum armis prohibitis supradictis percusserit, ita quod percussus ex percussione ipsa minime moriatur: Percussor manum, cum qua percussit, amittat. Æquum est enim in ea parte corporis plecti maleficum, qua legis, & imperii veneratione contempta, maleficium perpetravit.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΕ.

Περὶ ποινῆς τῶν μεθ' ὅπλων πληξάντων τινά.

ΕΙ' τις μεθ' ὅπλων κεκωλυμένων πλήξει τινὰ, κἂν ἐκ τῆς τοιαύτης πλήξεως ὁ πληγεὶς θάνατον ȣ̓χ ὑπομείνειεν, ὁ πλήξας ὅμως τὴν χεῖρα, μεθ' ἧς ἔπληξεν, ἀποτμηθήτω. δίκαιον γάρ ἐςιν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει κολάζεσθαι, ἐν ᾧ τῆς τȣ̃ νόμȣ κ̕ βασιλείας εὐλαβείας ἐξȣδενωθείσης τὴν κακȣργίαν ἐπλήρωσεν.

TIT. XIV.

De homicidiis puniendis.

IDEM.

TErminum vitæ hominum a divina nobis providentia commiſſorum, quantum poſſibile ſit, illius tantummodo judicio reſervantes, qui hominem condidit, & redemit, Imperialis indignationis aculeis perſequi pro firmo diſponimus homicidas, ſanctionis præſentis edicto inviolabiliter ſtatuentes: ut quicunque alium protectionis Auguſtæ defenſione ſecurum fuerit aggreſſus, & in aggreſſu ipſo eundem probabitur occidiſſe: Miles, vel in ſuperiori gradu poſitus, ultore gladio, pœnam ſuſtineat capitalem: inferiores furca ſuſpenſi, ultimo ſupplicio ſubjugentur.

Qui tamen aggreſſorem, vel latronem in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, vel nocturnum furem cum clamore, quem aliter comprehendere non valebat, occiderit, juxta Divorum parentum noſtrorum ſtatuta, propterea nullam calumniam ſuſtinere debebit. Infans etiam ſine malignitate animi: & furioſus, ſi hominem occiderit, non tenetur: quia alterum innocentia conſilii, alterum infelicitatis caſus excuſat.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙϚ.

Περὶ ποινῆς τῶν Φονευσάντων τινά.

ΤΗ'ν διορίαν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς παρὰ τῆς θείας προνοίας διωρισμένην ἡμῖν, ὅσον ἐςὶ δυνατὸν, τῇ δικαιοκρισίᾳ ἐκείνȣ μόνου καταλιμπάνοντες, ὅςις τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε ϗ ἐξηγόρασε, τῷ βέλει τῆς βασιλικῆς ἀγανακτήσεως καταδιώκειν προτιθέμεθα τὰς Φονεῖς τῷ δόγματι τῆς παρȣ́σης διατάξεως, ἀπαρασαλεύτως διατάσσοντες, ὡς εἴ τις ἐπαναςῇ κατά τινος, ὀχυρωμένȣ τῇ δεφενσίονι τῆς βασιλικῆς ὑπερασπίσεως, ϗ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπαναςάσει τȣ́τον Φονεύσειεν· εἰ ςρατιώτης ᾖ, ἢ ἐν μειζοτέρȣ βαθμȣ̃ τεταγμένος, κεΦαλικὴν ὑποςήσεται τιμωρίαν, τȣ̃ ξίΦȣς ὄντος ἐκδικητȣ̃· οἱ δὲ κατωτέρȣ, κρεμασθέντες τῇ τελευταίᾳ κολάσει παραδοθήτωσαν.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΖ.

Περὶ τȣ̃ Φονεύσαντος ὁδοςάτην ἢ κλέπτην, ϗ ἀΦήλικος ϗ μαινομένȣ.

ΕΙ' τις ὁδοςάτην Φονεύσει ἢ κλέπτην, ἐν ἀμΦιβόλῳ κινδύνῳ τῆς αὐτȣ̃ ζωῆς ὢν, μετὰ κραυγῆς, ὃν ἄλλως πως κρατῆσαι ȣ̓κ ἠδύνατο· κατὰ τὰς διατάξεις τῶν προγόνων ἡμῶν, ὑπὲρ τȣ́τȣ συκοΦαντίαν ὑποςήσεται. ἀΦῆλιξ δὲ ϗ μαινόμενος, εἰ χωρὶς πονηρᾶς διαθέσεως ἄνθρωπόν τινα Φονεύσειεν, ὑπεύθυνοι ȣ̓ γενήσονται· ἐπειδὴ τὸν μὲν ἡ ἀκακία τῆς διαθέσεως, τὸν ἕτερον δὲ τȣ̃ συμβάντος πάθȣς ἡ δυςυχία ἐξωνȣσατεύει.

TIT. XV.

Ut Caſtellani mittant ſervientes armatos pro Curia.

IDEM.

CAſtellanis, & ſervientibus caſtrorum noſtrorum, cum a Magiſtris Juſtitiariis, & Juſtitiario, aut aliis Officialibus noſtræ Curiæ extiterint requiſiti

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΗ.

Περὶ τȣ̃ πότε δύνανται οἱ κας ροΦύλακες καὶ οἱ σεργένται ἀκωλύτως βαςάζειν ὅπλα.

ΤΟὺς κας ροΦύλακας καὶ σεργεντίȣς τῶν ἡμετέρων ἀκροπόλεων, παρὰ τȣ̃ μαΐςορος δικαιώτȣ ἢ ἄλλων ὀΦΦικιαλίων τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, ἀναζητηθέντας περί τινων δȣ-

ſiti pro negotiis aliquibus, quæ ex mandato culminis noſtri, aut auctoritate Imperiali, vel juriſdictionis eorum ipſis Officialibus noſtris incumbunt, extra caſtra permittimus arma deferre.

Alias tam ipſos, quam alios ſubjacere diſponimus noſtræ prohibitionis edicto, ut abſque ſpeciali mandato celſitudinis noſtræ, vel licentia, nullus fidelium noſtrorum arma prohibita deferre præſumat.

δουλειῶν, αἳ δι' ἐντάλματος τοῦ ἡμετέρου κράτους, ἢ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, ἢ ὑπὸ τῆς δικαιοδοσίας αὐτῶν τοῖς αὐτοῖς ὀφφικιαλίοις ἀνατίθενται, ἔξω τῶν ἀκροπόλεων ἄρματα ἐπιφέρειν παραχωροῦμεν· ἄλλως δὲ τοσοῦτον αὐτοὺς ὅσον καὶ τοὺς ἄλλους τῷ ἐδίκτῳ τῆς ἡμετέρας κωλύσεως ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα· ἃ χωρὶς ἰδικοῦ ἐντάλματος τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος ἢ ἀδείας μηδεὶς τῶν ἡμετέρων 10 πιστῶν ὅπλα ἐπιφέρειν τολμήσῃ.

TIT. XVI.

De defenſis imponendis; & quis eas imponere poſſit.

IDEM.

JUris gentium induxit auctoritas, & naturalis hæc ratio non abhorret; 20 ut tutela cuilibet ſui corporis permittatur. Quia tamen ſæpe contingit, aggreſſoris in tantum ſupereminere potentiam, ut etſi oppreſſo de jure ſe defendere liceat, tamen de facto ſe defendere non poſſit; præſentis legis auctoritate cuilibet licentiam impartimur: ut adverſus aggreſſorem ſuum, per invocationem noſtri nominis, ſe defendat: eidemque ex parte Imperiali prohibeat, 30 ut ipſum offendere de cetero non præſumat. Quod non tantum in præſcripto caſu locum habere decernimus; cum is, qui prædictam defenſam imponit, offendi forſan metuit in perſona: verum etiam cum rebus, quas poſſidet, mobilibus, & immobilibus, aut ſeſe moventibus, necnon incorporalibus, inferri ſibi quiſquam ab aliquo violentiam pertimeſcit; ne vel res mobiles per vim 40 auferantur ab eo, vel in aliis deſtitutionis injuriam patiatur. Præſentis noſtræ conſtitutionis licentiam ad eos etiam propagamus, qui in perſonis, aut rebus

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ιθ.

Περὶ ποινῆς τιθεμένης, καὶ τίσι καὶ περὶ τίνων ἔξεστιν ἐπιτιθέναι ποινάς.

Ἡ Ἐξουσία τοῦ ἐθνικοῦ δικαίου εἰσήγαγε, καὶ τὸ φυσικὸν δίκαιον οὐ μισεῖ· ἵνα ἡ παραφυλακὴ τοῦ ἰδίου σώματος ἐνὶ ἑκάστῳ παραχωρηθῇ. ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις συμβαίνει τοσοῦτον ὑπερισχύειν τὴν τῆς ἐπαναστάσεως δύναμιν, ὥστε κἂν τῷ βιαζομένῳ ἔξεστι παρὰ τοῦ δικαίου ἑαυτὸν δεφενδεύειν, διὰ τοῦ ἔργου ὅμως τοῦτο πράττειν μὴ δύνασθαι· τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ παρόντος νόμου ἄδειαν ἑκάστῳ παραχωροῦμεν, ἵνα κατὰ τοῦ ἐπαναστάντος διὰ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος ἑαυτὸν δεφενδεύειν, κἀκεῖνον δὲ κωλύσει ἐκ τοῦ βασιλικοῦ μέρους, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ ἔμπροσθεν μὴ βλάψαι θαῤῥήσῃ· Ὅπερ οὐ μόνον ἐν τῷ προρηθέντι θέματι κρατεῖν ὁρίζομεν, ἡνίκα δηλονότι τὴν τοιαύτην δεφενσίονα τις προσιθῆσι, βλαβῆναι τῷ ἰδίῳ σώματι δειλιᾷ· ἀλλὰ μᾶλλον ἡνίκα ἐν τοῖς πράγμασι κινητοῖς ἢ ἀκινήτοις, ἃ νέμεται, ἢ αὐτοκινήτοις καὶ ἀσωμάτοις, βίαν παρά τινος ἑαυτῷ γενέσθαι ὑπονοεῖ· ἢ ἵνα μὴ τὰ κινητὰ πράγματα βίαις ἀφαιρεθῶσιν, ἢ ἐν ἄλλῳ ὕβριν ἀπεκδύσεως ὑποστῇ. Παρεκτείνομεν δὲ τὴν ἄδειαν τῆς παρούσης ἡμετέρας διατάξεως τοῖς ὑπομένουσι βίαν ἢ ὕβριν ἐν τοῖς ἰδίοις σώμασιν ἢ πράγμασιν ἢ τῶν γονέων,

rebus parentum, quos nostri veteres dixere Majores, filiorum, nepotum, & ex eis, qui dulci filiorum vocabulo nuncupantur: & in eis, aut in rebus eorum denique, qui in eadem familia, & cohabitatione tenentur, vim vel injuriam pati metuerint [, qui defensam imponunt]. Eadem licentia prædictis casibus tribuenda vassallis, qui a dominis suis, in personis aut rebus suis, vel suorum offendi verentur injuste. Verum si occasione adjutoriorum nostrorum in articulis nostris, & prædecessorum nostrorum constitutionibus comprehensis, aut antiquis consuetudinibus, vel ex aliis causis, ex quibus vassalli dominis suis aliquid dare, vel facere tenentur de jure, [vel de consuetudinibus] supradictis defensæ dominis imponantur: licebit eis suo jure uti nihilominus post defensam. Verum tamen si justæ defensæ imponantur pro rebus mobilibus, forsan utpote bove ablato, vel similibus, dominus, qui contra defensam venerit, & id, quod post defensam abstulit, reddat: & aliud tantundem Curiæ nostræ componat. [Et hæc tantum sit in casu isto pœna defensæ.] Ceterum si injuste fuerit imposita, tunc ipsam imponens, & id quod petebat, amittat, & aliud tantundem Curiæ nostræ solvat. Statuimus etiam ut ex defensis hujusmodi super mobilibus factis a vassallis contra dominos civiliter tantum, & non criminaliter agi possit: & si de his ad magnam nostram Curiam proclamatio deferatur, causæ ipsæ ad regionum Justitiarios remittantur. Si tamen inter duos vassallos defensæ imponantur ex parte nostra, de tertia parte mobilium Curiæ nostræ debita tantum domino acquiratur, quantum ei ex qualitate delicti, puta ex violentia, vel similibus, si defensa non fuisset imposita, deberetur: & reliquum nostris largitio-

nibus

νέων, ὓς οἱ παλαιοὶ μεγάλȣς πατέρας ὠνόμασαν, ἢ υἱῶν, ἢ ἀνεψιῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν οἵτινες τῷ γλυκυτάτῳ τῶν υἱῶν καλοῦνται ὀνόματι· καὶ εἰς ἐκείνȣς καὶ εἰς πράγματα ἐκείνων, τῶν ἐν τῇ αὐτῇ Φαμηλίᾳ καὶ κατοικήσει ὄντων, καὶ βίαν ἢ ὕβριν ὑπομενόντων. τοῖς δὲ βασσάλλοις, οἵτινες παρὰ τῶν ἑαυτῶν κυρίων ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι ἢ πράγμασι ἀδίκως ὕβριν ὑποστῆναι δειλιῶσιν, ἐξέστω τὴν τοιαύτην ποινὴν ἐπιτιθέναι αὐτοῖς. ὅμως εἰ δι' αἰτίαν τινῶν βοηθειῶν ἐν ταῖς ἡμετέραις χρείαις καὶ ταῖς ἔκπαλαι συνηθείαις, καὶ ταῖς περιεχομέναις ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν ἡμετέρων προγόνων, ἢ δι' ἄλλων αἰτιῶν ἐν οἷς τοῖς ἑαυτῶν δεσπόταις δȣ̃ναί τι ἢ ποιῆσαι παρὰ τοῦ δικαίου κεκράτηνται, ποινὴ τοῖς προειρημένοις δεσπόταις ἐπιτεθῇ· ἐξέστω αὐτοῖς ȣ̓κ ἔλαττον τῷ ἰδίῳ χρᾶσθαι μετὰ τὴν ἐπιτιθεμένην αὐτοῖς ποινήν· εἰ δὲ δικαίως ἡ ποινὴ ἐπιτεθῇ περὶ κινητῶν πραγμάτων, βοὸς ἴσως ἀΦαιρεθέντος ἢ ἄλλȣ τινὸς, ὁ δεσπότης ὅστις τὴν τοιαύτην ποινὴν ȣ̓κ ἐΦύλαξεν, εἴτι δ' ἂν μετὰ τὴν ποινὴν ἀΦεῖλε, καὶ ἄλλο τοσȣ̃τον τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀποδώσῃ. εἰ δὲ ἀδίκως ἡ τοιαύτη ποινὴ ἐπιτεθῇ, ὁ ταύτην ἐπιτιθεὶς ὅπερ ἐζήτει ἀπολέτω, καὶ ἄλλο τοσοῦτον τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀποδότω. Ὁρίζομεν δὲ ἵνα περὶ τῶν τοιȣ́των ποινῶν τῶν ἐπὶ τῶν κινητῶν γενομένων πραγμάτων παρὰ τῶν ὑπȣργῶν κατὰ τῶν αὐτῶν δεσποτῶν, χρηματικῶς μόνον καὶ ἐγκληματικῶς ἐνάγειν τις δυνηθῇ· καὶ ἐὰν περὶ τȣ́των ἀναΦορὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην γενήσεται, ἡ ἐξέτασις ὅμως πρὸς τȣ̀ς κατὰ τόπον δικαιέτας μεταπεμπέσθω. Εἰ δὲ μεταξὺ δύο βασσάλλων ποινὴ ἐπιτεθῇ ἐκ τοῦ ἡμετέρου μέρους, ἐκ τȣ̃ τρίτου μέρους τῶν κινητῶν πραγμάτων τȣ̃ τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἐποΦειλομένȣ τοσȣ̃τον τῷ δεσπότῃ προσποριζέσθω, ὅσον ἀπὸ τῆς πιότητος τȣ̃ ἁμαρτήματος τῆς βίας δηλαδὴ, ἢ τῶν ὁμοίων, εἰ ἡ ποινὴ ȣ̓χ ὑπετέθη, ἐκεχρεώστητο· τὸ ἐπίλειπον

δὲ

nibus inferatur. Si vero ob alias causas, puta ob timorem personarum suarum, aut suorum: vel ne in uxorem, filiam, vel sororem raptus crimen, vel adulterium perpetretur, aut in similibus, ex quibus capitalis & publica accusatio oriri posset, defensæ dominis imponantur, tunc vassalli cum dominis habeant in defensis ipsis jus commune cum ceteris. Et eundem in præscriptis casibus, quem in omnibus aliis defensæ contemptæ impositæ fortiantur effectum.

δὲ τοῖς ἡμετέροις προσφερέσθω. εἰ δὲ δι' ἄλλας αἰτίας, ἤγουν φόβου τοῦ ἰδίου σώματος ἢ τῶν ἑαυτοῦ ἰδίων, ἢ ἵνα μὴ τῇ γαμετῇ αὐτοῦ, ἢ θυγατρὶ ἢ ἀδελφῇ, τὸ περὶ ἁρπαγῆς ἔγκλημα ἢ μοιχίας διαπράξηται, ἢ δι' ἄλλας αἰτίας ἐξ ὧν πούβλικος κατηγορία ἀναφυεῖν δυνηθῇ, ποινὴ τοῖς προειρημένοις δεσπόταις ἐπιτεθῇ· τότε οἱ βασσάλλοι ἐχέτωσαν ἐν τοῖς τοιούτοις θέμασι καὶ ποιναῖς, κοινὸν δίκαιον μετὰ τῶν ἄλλων· καὶ αὐτὸ τὸ ἀποτέλεσμα δεχέσθωσαν, ὅπερ ἐν τοῖς λοιποῖς θέμασιν αἱ ἐπιτεθεῖσαι ποιναὶ ἔχειν ὀφείλουσιν.

TIT. XVII.

De defensis impositis ab Officialibus, & poena defensæ.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Κ.

Περὶ ἀδείας διδομένης τοῖς ὀφφικιαλίοις ἐπιτιθέναι ποινάς.

IDEM AVG.

FIdelium nostrorum injurias, qui sola protectionis nostræ post Deum defensione lætantur, pro posse præcidere cupientes: Magistris Justitiariis, Camerariis nostri Regni, Bajulis etiam & locorum judicibus, qui vice administrationis nostræ gubernacula susceperunt, imponendi defensas concedimus facultatem; si quando in locis ipsis, aut circa ea rixas [, quæ vulgariter *Mellate* dicuntur] injurias, violentias, aut hujusmodi flagitia, forte prænoverint committenda; ita tamen, ut defensis impositis per Magistros Camerarios, Bajulos, & Judices supradictos, seu etiam per privatas personas inductis, non ipsi, sed Magistri Justitiarii, & Justitiarii nostri cognoscant. Jam enim subjectis nostris non aberit tuitionis nostræ licentia; cum per eos, quibus mansuetudinis nostræ confertur auctoritas, ipsarum defensio procuratur. Et sic nos etiam, qui prohibente individuitate personæ ubique præsentialiter esse non possumus, ubique potentialiter adesse credamur.

TΑ'ς ὕβρεις τῶν ἡμετέρων πιστῶν, αἵτινες μόνῃ τῇ δεφενσίονι τῆς ἡμετέρας προστασίας μετὰ Θεὸν τέρπονται, ὅσον ἐστὶ δυνατὸν, διακόψαι βουλόμενοι· τοῖς δικαιώταις καὶ πράκτορσι τοῦ ἡμετέρου κράτους καὶ τοῖς κατὰ τόπον κριταῖς, οἵτινες τὴν κυβέρνησιν τῆς ἡμετήρας ὑπουργίας ἐδέξαντο, ὁρίζομεν παρέχειν ἄδειαν ἐπιτιθέναι ποινὰς, ἡνίκα γνώσωσιν ἐν τοῖς τόποις αὐτῶν μάχας ἢ ἔριδας εἰς ὕβριν ἢ κατὰ βίαν γεγενῆσθαι· οὕτω μέντοι ἵνα ὑπὲρ τῶν τοιούτων ποινῶν τῶν ἐπιτιθεμένων διὰ τῶν καμμεραρίων καὶ πρακτόρων καὶ τῶν προειρημένων κριτῶν ἢ ἰδιωτικῶν προσώπων, οὐκ αὐτοὶ, ἀλλ' ὁ μαῖστωρ δικαιώτης καὶ οἱ δικαιῶται ἐξετάσαι δυνήσονται. ἤδη γὰρ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων οὐκ ἄπεστιν ἡ ἄδεια τῆς ἡμετέρας ὀχυρώσεως· ὁπότε δι' ἐκείνων οἷς δίδοται ἡ ἄδεια τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, ἡ τούτων προνοεῖται δεφενσίων· καὶ οὕτως ἡμεῖς οἵτινες αὐτοπροσώπως πανταχοῦ οὐ δυνάμεθα παρεῖναι, τῆς περιγραφῆς τοῦ σώματος κωλυούσης πανταχοῦ παρεῖναι, διὰ τῆς δυνάμεως πιστευθείημεν.

TIT. XVIII.

De defensis impositis & contemptis, & de pœna contemnentium ipsas.

IDEM.

SI quis in posterum nostri nominis invocatione contempta, post defensam eidem impositam sub quacumque quantitate [vel forma], per personas publicas vel privatas, in rebus violentiam, vel in personis eorum injuriam, a quibus [vel pro quibus] prohibitio fuerit inducta, per testes non pauciores tribus fide dignos, & omni exceptione majores, ac aliis legitimis argumentis probabitur commisisse; si quidem cum armis hoc fecerit, in tertia parte omnium bonorum suorum puniatur, licet ex parte nostra, nulla etiam quantitate adjecta, defensa simpliciter imponatur; si vero sine armis, in quarta bonorum prædictorum parte omnino contemptorem damnandum esse sancimus. De quibus omnibus, Camerarios & Bajulos locorum, eum ipsi defensas inducunt, in bonis tantum mobilibus sexagesimam lucrari censemus: & reliquis partium prædictorum mobilium & immobilium nostro Ærario applicamus. Illud etiam apertissime definimus, ut si quando tres testes, aut plures ad probandam defensam impositam & contemptam, fuerint ab imponente producti, contra ipsorum dicta, videlicet, quod res se aliter habuerit, per testes contrarios probari non possit. Nam aut testes, per quos defensa imposita, contempta probatur, erunt probatæ fidei, & opinionis bonæ: & tunc promptum est ipsorum testimonio stari debere: aut pars contra ipsorum personas excipere posse confidit; quo casu parti objectiones contra personas prædictorum testium non negamus. Defensiones rei judicatæ, pacti

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΑ.

Περὶ τῆ πῶς δεῖ βεβαιεῖν τὰς ποινάς.

ΕΙ' τις ἀπὸ τῆ νῦν ἐξϑενημένης τῆς τῆ ἡμετέρε ὀνόματος ἐπικλήσεως, μετὰ τὴν ἐπιτεϑεῖσαν ποινὴν, ἐν οἱαδήποτε ποσότη- 10 τι διὰ δημοσίων προσώπων ἢ ἰδιωτικῶν, βεβαιωϑῇ, παρὰ μαρτύρων ἐκ ἔλαττον τριῶν ἀξιοπίςων καὶ πάσης ὑποψίας κρειττόνων, ἢ δι' ἄλλων νομίμων προλήψεων, πεποιηκέναι ὕβριν ἢ βίαν ἐν πράγμασιν ἢ ἐν προσώποις ἐκείνων, δι' ὧν ἡ ποινὴ αὐτοῖς ἐπετέϑη· εἰ μὲν μεϑ' ὅπλων τοῦτο πεποίηκεν, εἰς τὸ τρίτον μέρος πάντων τῶν πραγμάτων αὐτῆ ζημιωϑήσεται, κἂν ἐκ τῆ ἡμετέρου μέρες ἐδὲ μία κώλυσις ὑπὸ ῥητὴν 20 ποσότητα ἐπετέϑη· εἰ δὲ χωρὶς ὅπλων, εἰς τὸ τέταρτον ζημιωϑῆναι ὁρίζομεν· Ε'ξ ὧν τοὺς καμμεραρίους καὶ πράκτορας τῶν τόπων, ἡνίκα αὐτοὶ τὴν ποινὴν ἐπιϑήσωσιν, ἐν τοῖς κινητοῖς μόνον πράγμασιν, ἀπὸ τῶν ξ' ἓν μέρος κερδῆσαι ϑεσπίζομεν· τὰ δὲ λοιπὰ κινητὰ καὶ ἀκίνητα πράγματα τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδοϑήτωσαν. Κἀκεῖνο δὲ φανερῶς διατασσόμεϑα, ἵνα ὁπότε τρεῖς μάρτυρες ἢ πλείους προσκομησϑήσον- 30 ται, ἐπὶ τῷ βεβαιῶσαι τὴν ἐπιτεϑεῖσαν κώλυσιν καὶ ἐξεδενωϑεῖσαν, παρὰ τῆ ταύτην ἐπιϑήσαντος, κατὰ τῶν ῥημάτων τούτων, ἤγεν ὅτι πρᾶγμα κατ' ἄλλον τρόπον ἐγένετο, βεβαιωϑῆναι μὴ δυνηϑῇ· Ε'πειδὴ οἱ μάρτυρες, δι' ὧν βεβαιοῦται ἡ ἐπιτεϑεῖσα κώλυσις καὶ ἐξουδενωϑεῖσα, ἔσονται καλῆς πίςεως καὶ δεδοκιμασμένης ὑπολήψεως· καὶ τότε φανερόν ἐστι τῇ τούτων μαρτυρίᾳ ἐμμείνειν ὀφείλει. Εἰ δὲ 40 τὸ μέρος τὰ πρόσωπα αὐτῶν περιγράψαι δύνασϑαι ϑαῤῥεῖ, ᾧ ϑέματι οὐκ ἀρνέμεϑα τῷ μέρει τῆ μὴ ἀντιϑέναι κατὰ τῶν προσώπων τῶν τοιέτων μαρτύρων, εἴ τι καὶ βέλεται. Τὴν δὲ παραγραφὴν κεκριμένε πράγματος,

ĉti conventi, & ſimiles, quæ non directo contra dicta ipſorum teſtium opponuntur, quod falſum videlicet depoſuiſſe dicatur; parti, quæ ipſas objecerat, reſervamus. Vt tamen quæſtiones ipſarum perſonarum, per quarum impoſitionem [ſi contra factum fuerit] jus eſt noſtræ Curiæ acquiſitum, per imponentes eaſdem privata conventione remitti non poſſint: immo imponentibus ipſas ſpecialiter injungimus, & expreſſe mandamus, ut exactionem Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis debeant nunciare. Præterea pœnas, quæ ſuper aggreſſuris, violentiis, & injuriis, per leges veteres, vel conſtitutiones Divorum parentum noſtrorum inductæ noſcuntur, ac ſupradicta præcedente defenſa commiſſa probantur, per pœnas præſenti conſtitutione ſtatutas in poſterum volumus eſſe novatas, ut eis ſublatis, pœna tantum ex defenſa petatur: excepto ſi aliquis cum armis percuſſerit aliquem, vel occiderit: quas pœnas, utpote corporales, [præmiſſa beatitudinis noſtræ conſtitutione ſancitas] non volumus minorari: ſed pro defenſæ impoſitione, in tertia, vel in quarta parte bonorum, prout ſuperius eſt expreſſum, augeri. Judæis, & Saracenis etiam, & pro eis, aliis Officialibus noſtris ſcilicet, in præſcriptis caſibus imponendi defenſas concedimus facultatem, quos, non propterea quod Judæi vel Saraceni ſunt, artari volumus innocentes. Prænominatas etiam tertiam & quartam partem per Magiſtros Juſtitiarios noſtros [ſic inſtanter] volumus abſque alicujus diſſimulationis vitio, procreari, & eiſdem ab imponentibus nuntiari: quod ſi ipſos in exigendis eiſdem, aut imponentes in denunciandis invenerimus deſides, aut remiſſos: quicquid aliquibus gratioſe dimiſerint, de bonis ipſorum procul dubio exigemus. Officiales enim

ματος, συμφώνȣ γενησομένȣ, καὶ ἄλλας τινὰς ὁμοίας, αἵτινες ἐκ ὀρθῶς κατὰ τῶν ῥημάτων τῶν τοιȣ́των μαρτύρων ἀνατίθενται, ἤγουν ὅτι πλαστὴν μαρτυρίαν προσέφερον, τῷ μέρει ὅπερ τȣ́τȣς ἀπέβαλε, παραφυλάττομεν· ȣ̓́τω μέντοι, ἵνα αἱ τοιαῦται ζητήσεις ϗ ὑποθέσεις δι' ὧν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ δίκαιον προσπορίζεται, διὰ τῶν ἐπιτεθέντων αὐτὰς ἰδιωτικῷ συμφώνῳ παραχωρηθῆναι μὴ δυνηθῶσι. Τοῖς ἐπιτεθεῖσι δὲ αὐτὰς στεῤῥῶς ὁρίζομεν καὶ ῥητῶς, ἵνα τὴν ἀπαίτησιν τῆς ποινῆς τῷ μαΐστορι δικαιώτῃ, ἢ τοῖς ἄλλοις δικαιώταις δηλοποιήσωσι· Πρὸς τȣ́τοις τὰς ποινὰς, αἵτινες ἐν ταῖς ἐπαναστάσεσι καὶ βίαις καὶ ὕβρεσι διὰ τῶν παλαιῶν νόμων καὶ παλαιῶν διατάξεων τῶν ἡμετέρων προγόνων ἐκτέθηνται, ἐὰν ἡ προηγησαμένη κώλυσις ἠμαρτυρεῖσθαι βεβαιωθῇ, διὰ τὰς ποινὰς τὰς περιεχομένας τῇ παρȣ́σῃ διατάξει, εἰς τὸ ἔμπροσθεν φανερȣ̃σθαι βȣλόμεθα· ἵνα ἐκείνων ἐξῃρημένων ἡ ποινὴ μόνον ἐκ τῆς ἐπιτιθεμένης κωλύσεως ἀπαιτηθῇ· χωρὶς ἐάν τις μεθ' ὅπλων πλήξει τινὰ ἢ φονεύσει· ἅς τινας ποινὰς, οἷα δὴ σωματικὰς ἐλαττȣ̃σθαι ȣ̓ βȣλόμεθα· τὴν δὲ ἐπιτεθεῖσαν ποινὴν εἰς τὸ τρίτον μέρος ἢ εἰς τὸ τέταρτον ἐπεκτείνεσθαι ὁρίζομεν καθὼς προείρηται. Τοῖς δὲ Ἰȣδαίοις καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς ὀφφικιαλίοις ἐν τοῖς προειρημένοις θέμασι παρέχομεν ἄδειαν ἐπιτιθέναι ποινάς· ἐπειδὴ ȣ̓ βȣλόμεθα τȣ́τȣς ἀδικεῖσθαι διὰ τὸ εἶναι αὐτȣ̀ς Ἰȣδαίȣς τε καὶ Σαρακηνȣ́ς· τὸ προειρημένον δὲ τρίτον μέρος καὶ τέταρτον τῶν πραγμάτων, διὰ τȣ̃ μαΐστορος δικαιώτȣ καὶ τῶν ἄλλων ἡμετέρων δικαιωτῶν ἀπαιτηθῆναι ὁρίζομεν, χωρὶς παροψίας τινὸς, καὶ τȣ́τȣς δηλωθῆναι παρὰ τῶν ἐπιτεθέντων τὰς εἰρημένας ποινάς. εἰ δὲ τȣ́τȣς πρὸς τὸ ἀπαιτῆσαι αὐτὰς, ἢ τȣ̀ς ἐπιτιθέντας πρὸς τὸ ἀναγγεῖλαι αὐτὰς ῥαθύμȣς καὶ ἀμελεῖς εὑρήσομεν, εἴ τι δ' ἂν αὐτοὶ διὰ χάριτα παραχωρήσωσιν, ἐκ τῶν οἰκείων πραγμάτων τȣ̃το ἀποδώσωσιν. Οἱ γὰρ ὀφφικιάλιοι οἵτινες τὰ ἀδικήματα ȣ̓κ

qui scelera perpetrata non vindicant, tegere, ut conscii, [criminosa] festinant.

ἐκδικοῦσι, σκεπάσαι ταῦτα ὡς μέτοχοι ὄντες σπουδάζουσιν.

T I T. XIX.

De defensa imposita.

IDEM AUG.

DEfensas impositas, & contemptas instanter constitutionibus nostris præscripsimus exigendas. Sed ut ne effrænata licentia defensarum in jure suo alicui fidelium nostrorum possit damnum inferre: Statuimus, si quis injuste defensam imponit, veluti creditori suo, qui auctoritate forte conventionis expressæ, ipsum jure licito pignoravit: vel si Officiali nostro jura nostra forsitan exigenti defensæ hujusmodi imponantur.

Imponens hujusmodi defensas injuste: si quidem is, cui defensa imposita est, ob reverentiam culminis nostri, a suo jure discedens defensæ obtemperaverit, nominatam pœnam, quam defensæ obediens subire deberet, si contraveniret, subeat qui ipsam imponit. Ceterum si nihilominus post defensam, is, cui imposita est, jure suo & auctoritate legis vel conventionis utatur, impunitum utrumque esse censemus: Alterum, quia ex defensa etiam sic injusta, nullum omnino commodum reportavit, nec ergo pœnam subire debebit: alterum, quia contra defensam jure licito veniens, jure suo utitur potius, quam contemnat.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ .ΚΒ.

Περὶ ποινῆς μὴ φυλαχθείσης καὶ μηδενὸς καταδικασθέντος.

ΤΑ'ς ἐπιτιθεμένας κωλύσεις καὶ ἐξουδενωθείσας ἰσχυρῶς ταῖς ἡμετέραις διατάξεσιν ἀπαιτηθῆναι ὁρίζομεν· καὶ ἵνα μὴ ἡ ἀχαλίνωτος ἀδικία τῶν κωλύσεων, δυνήσεται ζημίαν τοῦ ἰδίου δικαίου τινὶ τῶν ἡμετέρων πιστῶν προσάγειν, διατασσόμεθα, ἵνα εἴ τις ἀδίκως κώλυσιν ἐπιθήσῃ, οἱονεὶ τῷ οἰκείῳ δανειστῇ, ὅστις τῇ αὐθεντίᾳ τῆς γενομένης μεταξὺ αὐτῶν ῥητῆς ἐνοχῆς, ἀνήκοντι δικαίῳ τοῦτον ἐνεχειρίασεν· ἢ τῷ ἡμετέρῳ ὀφφικιαλίῳ, τῷ ἀπαιτοῦντι τὰ ἡμέτερα δίκαια ἡ τοιαύτη ποινὴ ἐπιτεθῇ· τὸν ἐπιτιθέντα ἀδίκως τὴν τοιαύτην κώλυσιν, ἐὰν ἐκεῖνος ᾧτινι ἡ κώλυσις ἐπετέθη, τῇ αἰδοῖ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος ἀπὸ τοῦ ἰδίου δικαίου ἀναχωρῶν, τῇ γενομένῃ κωλύσει ὑπήξειεν, τὴν ποινὴν ἣν ὁ τῇ κωλύσει ὑπήξας ὑποστῆναι ἔμελλεν εἰ τοὐναντίον ποιήσειεν, ὑποστῆναι βουλόμεθα. Πρὸς τούτοις ἐὰν μετὰ τὴν ἐπιτεθεῖσαν ποινὴν ἐκεῖνος ᾧ τινι ἐπετέθη, ἰδίῳ δικαίῳ, αὐθεντίᾳ νόμου ἢ ἐνοχῆς χρήσηται, ἀνεύθυνον εἶναι ἑκάτερον καθόλου ὁρίζομεν. Θάτερον μὲν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐπιτιθεμένης κωλύσεως οὐδὲν κέρδος ἑαυτῷ προσήγαγεν, οὐδὲ ζημίαν ὑποστῆναι ὀφείλει· ὅστις κατὰ τῆς ποινῆς δέοντι δικαίῳ ἐρχόμενος οἰκεῖον μᾶλλον δικαίῳ χρᾶται ἢ προσπταίει.

T I T. XX.

De raptu, & violentia Monialibus illata.

REX ROGER.

SI quis rapere sacratas Deo virgines, aut nondum velatas, occasione [etiam] matrimonii jungendi, præsumpse-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΓ.

Περὶ τῶν ἁρπαζόντων τὰς Θεῷ καθιερωμένας γυναῖκας.

ΕΙ' τις ἁρπάσαι τολμήσει τὰς θεοῦ καθιερωμένας παρθένους, ἢ τὰς μὴ ἐνδεδυμένας τὸ μοναχικὸν σχῆμα, δι' αἰτίαν γενησομένου συνοι-

pserit; capitali pœna feriatur.

συνοικεσίȣ, κεφαλικῇ ψήφῳ τιμωρείσθω.

TIT. XXI.

De violentia meretricibus illata.

REX GVIL.

OMnes nostri regiminis sceptro subjectos decet majestatis nostræ gloria gubernari: & alterum ab altero, tam mares, quam feminas, nec a majoribus, nec a minoribus, nec æqualibus defendendo, pacis gloriam confovere: nec pati aliquo modo vim inferri.

Miserabiles itaque mulieres, quæ turpi quæstu prostitutæ cernuntur, nostro gaudeant beneficio, gratulantes, ut nullus eas compellat invitas suæ satisfacere voluntati. Contra hoc generale edictum satagentibus, confessis atque convictis, ultimo supplicio puniendis: habito tamen considerationis ordine, quod si in locis habitabilibus vis fuerit illata, clamor oppressæ truculenter emissus, quam citius poterit, elucescat: alioquin non videbitur vis illata, si mora fuerit octo dierum spatio subsecuta; nisi forsitan iis diebus invita probetur fuisse detenta.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΔ.

Περὶ τῶν βιαζόντων τὰς δυςύχȣς γυναῖκας.

ΠΑ'ντας τȣ̀ς ὑπήκοντας τῷ σκήπτρῳ τῆς ἡμετέρας κυβερνήσεως, δεῖ τῇ χάριτι τῆς ἡμετέρας γαληνότητος κυβερνᾶσθαι· καὶ θάτερον ἀπὸ τȣ̃ ἑτέρȣ, τοσȣ̃τον ἄῤῥενας ὅσον καὶ γυναῖκας, τρέφειν τὴν τῆς εἰρήνης δόξαν, μηδὲ δεφενδεύειν ἑαυτὸν ἀπὸ μειζοτέρων ἢ ὁμοίων ἢ ἐλαττόνων· ȣ̓́τε δεῖ ὑποφέρειν ἡμᾶς βίαν γενέσθαι τινί. Αἱ δυςυχέςαται τοίνυν γυναῖκες, αἵτινες αἰσχρῷ κέρδει ἑαυτὰς ὑποςρωννύȣσι, παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐεργεσίας τερπέσθωσαν, ἵνα μή τις αὐτὰς ὑβριςικῶς βιάσηται τῷ αὐτῷ ὑπείκειν θελήματι. Τοῖς σπȣδάζȣσι δὲ ποιῆσαι κατὰ τȣ̃ ἡμετέρȣ γενικȣ̃ δόγματος, καὶ ἐκείνοις οἵτινες τȣ̃το πεπρᾶχθαι ὁμολογήσωσιν, ἢ βεβαιωθήσονται, τελευταῖαν κόλασιν ἀπειλȣ̃μεν· Φυλαττομένης ὅμως τῆς τῆς κατανοήσεως τάξεως, ὅτι ἐὰν ἐν τοῖς τόποις ἐν οἷς ἄνθρωποι κατοικȣ̃σιν, ἡ βία γενήσεται, ἡ ἐκφωνηθεῖσα κραυγὴ τῆς γενομένης βίας διὰ τάχȣς φανερȣ́σθω. ἄλλως γὰρ ȣ̓κ ὀφθήσεται βία γεγεννῆσθαι, εἰ ἐντὸς ὀκτὼ ἡμερῶν τȣ̃το παρεσιώπησεν· εἰ μὴ ἴσως ἐν ταῖς τοιαύταις ἡμέραις ἄκȣσα κρατῆναι βεβαιωθῇ.

TIT. XXII.

De raptoribus virginum, vel viduarum.

IMPERATOR FRE.

CApitalem pœnam, quam contra raptores virginum, vel viduarum, sponsarum, vel etiam jam nuptarum; & eorum complices, vel fautores, Divorum Augustorum statuta sanxerunt, inviolabiliter præcipimus observari: illis consuetudinibus, quæ in aliquibus

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΕ.

Περὶ ποινῆς τῶν ἁρπαζόντων γυναῖκάς τινας.

ΤΗ'ν κεφαλικὴν τιμωρίαν ἣν κατὰ τῶν ἁρπαζόντων παρθένȣς καὶ χήρας μεμνηςευμένας ἢ ὑπάνδρȣς. καὶ κατὰ τῶν ὀπαδῶν αὐτῶν καὶ συναινȣ́ντων αὐτοῖς, ἣν αἱ διατάξεις τῶν θειοτάτων βασιλέων ὥρισαν. θεσπίζομεν ἀπαρασαλεύτως τηρηθῆναι· ἀποδιωκομένων ἐκείνων τινῶν συνηθειῶν, αἵτινες ἐν

bus partibus Regni Siciliæ hactenus obtinebant, per quas raptores raptam sibi in matrimonio collocando, vel alii eam tradendo nuptui, se capitali sententia eximebant, omnino sublatis.

IDEM AVG.

IN quæstionibus violentiarum, quæ quibuslibet mulieribus inferuntur, prædecessorum nostrorum Regum Siciliæ sanctiones sub distinctione quadam, videlicet, si intra tempora eisdem constitutionibus prætaxata, ipsarum proclamatio probaretur, pugnæ judicium admittebant. Sed tam in casu præsenti, quam in omnibus aliis criminibus, tantum crimine læsæ majestatis excepto [& mortis absconsæ: Pugnæ non tam judicium quam dispendium, provisione sancta,] sancimus amoveri.

Nam non leve periculum accusantibus imminet, qui communibus probationibus, vix, aut nunquam probare poterunt intentata: cum hujusmodi scelera a conspectibus hominum, qui veritatis ipsius possint perhibere testimonium, abscondantur; & sic ordinariis probationibus cessantibus [de facto], & extraordinariis, pugnæ scilicet legis paribilis de jure nostro sublatis, causæ hujusmodi sine remedio remanebant. Nolentes igitur tam grande scelus dimittere ob defectum probationis inultum: Decernimus, Si quando aliqui de hujusmodi violentiis accusati confessionibus suis [quas in publicum conscientia læsa producit], aut testibus, qui in ipsis venereis actibus invenerint accusatos, quod tamen perraro posset contingere, fuerint forte convicti; nobis etiam inconsultis, capitali pœnæ subjaceant [priscis, & nostris etiam constitutionibus præstitutæ]. Quod si non ipsa rei veritas probari valeat, sed hoc solum

ἐν τισι μέρεσι τοῦ κράτους Σικελίας κατὰ τὸν ὄπισθεν καιρὸν ἐκράτουν, δι' ὧν ὁ ἁρπάζων τὴν ἁρπαχθεῖσαν ἀγαγὼν εἰς γυναῖκα, ἢ ἄλλου εἰς γάμον αὐτὴν παρέχων, τῆς κεφαλικῆς τιμωρείας ἑαυτὸν ἐξέβαλε.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Κϛ.

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βεβαιεῖν τὰς βίας τὰς γινομένας γυναιξί.

10

ΕΝ ταῖς περὶ βίας ὑποθέσεσιν ἥτις πολλάκις ταῖς γυναιξὶν γίνεται, αἱ διατάξεις τῶν πρὸ ἡμῶν μετά τινος διαστίξεως, ἔσωθεν τετυπωμένου καιροῦ γενομένης ἐπιφωνήσεως, μονομαχίας κρίσιν ἐδέξαντο· ὅπερ οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι θέματι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλαις ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσιν, ἐξῃρημένου ὅμως τοῦ περὶ καθοσιώσεως, ἀποκινηθῆναι ὡρίσαμεν. Οὐ γὰρ μικρὸν κίν-
20
δυνον οἱ κατηγοροῦντες ἔχουσιν, οἵτινες μόλις δύναιντο ἂν, ἢ οὐδέποτε βεβαιῶσαι τὰ προτιθέντα ταῖς κοιναῖς βεβαιώσεσιν· ἐπειδὴ τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ὄψεως ἀποκρύπτονται, οἵτινες τῇ ἀληθείᾳ μαρτυρίαν νέμειν οὐ δύνανται· καὶ οὕτω τῶν ὀρδιναρίων βεβαιώσεων ἀποκινουμένων, καὶ τῆς μονομαχίας καὶ τῆς λεγομένης λέγε παρίβιλε, ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἀποκινουμένων, τὰ τοιαῦτα ἐγκλήμα-
30
τα χωρὶς προμυθίας ἀπελείποντο. Μὴ θέλοντες τοίνυν τοιοῦτον βαρύτατον ἔγκλημα δι' ἔνδειαν μαρτύρων ἐᾶσαι ἀδιεκδίκητον. Ὁρίζομεν, ἡνίκα τὶς περὶ τῆς τοιαύτης βίας κατηγορούμενος οἰκείᾳ ὁμολογίᾳ, ἢ διὰ μαρτύρων, οἵτινες ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τῆς ἀφροδισίας τοῦτον ἐφεῦρον, ὅπερ σπανίως συμβαίνει, βεβαιωθῇ, κεφαλικῇ τιμωρίᾳ ὑποκείσθω ἄνευ τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως. Εἰ δὲ ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια βεβαιωθῆναι μὴ
40
δυνη-

lum, quod per mulierem, aut pro parte sua per aliquos, nunciatum ter fuerit alicui, qui signis aut modis aliquibus pudicitiam mulieris attentet, quod a reiteratione hujusmodi illicitæ præsumptionis abstineat: & postea cum muliere clamante, & aliorum auxilium cum vociferationibus invocante, tamen in colluctatione, vel fuga etiam in domo, vel prope domum mulieris ejusdem inventus fuerit: aut si denunciatione prædicta minime præcedente, mulierem clamantem sub se teneat violenter, virginitatis suæ seram satagens aperire [& ipsam corrumpere], aut jam corruptæ violentiam inferre: causam eandem plene discussam, & probationibus prædictis, aut similibus forsan instructam, ad conscientiam nostram remitti censemus, ut ex sententia motus nostri, quam de manu cælesti sumpserimus, causa terminum debitum consequatur: accusato tamen interim fidæ custodiæ fidejussorum, vel carceris, deputato.

δυνηθῇ, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὅτι δι' αὐτῆς τῆς γυναικὸς, ἢ δι' ἄλλων τινῶν εἴδησις ἐπὶ τρεῖς φορὰς ἐπεδόθη ἐκείνῳ, ὅστις σημείοις ἢ ἄλλοις τισὶ τρόποις τὴν σωφροσύνην τῆς γυναικὸς παρασαλεῦσαι ἐπεχείρισεν, ἵνα ἀποστῇ τῆς τοιαύτης ἀπρεποῦς προλήψεως· καὶ μετὰ ταῦτα τῆς γυναικὸς κραυγαζούσης καὶ ἐπικαλουμένοις τὴν τῶν ἄλλων βοήθειαν, ἐν τῇ ἀναμεταξὺ αὐτῶν περιπλοκῇ ἀπέδρασεν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ἢ πλησίον τοῦ οἴκου τῆς τοιαύτης γυναικὸς εὑρεθῇ· ἢ τῆς προρρηθείσης εἰδήσεως μὴ προηγησαμένης, τὴν γυναῖκα κραυγάζουσαν βιαίως ὑποκάτω αὐτοῦ κρατήσει, τὰ τῆς παρθενίας αὐτῆς κλεῖθρα ἀνοῖξαι βουλόμενος, ἢ τὴν ἤδη γαμηθεῖσαν βιάσαι· τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν λεπτομερῶς ἐξετασθεῖσαν, καὶ διὰ μαρτύρων ἢ δι' ἄλλων προειρημένων τρόπων βεβαιωθεῖσαν, τῇ εἰδήσει τῆς ἡμετέρας μεγαλιότητος ἀναφαίρεσθαι ὁρίζομεν, ἵνα δι' ἀποφάσεως τῆς ἡμετέρας ὁρμῆς, ἣν ἐκ χειρὸς ὑψίστου ἐδεξάμεθα, ὑπόθεσις ὀφειλόμενον τέλος ἐπάξειεν, τοῦ κατηγορουμένου ὅμως ὑπὸ ἀκριβεστάτῃ παραφυλακῇ ἐγγυητῶν ἢ φυλακῇ διατηρουμένου.

TIT. XXIII.

Si quis mulieri violentiam patienti, & clamanti non succurrerit.

IDEM AVGVS.

QUicumque mulierem clamantem audierit, cui forte violentia ingeratur, ad currendum, & succurrendum ei, volumus audientem esse velocem. Quod si non fecerit, quatuor Augustales in pœnam tam nocivæ desidiæ Cameræ nostræ componat. Nec ad evitandam pœnam aliquis simulare potuerit obauditum, qui aut sub eodem tecto, aut loco fuerit, unde vocem audire potuerit, qui surdus, aut sine dolo malo claudus, aut aliter imbecillis, aut vociferationis tempore dormiens, non probetur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Κζ.

Περὶ ποινῆς τῶν μὴ συντρεχόντων ταῖς βιαζομέναις γυναιξί.

ΕΙ' τις γυναῖκα κράζουσαν ἀκούσει, ἣ τινι βίᾳ γίνεται ἴσως, ἐπὶ τὸ συντρέχειν καὶ βοηθῆσαι αὐτῇ σπουδαζέτω· ὁ δὲ μὴ οὕτω ποιῶν, χάριν ποινῆς τῆς τοσαύτης βλαβερᾶς αὐτοῦ νωθρότητος αὐγουστάλια δ' τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει. οὐδὲ διὰ τοῦ ἐκφυγεῖν τὴν τοιαύτην ποινὴν προφάσει χρήσηται, μὴ ἀκηκοέναι τὴν γενομένην κραυγὴν, ἐν οἴκῳ ἢ τόπῳ ὑπάρχων ἀφ' οὗ ἀκοῦσαι ἠδύνατο τὴν φωνὴν, ἐκεῖνος, ὅστις κωφεύειν αὐτὸν, ἢ χωρὶς κακοῦ δόλου κεκλεισμένον εἶναι ἢ ἀδυναμείᾳ τινὶ κρατηθῆναι, ἢ τῷ καιρῷ τῆς κραυγῆς ὑπνώττειν, βεβαιῶσαι δυνηθῇ·

TIT. XXIV.

In

TIT. XXIV.

De pœna mulierum injuste conquerentium.

IDEM AVGVS.

PEssimam & horrendam questus materiam, quæ hactenus in grave dispendium subjectorum nostrorum invaluit, resecantes: dum mulieres, quæ raptus injuriam, vel violentiam passæ non erant, de aliquibus per mendacium querebantur: & sic accusationis instituendæ, vel institutæ timore, dum judiciorum strepitus, vel eventus metuunt accusati, imparia matrimonia fortiuntur; interdum etiam stipem turpem a reis velamento prædictæ accusationis acquirunt. Volumus & mandamus, ut quæcunque post hæc de tali fuerit falsa delatione convicta, mortis laqueis irretita in foveam incidisse se sentiat, quam alterius casui præparabat, si ea, quæ detulerat, comprobasset. Quæ si supplicii tempore prægnans inveniatur, usque ad quadraginta dies, post partum ipsius, pœnam humanitate suadente, volumus prorogari; & partum ex ea editum, si non habeat proximos, cognatos forsitan, vel affines, quos ad nutriendum ipsum affectio proximitatis inducat, de bonis nostris, per Officiales nostros, qui tunc temporis in illis partibus præerunt, educari jubemus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΗ.

Περὶ τῶν ἀδίκως γογγυζȣσῶν γυναικῶν.

ΤΗ'ν κακίςην καὶ μισητὴν τῆς συναφίας αἰτίαν, ἥτις τῷ παρελθόντι καιρῷ εἰς βαρυτάτην ζημίαν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἐπεισέφρησε, περικόπτοντες, ἡνίκα αἱ γυναῖκες αἵτινες ȣ̓χ ὑπομείνασαι ἁρπαγῆς ὕβριν ἢ βίας, ψευδῶς κατά τινος ἐγόγγυζον ἐγκαλȣ̃σαι· ϗ ȣ̓́τω τῷ φόβῳ τῆς προτιθεμένης κατηγορίας, ἢ τῆς μελλȣ́σης προτεθῆναι, δειλιῶντες δὲ ϗ τὴν τȣ̃ δικαςηρίȣ ἐκφόβησιν καὶ τυχηρὰν περίςασιν, ποτὲ μὲν ἀνίσȣς καὶ ȣ̓χ ὁμοίȣς γάμȣς ἀνύȣσι, ποτὲ δὲ καὶ ἀναίσχυντον φυλὴν ὑπὸ περαπετάσματι τῆς προτιθεμένης κατηγορίας κερδαίνȣσι· θέλομεν τοίνυν καὶ ςέλλομεν, ἵνα ὁπότε τις γυνὴ ἀπὸ τȣ̃ νῦν κατασχεθῇ ἐν τοιαύτῃ πλαςῇ κατηγορίᾳ, τοῖς τȣ̃ θανάτȣ περιπλακεῖσα βρόχοις, γνώσει ἑαυτὴν τῷ βόθρῳ ἐμπεπτωκέναι, ὃν εἰς ἑτέρȣ πτῶσιν εἰργάσατο, εἰ τὰ παρ' αὐτῆς προτεθέντα περὶ τȣ̃ ἐγκλήματος ἐβεβαιώθησαν, ἥτις εἰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας ἔγκυος εὑρεθῇ, μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετὰ τȣ̃ γεννῆσαι, τὴν κώλυσιν εὐσπλαγχνίας ἡμᾶς νȣθετȣ́σης παρεκτείνεσθαι θέλομεν· ϗ τὸ ἐξ αὐτῆς γεννηθὲν, εἴπερ μὴ ἔχοιεν γνησίȣς κογνάτȣς, ȣ̓̀ς ἡ τῆς ἰδιότητος σχέσις πρὸς ἀνατροφὴν τȣ̃το πείσειεν, ἐκ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, οἵτινες ἐν ἐκείνοις ἔσονται, ἀνατραφῆναι ὁρίζομεν.

TIT. XXV.

De violentiis circa possessionem admissis.

IDEM AVG.

VIolentias subjectorum nostrorum, quæ turbationem desideratæ pacis inducunt, inter utrunque jus Longobardum scilicet & Commune, viam mediam eligentes, pœna legitima volumus

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΘ.

Περὶ ποινῆς τῶν βιαίως ἀπεκδυσάντων τινὰ ἀκινήτȣ πράγματος νομῆς.

ΤΑ'ς βίας τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων αἵτινες ὄχλησιν τῇ ἐπιθυμȣμένῃ εἰρήνῃ ἐπιφέρȣσι, μεταξὺ τȣ̃ θατέρȣ δικαίȣ, καὶ τȣ̃ Λογγιβάρδȣ δηλονότι καὶ τȣ̃ Κοινȣ̃, μέσην ὁδὸν ἐπιλέξαντες, νομίμῳ ποινῇ ταύτας κολάσαι

mus coercere. Statuimus, ut si quis per violentiam destituerit aliquem rei immobilis possessorem, possessione cum legitimis obventionibus omnibus [primitus] restituta, violentum, vel universalem successorem ejus in medietate æstimationis rei, in qua violentiam commisisse probatur, mulctandum esse censemus. Derisorium namque credimus sex solidorum aliquem tantum pœna damnari, & tunc demum, quando suam rem violentus probare non posset, [& sic] possessorium petitorio [a quo separatum esse dignoscitur] immiscere. Et illud etiam modeste ferre nequimus, ubi pro violentia aliqua in possessione commissa, proprietate rei suæ in totum aliquis, vel æstimatione rei, si non esset res propria, privaretur: Jure Francorum etiam quod certas pœnas in violentiis statuebat, in hac parte sopito. Raptorem autem rei mobilis juxta quod jure communi cavetur, in quadruplum, computata re, damnandum esse censemus.

λάσαι θέλομεν, ὁρίζοντες, ὡς εἴ τις βιαίως ἀπεκδύσει τινὰ ἀκινήτου πράγματος, τῆς νομῆς μετὰ πασῶν τῶν νομίμων αὐξήσεων τῷ βιασθέντι ἀποδοθείσης, τὸν βίαιον νομέα ἢ τὸν γενικὸν διάδοχον αὐτοῦ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς διατιμήσεως τοῦ πράγματος, ἐν ᾧ τὴν βίαν πλημμελεῖσθαι βεβαιωθῇ, τιμωρεῖσθαι ὁρίζομεν. Γελῶδες γὰρ εἶναι πιστεύομεν, ποινῇ σόλδων ἓξ τινὰ καταδικασθῆναι, καὶ τότε, ἡνίκα τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα βίαιον εἶναι βεβαιῶσαι μὴ δυνηθῇ, τὸ περὶ νομῆς δικαστήριον τῷ περὶ δεσποτείας ἐπισμῖξαι δυνήσεται. Κἀκεῖνο δὲ σωφρόνως ὑποφέρειν οὐ δυνάμεθα, ἵνα διὰ βίαν τινὰ ἀπολεσθείσης τῆς νομῆς τοῦ οἰκείου πράγματος, εἰ τὸ πρᾶγμα ἴδιον αὐτοῦ μὴ ἦν, τοῦ δικαίου τῶν Φραγκῶν ὅπερ ῥητὰς ποινὰς ἐν ταῖς βίαις διετύπου, ἐνταῦθα σιωπῶντος· τὸν ἁρπάζοντα δὲ κινητὸν πρᾶγμα καθὼς τῷ κοινῷ δικαίῳ περιέχεται, εἰς τὸ τετραπλοῦν, συναριθμουμένου τοῦ πράγματος, καταδικασθῆναι ὁρίζομεν.

TIT. XXVI.

De restitutione possessionis.

IDEM AVGVS.

Circa violentiarum pœnas, eas patientibus satis credimus constitutionibus prædecessorum nostrorum, & nostris esse provisum; quemdam tamen juris rigorem circa destitutores violentos inductum, quod destituto contra destituentem tantum, vel ejus heredes restituendæ possessionis beneficio succurrebat, nec contra eum in quem ab ipso violento, vel ejus heredibus transferebatur possessio, ad recuperandam eandem aliquod remedium inducebat, Imperiali providentia lenire volentes, atque ipsius juris defectum congruo & necessario sup-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ λ.

Περὶ τοῦ ἔχειν ἐπιλογὴν τὸν ἀπεκδυθέντα ἐνάγειν ἢ κατὰ τοῦ βιάσαντος ἢ κατὰ τοῦ κατέχοντος.

Τοῖς ὑπομένουσι βίαν διὰ τῶν ἐκτιθεμένων ἤδη ποινῶν, αὐτάρκως ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν πρὸ ἡμῶν καὶ ἡμετέραις προνενόηται· τινὰ δὲ ὅμως νόμου τραχύτητα ὑπὲρ τῶν βιαίων ἀπεκδύσεων ἐκτιθεμένην, ἥτις τῷ ἀπεκδυθέντι κατὰ μόνου τοῦ ἀπεκδύσαντος αὐτὸν, ἢ κληρονόμων αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς ἀφαιρεθείσης νομῆς ἐδίδου βοήθειαν, κατ' ἐκείνου δὲ εἰς ὃν παρὰ τοῦ βιάσαντος ἢ κληρονόμων αὐτοῦ ἡ νομὴ μετεφέρετο, ἐπὶ τοῦ ἀναλαβεῖν τὴν τοιαύτην νομὴν, οὐδεμίαν παρεῖχε βοήθειαν, θέλοντες βασιλικῇ προνοίᾳ διορθῶσαι, καὶ τὸ ἐλλειπὲς τοῦ τοιούτου δικαίου ἁρμόζοντι καὶ ἀναγκαίῳ πληρώματι ἐκπλη-

ſupplemento ſupplere, diſponimus, per violentiam deſtitutum non, ut olim, proviſione carere, ſed electionem habere, utrum ipſum deſtituentem vel ejus heredes, ſi poſſeſſionem in alium tranſtulit, ad intereſſe convenire, prout prædicto jure cavetur; vel detentorem, qui ab ejectore cauſam habet: per quaſcunque manus poſſeſſio ambulaverit, ſive ſciens, ſive ignorans fuerit, poſſeſſionem recuperare velit amiſſam, condictione ex lege præſenti ad recuperandam poſſeſſionem ipſam indulta. Sæpe enim contingebat, ut qui a poſſeſſione cadebat, dum vel probationes de dominio non habebat; vel cum dejector erat forſitan non ſolvendo, [& ſic] omni remedioſe inveniebat excluſum.

T I T. XXVII.

De maleficiis clandeſtinis puniendis.

IDEM AVGVS.

SVper inciſionibus arborum, & combuſtionibus domorum, & ceteris maleficiis, quæ clam nocturnis temporibus committuntur, generalem conſtitutionem noſtris fidelibus promulgamus: Ut ſi commiſſores inveniri non poſſint, aut, ſicut multoties accidit, per locorum incolas occultantur, homines locorum ipſorum, in quibus maleficia committuntur, ad damnorum reſtitutionem integre arceantur: qua reſtitutione tam illos, quibus pro noſtris ſervitiis talia acciderint, quam reliquos, quibus hoc ex inimicitia, ſeu aliquo odio evenerit, & frui volumus & gaudere, nec minus Judæos, & etiam Saracenos: quos Chriſtianæ ſectæ diverſitas reddit infeſtos, omnique alio auxilio deſtitutos, protectionis noſtræ potentia, pati non poſſumus defraudari. Prædicti autem

ἐκπληρῶσαι, ὁρίζομεν, τὸν βιαίως ἀπεκδυθέντα οὐχ ὡς τὸ πρότερον ὑστερεῖσθαι προνοίας, ἀλλ' ἐπιλογὴν ἔχειν, εἴτε κατὰ τοῦ ἀπεκδύσαντος ἢ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, ἐνάγειν εἰς τὸ διαφέρον, εἴπερ τὴν νομὴν εἰς ἄλλον τινὰ μετήγαγεν, καθὼς τῷ προρηθέντι νόμῳ περιέχεται· ἢ κατὰ τοῦ κατέχοντος, ὃς παρὰ τοῦ βιάσαντος τὸ πρᾶγμα ἀπέλαβεν. δι' ὁποιασοῦν δὲ χειρὸς ἡ νομὴ μεταφέρηται, εἴ τέ τις ἐν γνώσει τῆς γενομένης βίας ἢ ἐν ἀγνοίᾳ ταύτην ἐδέξατο, ἀπὸ δὲ τοῦ νεμομένου ὁ ἀπολέσας αὐτὴν ἀπολαβεῖν θελήσει, τῷ κονδικίῳ τοῦ παρόντος ἡμετέρου νόμου ταύτην ἀπολαβέτω. Πολλάκις γὰρ συνέβαινε, τὸν ἐκπεσόντα τῆς νομῆς, μὴ δυνάμενον περὶ δεσποτείας ἀποδεῖξαι, ἢ τὸν χρεωφειλέτην ἴσως ἀποροῦντα, πάσης βοηθείας ἑαυτὸν ὑστερημένον εὑρεῖν.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΑ.

Περὶ τῶν κρυφίως γενομένων ζημιῶν.

ΕΠὶ ταῖς ἐκκοπαῖς τῶν δένδρων καὶ ἐκκαύσει τῶν οἴκων, καὶ λοιποῖς ἐγκλήμασιν, ἅτινα κρυφίως καὶ ἐν νυκτὶ γίνονται, γενικὴν διάταξιν τοῖς ἡμετέροις πιστοῖς ἐκφωνοῦμεν, ἵνα εἴπερ οἱ πλημμελήσαντες τὸ ἁμάρτημα εὑρεθῆναι μὴ δυνηθῶσιν, ἢ ὡς πολλάκις συμβαίνει, παρὰ τῶν κατοικούντων ἐν τοῖς τόποις κρύπτονται, οἱ ἄνθρωποι τῶν αὐτῶν τόπων, ἐν οἷς τὰ ἐγκλήματα ἐγίνοντο, εἰς ἀπόδοσιν τῆς ζημίας τελείως περισφιγγέσθωσαν. καὶ τῇ τοιαύτῃ ἀποδόσει τῆς ζημίας χρᾶσθαι καὶ τέρπεσθαι βουλόμεθα, οὐ μόνον ἐκείνους οἷς χάριν τῶν ἡμετέρων δουλειῶν ἡ ζημία ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους οἷς δι' ἔχθραν ἢ δι' ἄλλην φανεφὰν αἰτίαν τοῦτο ἐπισυμβαίνει, ναὶ μὴν καὶ τοὺς Ἰουδαίους καὶ Σαρακηνούς· οὓς ἐπειδὴ ἡ διαφορὰ τῆς πίστεως παρίστησι τοῖς χριστιανοῖς μισητούς, πάσης ἄλλης βοηθείας γεγυμνωμένους, οὐ δυνάμεθα ὑποφέρειν ὑστερεῖσθαι τούτους τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας σκέπης καὶ βοηθείας. Οἱ δὲ

tem clandestini, & nocturni malefactores, si in ipso facinore deprehensi, vel aliter legitime convicti fuerint, capite puniantur.

δὲ προρηθέντες νυκτερινοὶ ἢ κρύφιοι κακοῦργοι, ἐὰν αὐτῷ τῷ ἐγκλήματι κατασχεθήσονται, ἢ βεβαιωθῶσιν ἄλλως πῶς νομίμως, κεφαλικῶς τιμωρείσθωσαν.

TIT. XXVIII.

De homicidiis, & damnis clandestinis, quorum actores inveniri non possunt.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΒ.

Περὶ κρυφίου φόνου.

IDEM AUGUST.

SI damna clandestina patientibus, quorum actores per probationes dilucidas inveniri non possint, Imperialis provisionis remediis merito subvenimus, ut universaliter per possessores locorum, in quorum territoriis hujusmodi scelera sunt commissa, eorum indemnitatibus consulatur: multo fortius illos expertes providentia nostra relinquere crederemus indignum, quorum patres, aut filii, cognati denique, vel affines in locis aliquibus per homicidia perimuntur occulta; cum tam horribilis sceleris patratores investigatione qualibet, quamvis exactissima, nequeant reperiri. Præsenti igitur saluberrima Constitutione sancimus, ut si quando hujusmodi maleficia in quorumcumque territoriis locorum, quod abominamur, contigerit [in posterum] perpetrari, nec ipsorum commissor appareat, ita quod nullus de tali facinore ab his, qui defuncto attinuerint, vel a quolibet de populo arguatur: quo casu divæ Cōstitutionis nostræ super furtivis, & abscōsis homicidiis editæ statuta servamus.

Tunc inquisitionem de prædicto facinore fieri volumus diligenter, per quam si aliquid certum probabitur, juxta probata inquisitionis ejusdem procedendum esse censemus. Quod si ex inquisitione ipsa leves personæ aliquæ de homicidio ipso notentur, licet per eam contra ipsos non probetur ad plenum, ad tormenta ipsa-

ΤΟῖς ὑπομένουσι ζημίας κρυφίως, ὧν οἱ ἐργάται διὰ φανερῶν ἀποδείξεων εὑρεθῆναι οὐ δύνανται, τῇ βοηθείᾳ τῆς βασιλικῆς προνοίας ὀφειλομένως συγκροτοῦμεν, ἵνα γενικῶς διὰ τῶν κατοίκων τῶν τόπων, ἐν τοῖς διακρατήμασιν ὧν τινων τὰ τοιαῦτα κακουργήματα ἐπλημμελήθησαν, τὸ ἀζήμιον τούτων προνοηθῇ· πολλῷ δὲ πλέον ἀνάξιον εἶναι πιστεύομεν, ἐκείνους μὴ μετέχειν τῆς ἡμετέρας προνοίας, ὧν οἱ πατέρες ἢ τέκνα ἢ ἀδελφοὶ ἢ συγγενεῖς ἔν τισι προσώποις διὰ κρυφίων φόνων ἀπόλοντο· ἡνίκα οἱ ἀνυσαὶ τοῦ τοιούτου μιαροῦ ἀθεμήματος ἀναζητήσει τινὶ ἀκριβεστάτῃ εὑρεθῆναι οὐ δύνανται. Τῇ παρούσῃ τοίνυν σωτηριώδει διατάξει θεσπίζομεν, ἵνα ὁπότε τὰ τοιαῦτα κακουργήματα ἐν οἵοις δήποτε τόπων κρατήμασιν, ὃ δὴ βδελυττόμαι, πλημμελεῖσθαι συμβῇ, καὶ ὁ ταῦτα πλημμελήσας οὐ φανερωθῇ, ὥστε οὐδεὶς τῶν ἰδιαζόντων τῷ φονευθέντι ἢ ἄλλος τις τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ τοῦ τοιούτου ἀθεμήματος κατηγορῆσαι δυνήσηται· ᾧ τινι θέματι τὸν τύπον τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως τῆς ἐπὶ τοῖς κρυφίοις φόνοις ἐκφωνηθείσης παραφυλάττομεν· Τότε ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην ὑπὲρ τοῦ ῥηθέντος ἀθεμήματος γενέσθαι θεσπίζομεν, δι' ἧς ἐάν τι βέβαιον ἀποδειχθῇ, κατὰ τὴν δεδοκιμασμένην ἐξέτασιν τὸν δρόμον τῆς ὑποθέσεως γενέσθαι βουλόμεθα. Ἐὰν δὲ δι' αὐτῆς τῆς γενομένης ἐξετάσεως ἐλαφρά τινα πρόσωπα ὑπὲρ τοῦ τοιούτου φόνου ἔν τινι σπιλωθήσονται, εἴπερ τελείως δι' αὐτῆς τῆς γενομένης ἐξετάσεως κατ' αὐτοῦ οὐ βεβαιωθῇ, εἰς

ipsarum personarum levium & vilium postremo decernimus descendendum: per quæ [omnia] si de delicto constare non poterit, quod confiteri per nimiam forsan & solitam potentiam tormentorum intrepidi, quibus ingeruntur tormenta, non velint; vel si ob ipsorum impotentiam, prout accidere novimus in plerisque, ultra modum timidi fateantur, nec in confessione perdurent soluti tormentis, quæ tamen non timeant iterari: tunc illius loci, in quo maleficium hujusmodi commissum esse dignoscitur, possessores, si quidem Christianus fuerit qui reperitur occisus, centum Augustalium mulcta feriendos esse jubemus; si vero Judæus aut Saracenus sit, in quibus prout certo perpendimus, Christianorum persecutio nimis abundat [ad præsens], in quinquaginta Augustalibus prædictorum locorum incolas ærario nostro applicandis damnandos esse censemus. Quem inquisitionis, & probationis ordinem, & tormenta ultimo facienda, in aliis damnis clandestinis, & nocturnis servari mandamus. Quod si constet, universitatem eandem occultare velle forsitan hujusmodi scelerum commissores, nec ipsos velle officialibus nostris quærentibus exhibere, pœnam universitati ipsi, pro qualitate locorum, & commissi sceleris, imponendam nostro judicio reservamus.

εἰς κολάσεις τῶν τοιούτων ἐλαφρῶν καὶ αἰσχρῶν προσώπων τέλος καταβῆναι ὁρίζομεν· δι᾽ ὧν εἰ τοῦ πλημμελήματος ἡ φανέρωσις γενέσθαι μὴ δυνηθῇ· ὅπερ ὁμολογῆσαι ἴσως διὰ τὴν πολλὴν καὶ συνήθη ἰσχὺν τῶν βασάνων ὡς ἄφοβοι ὄντες οὐ βούλονται, οἷς αἱ τοιαῦται βάσανοι ἐπιτίθενται· ἢ ἐὰν διὰ τὴν αὐτῶν ἀδυναμίαν, καθὼς ἐν πολλοῖς ἐπισυμβῆναι γινώσκεται, ὑπερμέτρως ἔμφοβοι ὄντες ὁμολογήσωσι, μηδὲ τῇ ὁμολογήσει ἐμμείνωσιν ἐλευθερωθέντες τῶν βασάνων, ἃς καὶ αὖθις ἐπιτιθῆναι οὐ δειλιάσωσι· τότε τοὺς κατοίκους τῶν τόπων, ἐν τοῖς διακρατήμασιν ὧν τινων τὰ τοιαῦτα κακουργήματα ἐπλημμελήθησαν, εἰ χριστιανὸς ἦν ὁ φονευθεὶς, ἑκατὸν αὐγουσαλίων ποινῇ πλήττεσθαι ὁρίζομεν· εἰ δὲ Ἰουδαῖος ἢ Σαρακηνὸς, ἐν οἷς ἀριδήλως ἐγνώκαμεν, ἡ τῶν χριστιανῶν δίωξις μᾶλλον ἐνδαψιλεύεται, πεντήκοντα αὐγουσαλίων ποινῇ τοὺς κατοίκους τῶν εἰρημένων τόπων τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ κατακρίτους εἶναι ὁρίζομεν. Ἥν τινα μετὰ τὴν τάξιν τῆς ἀναζητήσεως καὶ ἀποδείξεως, καὶ μετὰ τὰς κολάσεις τὰς γενησομένας, ἐν ταῖς ἄλλαις κρυφίαις ζημίαις καὶ νυκτεριναῖς τηρηθῆναι ὁρίζομεν. Εἰ δὲ ἀποδειχθῇ, τὴν τοιαύτην κοινότητα κατακαλύψαι θέλουσαν τοὺς κακούργους, καὶ μὴ θέλουσαν τούτοις τοῖς ἡμετέροις ὀφφικιαλίοις ἀναζητοῦσι παραστῆσαι, τὴν ποινὴν τὴν μέλλουσαν ἐπιτεθῆναι τῇ τοιαύτῃ κοινότητι, κατὰ τὴν τῶν τόπων ποιότητα καὶ τοῦ πλημμελήματος, τῇ ἡμετέρᾳ κρίσει παραφυλάττομεν.

TIT. XXIX.

De subripientibus aliquid de naufragiis, vel incendiis.

IDEM.

RApinas eorum, qui de rebus naufragium, incendium, aut ruinas subitas patientium, rapere, invitis dominis, tentaverint aliquid, tanto severius pu-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΓ.

Περὶ ποινῆς τῶν ἁρπαζόντων τι ἐκ ναυαγίου.

ΤΟὺς ἁρπάζοντάς τι ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν ὑποστάντων ναύαγιον ἢ ἔκκαυσιν οἴκου ἢ πτῶσιν αἰφνίδιον, ἄκοντος τοῦ δεσπότου, τοσοῦτον ἀπηνῶς κολάζεσθαι ὁρίζομεν, ὅσον

puniri censemus, quanto securius perpetrantur, dum domini personarum periculis irretiti circa rerum custodias redduntur incauti, nec ab illis damna pati verentur, quos ad ipsorum desideratum auxilium, & opem necessariam æstimant concurrisse. Tales itaque in rapinis hujusmodi deprehensos, aut sponte confessos capitali sententia feriendos esse censemus: ac de bonis ipsorum, quæ ad legitimos successores pervenire debebunt, rapta in quadruplum restitui dominis debere mandamus. Huic etiam saluberrimæ sanctioni adjiciendum duximus, ut omnes, quibus facultas erit succurrere [talibus in tantæ necessitatis articulo constitutis, sine mora, & occasione aliqua subvenire] cum his, quæ ad incidentes casus necessaria viderint, pro posse festinent. Negligentes autem, si probata causa legitime se nequiverint excusare, unius Augustalis pœna mulctandos esse censemus.

ὅσον ἀφόβως καὶ πλημμελοῦσιν, ἡνίκα οἱ τῶν πραγμάτων δεσπόται τοῖς κινδύνοις περιπαγέντες περὶ τὴν τῶν πραγμάτων παραφυλακὴν ἀπροφύλακτοι ἀποδίδονται, οὔτε παρ' ἐκείνων ζημίαν ὑποστῆναι δειλιῶσιν, οὓς πρὸς τὴν ἐπιθυμουμένην αὐτοῖς βοήθειαν καὶ ἀναγκαίαν ἀρωγὴν συντρέχειν ὑπονοοῦσι. Τοὺς τοιούτους τοίνυν ταῖς τοιαύταις κλοπαῖς κατασχεθέντας, ἢ ἑκουσίως ὁμολογοῦντας, κεφαλικῇ ἀποφάσει πλήττεσθαι ὁρίζομεν· καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, ἃ πρὸς τοὺς νομίμους αὐτῶν κληρονόμους καταβῆναι ὀφείλουσι, τὰ ἁρπαγέντα εἰς τὸ τετραπλοῦν ἀποδοθῆναι τοῖς δεσπόταις ὁρίζομεν. Τῇ τοιαύτῃ σωτηριώδει διατάξει προτίθεμεν, ἵνα πάντες, οἷς ἄδεια ἔσται τὸ συντρέχειν, ἡνίκα τὰ χρειώδη καὶ ἀναγκαῖα ταῖς ἐπιγινομέναις τύχαις θεάσονται, κατὰ δύναμιν σπουδαζέτωσαν. Οἱ δὲ ἀμελοῦντες, εἰ εὐλόγως κατὰ δεδοκιμασμένην αἰτίαν ἐξσκουσατεύειν ἑαυτοὺς δυνήσονται, ἑνὸς αὐγουσταλίου ποινῇ κολάζεσθαι τούτους ὁρίζομεν.

TIT. XXX.

De injuriis Curialibus illatis.

IDEM.

VT participatio condecens honoris, & oneris inducatur, statuimus, ut si quando violentiæ vel injuriæ in rebus, aut familiis eorum, qui de mandato nostro intra Regnum, vel extra Regnum in exercitu, vel qui nobiscum, aut officialibus nostris in Curia nostra commoraverint, ab aliquo inferantur, duplicatam pœnam, quam circa defensas, violentias, & injurias, & alia maleficia sacræ Constitutiones nostræ, vel jura communia induxerunt, a committente præstandam esse censemus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΔ.

Περὶ ποινῆς τῶν ὑβριζόντων τοὺς ὄντας ἐν τῇ δουλείᾳ τῆς κόρτης.

ἽΝα μετοχὴ ἁρμόζουσα τιμῆς καὶ βάρους εἰσφέρηται, διατασσόμεθα, εἴ ποτε βίαι καὶ ὕβρεις τοῖς ἡμετέροις ὀφφικιαλίοις, ἢ τοῖς αὐτῶν φαμηλίαις, οἵτινες δι' ἡμετέρου ὁρισμοῦ ἐντὸς τοῦ κράτους, ἢ ἔξω τοῦ κράτους ἐν στρατείᾳ διάγουσι, παρά τινος ἐπιθήσονται, ἢ οἵτινες μεθ' ἡμῶν, ἢ μετὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ αὐλῇ προσκαρτεροῦσι, διπλῆν τὴν ποινήν, ἣν χάριν τῶν ποινῶν καὶ τῶν ὕβρεων καὶ τῶν ἄλλων κακοπραγιῶν αἱ θεῖαι ἡμῶν διατάξεις καὶ τὰ κοινὰ δίκαια ἐφεῦρον, παρὰ τοῦ πλημμελοῦντος ἀποδοτέον εἶναι ὁρίζομεν.

TIT. XXXI.

De observatione Justitiæ.

IDEM.

NOn sine grandi consilio, & deliberatione perpensa condendæ legis jus, & imperium in Romanum Principem lege Regia transtulere Quirites, ut ab eodem, qui commissæ sibi Cæsareæ fortunæ fastigio, per potentiam populis imperabat, prodiret origo justitiæ, a quo ejusdem defensio procedebat. Ideoque convinci potest non tam utiliter, quam necessario fuisse provisum, ut in ejusdem persona concurrentibus his duobus, juris origine scilicet, & tutela, a justitia vigor, & a vigore justitia non abesset. Oportet igitur Cæsarem fore Justitiæ patrem & filium, dominum & ministrum; patrem & dominum in edendo justitiam, & editam conservando. Sic & in venerando justitiam, sit filius; & in ipsius copiam ministrando minister. Hac igitur consulta ratione commoniti, qui de manu Domini sceptrum Imperii, & [inter alia Regna] Regni Siciliæ moderamen accepimus, nostris fidelibus omnibus prædicti Regni nostræ voluntatis arbitrio propositum nunciamus: quia nobis cordi est, inter ipsos, absque exceptione qualibet personarum, universis & singulis, prompto zelo, justitiam ministrare, ut abunde ipsius copiam per Officiales nostros, quibus ipsam commisimus ministrandam, undique valeant invenire. Ipsorum officia volumus esse discreta; civilibus quæstionibus alios, & alios accusationibus criminalibus præponentes.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΕ.

Περὶ Κουϊριτῶν τὸν νόμον ἀρξάντων, καὶ ὅτι δεῖ τὸν βασιλέα τηρεῖν ἢ φυλάσσειν αὐτόν.

ΟΥ'κ ἄνευ μεγάλης βουλῆς καὶ μεμελετημένης διασκέψεως τὸ δίκαιον τοῦ ἐκθεῖναι τὸν νόμον καὶ τὴν ἐξουσίαν πρὸς τὸν τῆς Ῥώμης ἄρχοντα βασιλικῷ νόμῳ μετέβαλον οἱ Κουϊρῖται, ἵνα παρ' ἐκείνου, ὅστις βοηθείᾳ τῆς ἀνατιθεμένης αὐτοῦ βασιλικῆς τύχης, διὰ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν τοῖς ὄχλοις ἐπέταττεν, ἡ τῆς δικαιοσύνης γένεσις ἀναφύει, ἐξ οὗ ἡ ταύτης ὀχύρωσις κατεφέρετο. Διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ κατανοεῖσθαι δυνατὸν, οὐ τοσοῦτον χρειῶδες, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίως τοῦτο προθεωρεῖσθαι, ἵνα ἐν ἑνὶ τούτῳ τρόπῳ συνδραμόντων τούτων τῶν δύο, τῆς τοῦ δικαίου δηλονότι γενέσεώς τε καὶ ὀχυρώσεως, ἀπὸ μὲν τῆς δικαιοσύνης παῤῥησία, ἀπὸ δὲ τῆς παῤῥησίας δικαιοσύνη μὴ χωρισθείη. Δεῖ τοίνυν τὸν βασιλέα δικαιοσύνης εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν, κύριόν τε καὶ ὑπουργόν· πατέρα μὲν καὶ κύριον, ἐπὶ τὸ συστῆσαι τὸ δίκαιον, συστησάμενον δὲ τηρῆσαι. Καὶ οὕτω τὸ δίκαιον εὐλαβούμενος, υἱὸς εἴη· καὶ τὴν τούτου εὐχέρειαν ὑπουργῶν, ὑπουργὸς ἀναμφιβόλως φανήσεται. Τῇ τοιαύτῃ τοίνυν κατανοήσει νουθετηθέντες ἡμεῖς, οἵτινες ἐκ χειρὸς Κυρίου τὸ σκῆπτρον τῆς βασιλείας καὶ τὴν κυβέρνησιν τοῦ κράτους Σικελίας ἐδεξάμεθα, πᾶσι τοῖς ἡμετέροις πιστοῖς τοῦ ῥηθέντος κράτους τὸ τῆς ἡμετέρας θελήσεως βούλημα ἀπαγγέλλομεν· ὅτι ἐγκαρδίως ἔχομεν χωρὶς προσωποληψίας τινὸς, πᾶσί τε καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον, θερμῷ ζήλῳ δίκαιον ἐκπληρῶσαι, ἵνα ἀφθόνως τὴν τούτου εὐχέρειαν διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, οἷς ταύτην ποιεῖν ἀνεθέμεθα, πανταχόθεν ἐφευρεῖν δυνήσονται· καὶ τὰ ὀφφίκια τούτων τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων θέλομεν εἶναι κεχωρισμένα, τὰ ἐγκληματικὰ τῶν χρηματικῶν ὡς μειζότερα προτιθέντες.

TIT. XXXII.

TIT. XXXII.

De cultu Juſtitiæ.

IDEM.

CVltus juſtitiæ ſilentium reputatur. Eorum igitur inſolentiis occurrentes, qui judiciorum ordinem tumultuoſis clamoribus ſæpe perturbant, ſtatuimus, in poſterum litigantes, & quoslibet alios in judiciis exiſtentes, cum reverentia magiſtratus jura reddentis, quietem juſtitiæ obſervare: nec priuſquam licentiam ab eo, qui judicio præerit, conſequantur, jura ſua proponere audeant, vel pro alio poſtulare. Sic modeſte partes volumus pro ſe, vel pro aliis in judiciis perorare, ut etiamſi advocato dicenti [& advocati ejus, vel pars principalis] aliquid ad memoriam, vel de jure vel de facto reducat, in aure ſine ſtrepitu aliquo dicere ſtudeat, quod intendit: niſi forte celeris proteſtationis neceſſitas, aut quod in continenti quis advocati corrigere velit errorem, interruptionem inducat, cum inferri ſibi præjudicium aliquis ex taciturnitate veretur. Si quis autem poſtquam ter [per intervalla aliqua] a Bajulo, vel a Judice fuerit admonitus, vel ſi ſit aliquis [prout aſſolet] Judici & judicio tædioſus [ſemel, bis, & ter, abſque intervallis aliquibus] interdictus, tacere noluerit; ſi ruſticus fuerit, unum auguſtalem; ſi Burgenſis, duos; ſi Miles, quatuor; ſi Baro, octo; ſi Comes, ſedecim auguſtales Curiæ noſtræ componat: ſcituris pro firmo quibuslibet Officialibus noſtris, quod ſi ob gratiam alicui pœnam iſtam dimiſerint, nos de bonis ſuis propriis ipſam integre procul dubio proſequemur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛϚ.

Περὶ ποινῆς τῶν ἐκταραττόντων τὸ δικαςήριον.

Ἡ Θεραπεία τοῦ δικαίου ἡ σιωπὴ λογίζεται· τὴν ἐκείνων τοίνυν αὐθάδειαν ἐπιτρέχοντες, οἵτινες τὴν τῶν δικαςηρίων τάξιν θορύβοις τὲ καὶ κραυγαῖς συνεχῶς ἐκταράττουσι, διετάξαμεν ἀπὸ τοῦ νῦν τοὺς δικαζομένους καὶ ἄλλους τινὰς τῷ δικαςηρίῳ προσκαρτεροῦντας μετ' εὐλαβείας τῷ δικαστῇ τὰς δικαιολογίας προτιθέναι, μηδὲ πρὸ τοῦ λαβεῖν ἄδειαν παρὰ τοῦ τῷ δικαςηρίῳ προεδρεύοντος τὰ οἰκεῖα δίκαια προτιθέναι τολμάτω, ἢ ὑπὲρ ἄλλου συνηγορῆσαι. Καὶ οὕτω σωφρόνως τὰ μέρη θέλομεν δι' ἑαυτῶν ἢ δι' ἄλλων ἐν τοῖς δικαςηρίοις διαλέγεσθαι, ἵνα ἐὰν τῷ οἰκείῳ συνηγόρῳ πρὸς μνήμην ἀγαγεῖν τι θελήσει δικαίου ἢ φάκτου, πρὸς τὸ οὖς ἄνευ κραυγῆς ἀναγγεῖλαι σπουδαζέτω ὅπερ βούλεται· εἰ μὴ ἴσως ταχυτάτης διὰ μαρτυρίας ἀνάγκη, ἢ ὅτι τὴν βλάβην τοῦ ἰδίου συνηγόρου παρ' εὐθὺς τις βούλεται διορθῶσαι, τὴν τοιαύτην παρεκκοπὴν ἐπάξειεν, ἡνίκα βλάβην ἑαυτῷ γίνεσθαι ἐκ τῆς τοιαύτης σιωπῆς δειλιᾷ. εἰ δέ τις μεθ' ὃ ἐκ τρίτου παρὰ τοῦ πρακτῶρος ἢ παρὰ τοῦ δικαςοῦ νουθετηθεὶς καὶ σιωπᾷν οὐ θελήσει, ἢ ὅςις ἄλλος εἴη ἐν τῷ δικαςηρίῳ καὶ τῷ δικαςῇ ἐνοχλῶν, καὶ νουθετούμενος οὐ σιγήσει, εἰ μὲν ἀγροῖκος εἴη, ἓν αὐγουςάλιον· εἰ δὲ τῶν βουργησίων, δύο· εἰ δὲ ςρατιώτης, τέσσαρα· εἰ δὲ τῶν βαρωνίων, ὀκτώ· εἰ δὲ κόμης, ἓξ καὶ δέκα τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει. Γνώτωσαν δὲ ἀναμφιβόλως οἱ ἡμέτεροι οἱ ὀφφικιάλιοι, εἰ διὰ χάριν τὴν τοιαύτην ποινήν τινι τῶν εἰρημένων ἐάσωσιν, ἡμεῖς ἀπὸ τῶν ἰδίων πραγμάτων ἀνελλιπῶς αὐτὴν ἀφελέμεθα.

TIT. XXXIII.

TIT. XXXIII.

Deest in Græco Codice.

De quibus causis primitus cognoscatur.

IDEM.

JUsti cultoris partes assumimus, cum justitiæ telam ordinate teximus, ejusque pomerium misericordiæ rivulis irrigamus. Statuimus igitur, ut omnes Regni judices, quemcumque gradum justitiæ teneant, aut quolibet nomine censeantur, ordinem infrascriptum in audiendis, & decidendis litigiis observare procurent: Vt causas Ecclesiarum primitus, deinde fiscales, subsequenter pupillorum, orphanorum, & viduarum, seu quarumlibet debilium personarum, examinandas accipiant, & ad debitum terminum deducendas, priusquam aliorum litigantium causas audiant & decidant.

TIT. XXXIV.

Deest in Græco Codice.

De dandis advocatis pupillis, & aliis miserabilibus personis.

IDEM.

LEge præsenti pietatis officio suggerente statuimus, pupillis, viduis, orphanis, pauperibus, seu quibuslibet debilibus, præsertim contra potentes agentibus, aut defendentibus causas suas, seu jura nostræ Curiæ defendentibus, advocatos, & pugiles, si causa poposcerit, de Curia nostra gratis, & expensas alias victui necessarias, dum necessariam in Curia moram trahent, necnon testium producendorum impendia per Curiam largiri debere; & nullas ab ipsis præterea sportulas ab Apparitoribus, vel Tabellionibus nostris omnino, aut pro sententiarum subscriptionibus aliquid volumus postulari.

TIT. XXXV.

Deest

TIT. XXXV.

Vt causæ prius inchoatæ terminentur.

IDEM.

PRæsenti lege decernimus, omnibus omnino judiciis valitura, ut inchoatis causarum audientiis, nullæ penitus aliæ misceantur, priusquam quæstionibus primis per definitivæ vel interlocutoriæ sententiæ calculum, finis legitimus imponatur, aut ad eum dilationis terminum, quem causæ natura poposcerit, deducantur.

Deest in Græco Codice.

10

TIT. XXXVI.

De Officialibus Reipublicæ.

REX ROGERIUS.

OFficiales Reipublicæ, vel Judices, qui tempore administrationis pecunias publicas subtraxerint, obnoxii sint crimine peculatus, ac capite puniantur, nisi eis Regia pietate indulgeatur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΗ.

Περὶ ποινῆς τῶν ὀφφικιαλίων τῶν ἀφελόντων τὶ ἀπὸ τῶν δημοσίων πραγμάτων.

20

ΟΙ' ὀφφικιάλιοι τῶν δημοσίων πραγμάτων. ἢ κριταὶ οἵτινες τῷ καιρῷ τῆς οἰκείας δικαιοδοσίας δημόσια χρήματα ἀφείλοντο, ὑπεύθυνοι ἔσονται τῷ, δὲ πεκουλάτους ἐγκλήματι, καὶ κεφαλικῶς τιμωρείσθωσαν, εἰ μὴ ἡ βασιλικὴ πραότης τούτοις συγγνωμονήσειε.

IDEM.

OFficialis qui sua negligentia bona publica deperire, vel minui permiserit, in persona propria, vel rebus suis constituetur obnoxius, & hoc aspectu Regiæ pietatis.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΖ.

Περὶ ποινῆς τῶν ὀφφικιαλίων, οἵτινες ἀμελοῦσι τῶν δημοσίων πραγμάτων.

30

ΟΙ' ὀφφικιάλιοι, οἵτινες δι' οἰκείαν ἀμέλειαν τὰ τοῦ δημοσίου πράγματα ἀπολέσθαι ἢ ἐλαττοῦσθαι παραχωρήσουσιν, ἔσωσαν ὑπεύθυνοι σώματί τε καὶ πράγματι, κατὰ τὴν διάκρισιν τῆς βασιλικῆς εὐσπλαγχνίας.

TIT. XXXVII.

De officio Magistrorum Camerariorum, & Bajulorum.

IDEM.

JVstitiarios, Camerarios, Castellanos, & Bajulos sollicitos esse volumus,

Hîc deest in Græco Codice;

40

Sed quoniam hæc lex infra Tit. LXII. repetitur; ibi Græca, quæ hîc desiderantur, cum Latinis conferre licebit.

mus, & devotos, ut ubi necesse fuerit, & pro commodis Curiæ nostræ, per Dohanæ Secretos, & Quæstorum magistros, vel alios Officiales extiterint requisiti, consilium & auxilium eisdem debeant impartiri.

TIT. XXXVIII.

Deest in Græco Codice.

De officio Magistri Justitiarii, & Judicum Magnæ Curiæ.

IMPERATOR FRE.

NIhil veterum Principum auctoritati detrahimus, si juxta novorum temporum qualitatem de nostro gremio nova jura producimus & novis abusibus, nova remedia reperimus: habet enim istud ex officii necessitate præcipuum Imperialis excellentiæ dignitas, ut si per rerum mutationes & temporum, ad eradicanda vitia plantandasque virtutes, non videntur hominibus vetera jura sufficere, nova quotidie reperire consilia, per quæ virtuosi ditentur præmiis, & vitiosi continuis pœnarum malleis conterantur. Considerantibus igitur nobis ad laudabilem hominum Regni vitam, statuta prædecessorum nostrorum Regum, & Principum, quandam ex longæva guerrarum turbatione quodammodo contraxisse rubiginem, dum uti pacifice statutis eisdem homines nequiverint; in parte etiam (ut igitur salvo prædecessorum nostrorum pudore loquamur) propter sequentium temporum nova discrimina statutis ipsorum defectu non modico laborantibus, statim post nostri receptum Imperii diadema, necessaria nec minus continua nobis oportuit excogitare remedia, per quæ possemus veterum statutorum caliginem provisionis nostræ lima detegere, & consilii plenitudine supplere de-

defectum. Sicque nuperrime diebus istis, dum ab expeditione Ligurum ad Regnum nostrum Siciliæ quietem veniremus assumere, licet brevem, istius etiam modici temporis spatium dare nolumus ad requiem; quin etiam præterita nitemur absentiæ nostræ tempore dispendia commissa corrigere, & in futurum de statu pacifico nostrorum fidelium cogitare: & ut secundum ordinem singula tractaremus, Curiæ nostræ providimus ordinare justitiam, a qua, velut a fonte rivuli, per Regnum undique norma justitiæ derivetur.

IDEM.

Deest in Græco Codice.

STatuimus, ut magnæ Curiæ nostræ Magister Justitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui quatuor Judices volumus assidere; & ut Magister Justitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine læsæ majestatis nostræ, & de feudis quaternatis, & de quota parte ipsorum feudorum, & de appellationibus Ordinariorum, seu Delegatorum nostrorum ad nostram Curiam interjectis, & de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediate Nobis assistunt, de speciali conscientia nostra in Curia commorantium, qui de Curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere; necnon & miserabilium personarum, quarum est privilegium forum eligere, corporali præstito sacramento, quod adversariorum suorum forte potentiam perhorrescunt, causas audiat, & justitia mediante decidat. Consultationes inferiorum Judicum pro sua jurisdictione recipiat, de jure consulentibus responsurus. In aliis autem nulli liceat adversarium suum in nostra Curia evocare, sed apud civiles & criminales Judices, prout eorum quilibet de causa cogno-

fcere ex officio fuo poteft, adverfarios fuos citandi licentia concedatur: Hoc addito, quod de crimine læfæ majeftatis noftræ apud Juftitiarios regionum, fi hoc accufator elegerit, caufas audiri volumus, & decidi. Advenientibus etiam ad Curiam noftram pro quærenda juftitia, feu litteris impetrandis, primum inquiri præcipimus, fi ad civiles Judices in civilibus caufis, vel de majoribus ad majores, primum recurfum habuerunt. Quod fi forte negaverint, ad ipfos cum rubore, & expenfarum factarum difpendio, fine litteris remitti jubemus. Ceterum fi per eos denegatam, aut detractam forte fibi juftitiam, præftito facramento firmaverint, nomine fupplicantis & judicis, cum adjectione dicti refcripti conceffi in memorabilibus actis, quæ fuper his fpecialiter fieri mandavimus, annotato, tandem infrafcripta forma litteras obtinebunt; Quæ talis eft: Talem juratum ad te remittimus: quod defuper intercelufo negocio a te petitam juftitiam nequierit obtinere, expediendus infra ftatuti temporis fpatium per novas noftræ munificentiæ fanctiones.

Is autem, ad quem hujufmodi litteræ tranfmittuntur, omnes quotquot in forma præfcripta officio fuo durante, acceperit, ab adminiftratione remotus, infra menfem continuum Curiæ noftræ Judicibus, apud quos gefta de talibus refidebunt, priufquam ad alterius ratiocinii calculum admittantur, per fe, non per procuratores præfentare debebit; redditurus de quolibet examine judicii rationem; ut quilibet, vel de negligentia redargutus pœnam legitimam, quam non formidavit, accipiat: vel de diligentia comprobetur, in præfentia adverfariorum, vel contumaciter fugitivorum, qui per fucceflorem fuum ad inftantem requifitionem ipfius peremptorie cita-

citari debebunt, cum ipso nostræ Curiæ se debeat præsentare, perjurii pœnam probabili ratione refundat. Sane si postquam inferiorum Judicum quæstionem ad se forte delatam, ad jurisdictionem suam dubitat probabiliter pertinere, dubitationis suæ causam litteris suis, non per partes, ad Curiam transmittendo, sed certum, infra quem responsionem expectet, partibus terminum præfigendo, 10 Curiæ nostræ secure rescribat, juri & qualitati negotii a nostra Curia responsum idoneum recepturus.

TIT. XXXIX.

Deest in Græco Codice.

De impetrandis litteris a Curia Magistri Justitiarii.

IDEM. 20

Litteras de remissione prædicta, vel de citatione super causis, & earum processibus ad magnam Curiam nostram pertinentibus; necnon super inquisitionibus faciendis, & ad Curiam nostram remittendis; & demum de qualibet justitia, ordine supradicto servato, sub titulo nostri nominis, & speciali sigillo nostro, quod de justitia fieri mandavimus, & quod apud Judices Curiæ 30 nostræ residere jubemus, de consilio prædictorum omnium Judicum scribi volumus, & etiam sigillari.

Specialiter autem duobus Judicibus in Curia nostra statutis, qui secum unum Notarium ad hæc specialiter deputatum habebunt, injunximus, ut inquisitiones factas & ad Curiam nostram missas, cum omni diligentia videant; probata discutiant; & demum relatione ad Magi- 40 strum Justitiarium, & Judices nostros facta, si quæ sunt, quæ conscientia nostra non egeant, causas inquisitionum ipsarum, data copia partibus, quæ non subter-

terfugii causam quærebant, reclamandi licentia, prædicti Magistri Justitiarii, & Judices cum summa celeritate decidant.

Denunciationes autem pro nobis, vel contra Curiam nostram factas, quas in posterum denunciatoris nomine non expresso recipi prohibemus, per Judices ante factos discuti volumus, & secundum formam in denunciationibus ipsis inferiori nostri nominis lege fir- 10 matam, commissiones de eis fieri, causas ipsorum instrui, & ad finem debitum deduci jubemus.

Nova Constitutio. *Deest in Græco Codice.*

IDEM.

PRæcipimus offerri Magistro Justitiario omnes petitiones, tam de Imperio, quam de Regno; tam de justi- 20 tia, quam de gratia. Ipse autem eodem die consilio habito cum uno Judicum prædictorum, secundo die naturam petitionum omnium examinabit, & eas, quæ ad suum officium pertinent, per se expediat, quæ sunt sigillandæ sigillo justitiæ Imperii, & sigillo Cameræ, eas videlicet, quæ sunt de forma; alias autem, quæ conscientiam nostram requirunt, remittet ad Libellensem nostrum 30 sub sigillo suo per nuncium suum, vel per aliquem ex supplicantibus.

TIT. XL. *Deest in Græco Codice.*

Vt post renunciationem infra decendium pronuncietur in omnibus.

IDEM.

HAc lege in perpetuum valitura 40 censemus, ut tam Magister Justitiarius, quam alii inferiores Judices infra decendium, postquam renunciatum est, pronuncient a renunciationis tempore

pore

pore numerandum. Et si talis quæstio emerserit, in qua nostra conscientia sit necessario consultanda, vel superiorum Judicum consilium expectandum, Magister Justitiarius prædictus per se, vel per unum ex Judicibus circumspectionis nostræ responsum exquirat; In illis tamen casibus, in quibus, nobis inconsultis, procedi non potest, ut in his, quæ Curia tenet, vel si novus casus emerserit, fideli relatione facta superiorum suorum responsum exquirat. 10

Idem in inquisitionibus, & appellationibus dignoscitur observandum: videlicet, ut currat decendium in inquisitionibus post responsiones factas. In appellationibus post earum receptionem, nisi ambæ partes non sint præsentes, sed appellator tantum: ubi sunt præsentes, post renunciationem factam, 20 ut supra.

Nova Constitutio.

IMPERATOR FRE.

MAgnæ Curiæ nostræ Magistrum Justitiarium, velut justitiæ speculum, in cognitionum nostrarum judiciis collocatum, non magis magisterii nomine Justitiarium ceteris præfici volu- 30 mus, quam exemplo: ut in ipso ceteri gradus inferiores aspiciant, quod in se ipsis observent. Quædam tamen ejus in tantum specialiter sunt annexa judicio, ut de eis absque delatione [nostri nominis] specialius cognoscere non præsumat: de Comitatibus videlicet, Baroniis, Civitatibus, Castris, & magnis feudis, quæ in quaternionibus Dohanæ nostræ Baronum inveniuntur inscripta. 40 Curialium etiam quæstiones, qui a Curia nostra discedere sine mandato nostro, vel Ordinariorum nostrorum pro velle non possunt: qui tamen immediate nobis,

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΖ.

Περὶ τῶν ἀνηκόντων τῷ ὀφφικίῳ τοῦ μαΐστορος δικαιώτου.

ΤΟ'ν μαΐστορα δικαιώτην τῆς ἡμετέρας κόρτης, οἷόν τε δικαιοσύνης ἔσοπτρον τῶν ἡμετέρων διαγνώσεων ἐν τοῖς δικαστηρίοις δοθησόμενον, οὐ μόνον τῷ ὀνόματι, μᾶλλον τῷ ἀξιώματι, τοῖς ἄλλοις δικαιώταις προΐστασθαι βουλόμεθα, ὅσον δὴ καὶ τῷ τύπῳ, ἵνα ἐν αὐτῷ οἱ ἄλλοι κατώτεροι τῶν ἀξιωμάτων βαθμοὶ ἐπιβλέπουσιν ὅπερ ἐν αὐτοῖς τηρεῖσθαι ὀφείλει. Τινὰ δὲ ὅμως τοσοῦτον ἰδικῶς τῇ τούτων δικαιοδοσίᾳ περιπλέκονται, ὥστε χωρὶς ἰδικῆς ἀναθέσεως ἄλλος διαγινώσκειν μὴ θαῤῥήσῃ· περὶ Κομήτων δηλονότι, Βαρουνίων, πόλεων, κάστρων καὶ μεγάλων φίων, ἅτινα περιέχονται τοῖς τετραδίοις τῶν Βαρουνίων τῆς ἡμετέρας κόρτης. Ἔτι δὲ καὶ ὑποθέσεις τῶν ἡμετέρων κουριαλίων τῶν προσκαρτερούντων τῇ ἡμετέρᾳ αὐλῇ, οἵτινες χωρὶς ἡμετέρου ὁρισμοῦ, ἢ τῶν παρ' ἡμῶν τεταγμένων ἀναχωρῆσαι οὐ δύνανται· οἵτινες

bis, vel Officialibus nostris, non pro ipsorum servitiis, sed pro nostris assistant, [in aliquo forsan ab eis officio constituti], sive agant, sive conveniantur, Magistri Justitiarii examinent, & decidant: qui etiam prærogativa speciali lætantur, ut illic adversarios suos in civilibus & criminalibus causis valeant evocare. Appellationes etiam, & consultationes inferiorum Judicum, seu etiam delegatorum a nobis, qui ad nostri culminis audientiam deferuntur, dum nobiscum in nostra Curia commorantur, pro jurisdictione sua suscipiant audiendas, & fine debito terminandas.

ὅμως ἀμέσως ἡμῖν ἢ τοῖς ἡμετέροις ὀφφικιαλίοις προσκαρτερῦσιν, ὐ χάριν τῶν οἰκείων δυλειῶν, ἀλλὰ τῶν ἡμετέρων, εἴτε ἐνάγυσιν εἴτε ἐνάγονται, ὁ μαΐστωρ δικαιώτης ἐξετάσει καὶ διαγνώσεται περὶ τῦτο· ϗ οἵτινες ἰδικῷ προνομίῳ τέρπονται, ὡς δύνασθαι τὺς οἰκείυς ἀντιδίκυς ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς καὶ κεφαλικαῖς καὶ χρηματικαῖς ὑποθέσεσι πρὸς τὴν μεγάλην κόρτην ἐφέλ-10 κειν. Τῶν ἐκκλήτων καὶ ἀναφορῶν τῶν χαμαιδικασῶν, αἵτινες πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος ἀναφαίρονται, ἡνίκα μεθ' ἡμῶν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ προσκαρτερεῖ, τῇ οἰκείᾳ δικαιοδοσίᾳ ἀκροάσηται καὶ ὀφειλομένῳ τέλει ταύτας περαιώσει.

TIT. XLI.

De eodem Magistro Justitiario.

In Codice Græco, quæ sequuntur, præcedentibus subnectuntur 20

IDEM.

HOnorem debitum, atque præcipuum nostræ Curiæ reservantes edidimus, ut si quando etiam prædictus Magister Justitiarius Civitatem quamlibet, vel locum intraverit, quousque in eodem loco Magister Justitiarius ipse, una cum Judicibus nostris Curiam nostram tenuerit, Justitiarius regionum, qui illic inventus fuerit, silere debebit, utputa minori lumine per luminare majus superveniens, obscurato.

ἡνίκα δὲ ὁ προρηθεὶς μαΐστωρ δικαιώτης μετὰ τῶν ἡμετέρων κριτῶν ἐν δικαστηρίῳ προσκάθηται, οἱ τῶν ἐπαρχιῶν δικαιῶται σιωπᾷν ὀφείλυσιν, οἵτινες αὐτόθι εὑρεθήσονται. Τῦ γὰρ μειζοτέρυ φωστῆρος ἐπερχομένυ, τὸν ἐλάττω 30 ἐπισκοτάζειν ἐπαναγκές.

TIT. XLII.

Vt Magister Justitiarius possit emendare oppressiones Officialium & revocare.

Deest in Græco Codice.

IMPE. FRE.

MAgister Justitiarius injurias, impressiones, & concussiones inferiorum omnium Judicum, destitutiones etiam sine speciali mandato nostro pro Curia nostra factas, faciat emenda- 40

re,

Deest

re, & possessiones restitui destituto, nobis etiam inconsultis. Captivos etiam, nobis non mandantibus vel inconsultis, per Justitiarios, vel per alios, captos, injuste vel juste captos, & injuste detentos, nobis inconsultis, faciat liberari.

Nova Constitutio de eodem. 10

Deest in Græco Codice.

IDEM.

CAusas per Magistros Camerarios in Regno, vel per Capitaneos in imperio coram eis contra Fiscum motas, & ad Curiam terminandas delatas, super debitis & rebus mobilibus suo jure definiat. Item de modicis immobilibus, sicut de domo una, & vinea, quæ non sunt magni pre- 20 tii. Super aliis autem conscientiam nostram, quam citius poterit, per se vel per alios ex Judicibus, consultabit: hoc specialiter super Curiæ debitis observato, quod non tantum per instrumenta confessionum, sed per testes, qui naturali numerationi interfuerint, de debito probetur, nisi Judex, & Notarius, & testes in instrumento subscripti, non de confessione tantum, 30 sed quod ipsi interfuerint numerationi, testentur.

TIT. XLIII.

De officio Capitaneorum, & Magistri Justitiarii.

Deest in Græco Codice, & in Neapol. edit. an. 1475.

IDEM.

CApitaneorum autem, & Magistro- 40 rum Justitiariorum officium tale erit: circuire provincias sibi decretas, & in dies solemnes Curias in locis, & terminis, prout ea melius videbitur, expedire. Cognoscere de magnis malefi-

 ciis,

ciis, videlicet, per universitates locorum, Comites, & Barones publice perpetratis. Super illis etiam maleficiis cognitionem suam impartiri debebunt, quæ præsentibus ipsis in locis, vel parum ante adventum ipsorum contigerit perpetrari. Vt tamen si regionum Justitiarii sint præsentes, causas ipsas per eos sine mora qualibet audiri jubeant, & finiri. Absentibus autem Justitiariis, si periculum evidens in cognitionis dilatione præviderint, consequentes audiant, & definiant quæstiones. Alioquin non Officialium ordo servetur; ad Justitiarium primum, deinde ad Magistros Justitiarios, & demum in defectum omnium, ad magnam Curiam nostram volumus proclamari. Appellationes a sententiis inferiorum Judicum ad ipsos volumus interponi: & ab ipsorum sententiis ad nostram audientiam provocari. Ex generali etiam commissione nostra specialiter eis facta committimus Magistris Justitiariis antedictis, ut nobis circa Imperii nostri partes extra Regnum agentibus, appellationes a sententiis Justitiariorum, seu quorumlibet inferiorum Judicum ad nostram audientiam interjectis, ipsi suscipiant, &, prout viderint de jure, decidant. Ita quod nulli nostrorum fidelium liceat occasione appellationis ad auditorium nostrum factæ adversarios suos extra Regnum expensis, & laboribus fatigare: nisi forsitan super crimine læsæ majestatis, vel super eo crimine, de quo condemnatus vitam, vel membrum amitteret: vel forsitan exularet, aut exilii judicio statum, aut omnia bona sua, vel majorem partem ipsorum, deberet amittere condemnatus, appellationes ad nos contingeret interponi: tunc enim in electione esse volumus appellantis, utrum ad præsen-

tiam

tiam noſtram adire voluerit, vel cupierit ipſorum judicium experiri. Querimonias etiam, quæ fient contra Juſtitiarios regionum, Secretos Cameræ, Caſtellanos, Procuratores Demaniorum noſtrorum, & alios Officiales audient, & ex officio ſuo ipſorum exceſſus, & negligentias puniant, & interdum defectum eorum, juxta ſubſcriptam formam, prout expedierit, ſupplere procurent.

Specialiter autem ſi Caſtellanos, vel Procuratores demaniorum, ſeu animalium noſtrorum, & cuſtodes deſenſarum noſtrarum, inveniunt per fraudem, vel manifeſtam negligentiam male ſibi commiſſa tractaſſe; ipſos capiant de perſonis, & nobis ſignificent tranſgreſſionem ipſorum, ut inde fieri mandemus, prout noſtro beneplacito reſidebit. Vt tamen Caſtellanos de noſtra conſcientia deſtitutos de Caſtris non amoveant ſine cauſa, quorum aliquem, qui ſe ex prædictis cauſis removere contigerit, per eoſdem remoti delictum, & ſubſtituti nomen nobis ſignificent ſeriatim, ut de ſubſtituto ipſo, aut de ſubſtituendo alio mandatum de ſcrinio conſcientiæ noſtræ procedat. Induſtriam, ſolicitudinem, & diligentiam Caſtellanorum noſtrorum, quæ in conſervandis, & medicandis Caſtris, & Demaniis noſtris habuerint, per ipſos Celſitudini noſtræ frequentius volumus intimari, ut quemadmodum injuſtos, & iniquos pœnis affici, ſic bonos & juſtos Imperialibus præmiis volumus decorari. Prædictis præterea Magiſtris Juſtitiariis, & Capitaneis noſtris injunximus, ut ſi invenerint aliquem Officialium noſtrorum per gratiam, aut odium manifeſtum, juſtitiam detraxiſſe, ſeu pecuniam, ſeu jojectas, ſeu canes, aut accipitres, aut aliquid aliud, præter eſculentum aut poculentum, quod ad plus duobus die-

bus semel in anno tantum sibi sufficiat, recepisse, ut tamen a litigantibus nihil omnino nec esculentum recipiat; si de jurisdictione sua ab aliquo litigante receperit, cum infamia privatus officio, per ipsorum bonorum suorum omnium infiscationem mulctetur: ceterum si de aliis non litigantibus, qui tamen de jurisdictione sua sinr Officiales, receperit aliquas res, accepta domino restituta, 10 in quadruplum Fisco nostro damnatur. Lirigator autem, qui Judicem aliquem dando corruperit, vel corrumpere promittendo voluerit, etiamsi bonam causam habebat, in ipsa succumbat. Hoc idem in eisdem Capitaneis, & Magistris etiam Justitiariis, si circa prædictam prohibitionem nostram receperint aliquid, volumus observari. Et ut in talibus quibuslibet, vel omnibus de- 20 linquendi materia subtrahatur, edicimus, ut Officiales cui in corruptelam sui promissionem fieri contigerit, promittentis nomen, & promissionis etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia perveniat, præcipimus nunciari.

T I T. XLIV.

30

De officio Justitiariatus.

IDEM.

JVstitiarii nomen & normam jus, & justitia contulerunt, quibus quanto magis in nomine sunt affines, tanto eorum veri & solliciti debent esse cultores. Hinc est, quod ipsorum judiciis causæ capitales maxime reservantur, & quod ipsorum officium debet esse gra- 40 tuitum; nec ipsum licet alicui pretii venalitate mercari. Quæ igitur ad ipsorum cognitionem pertineant, prædecessorum nostrorum assisiis comprehensa, aper-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΔ.

Περὶ τῶν ἀνηκόντων τῷ ὀφφικίῳ τῶν δικαιωτῶν.

ΤΟῖς δικαιώταις ὄνομα καὶ εὐπρέπειαν τὸ δίκαιον καὶ ἡ δικαιοσύνη δεδώκασιν, ἐν οἷς ὅσον τῷ ὀνόματι ἰδιάζουσι, τοσοῦτον ὀφείλουσιν εἶναι ἀληθεινοὶ καὶ σπουδαῖοι τούτων θεραπευταί. Τούτου χάριν τῇ κρίσει τούτων αἱ κεφαλικαὶ καὶ μεγάλαι ὑποθέσις τηρείσθωσαν· καὶ τὸ ὀφφίκιον τούτων ὀφείλει εἶναι οὐκ ὠνητόν· οὐ γὰρ ἔξεσί τινι τοῦτο δώροις ἀγοράσαι. Τὰ δὲ ἀνήκοντα τῇ διαγνώσει τούτων, καὶ περιεχόμενα ταῖς διατάξεσι τῶν ἡμετέρων προγόνων, φανερωτέρως διο-

apertius definimus, Latrocinia scilicet, magna furta, fracturæ domorum, insultus excogitati, incendia, incisiones arborum fructiferarum, & vitium: vis mulieribus illata, duella, crimina majestatis, arma molita, defensæ impositæ [& contemptæ ab aliis, vel pro aliis ab eisdem]: & generaliter omnia, de quibus convicti pœnam sui corporis, vel mutilationem membrorum sustinere deberent. Magnum autem furtum accipimus ultra viginti augustales, etiamsi civiliter de furto ipso agatur, ut tamen etiam de quantitate minori coram Justitiario [ad corporalem pœnam] criminaliter possit accusatio intentari. Cognitionem civilium etiam causarum, in defectu etiam Camerariorum, & Bajulorum, ad officium suum pertinere cognoscant. Defectus vero in Camerariis, & Bajulis tunc esse videtur, videlicet cum post duos menses a die proclamationis ad ipsos factæ [, causæ eis a superiori commissæ fuerint], nec conquerentibus in rationibus suis satisfaciunt, ut tenentur & debent, nisi instructionis [desideratæ] necessitas terminum exigat largiorem. Eodem per omnia observando in dominis, de quibus constiterit infra prædictum tempus ad requisitionem superioris, vel mandatum nostrum, hominibus nolle facere justitiæ complementum. De feudis etiam & rebus feudalibus ipsi cognoscant: præter quæstiones de Castris, & Baroniis, & magnis feudis, quæ in quaternionibus Dohanæ nostræ scripta sunt, quæ omnia singulariter cognitioni nostræ Curiæ reservamus.

διορίζομεν· ἐν πρώτοις τὰς κλοπὰς καὶ μεγάλας κλεψίας, τοιχωρυχίας, ἐπαναστάσεις μεμελετημένας, ἐκκαύσεις, ἐκκοπὰς δένδρων καρποφόρων καὶ ἀμπέλων· δυναστεία γενομένη γυναιξὶ, μοναχία καὶ τὸ περὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα, ὅπλα ἠκονημένα, ποινὰς ἐπιτιθεμένας, καὶ γενικῶς πάντα, δι᾽ ὧν οἱ καταδικασθέντες ποινὴν τοῦ ἰδίου σώματος ἢ μελῶν ἐκκοπὴν ὑποστῆναι ὀφείλουσι. Μεγάλην δὲ κλοπὴν νοοῦμεν τὴν ὑπὲρ τὰ εἴκοσι αὐγουστάλια, μᾶλλον εἰ χρηματικῶς περὶ ταύτης τῆς κλοπῆς ἐναχθῇ· περὶ ἐλάττονος δὲ ποσότητος, ἐνώπιον τοῦ δικαιώτου ἐγκληματικῶς ἐνάξαι δυνήσεται. Τὴν διάγνωσιν δὲ τῶν χρηματικῶν ὑποθέσεων ἐν τῇ στερήσει τῶν πρακτόρων καὶ καμμεραρίων, εἰς τὴν αὐτῶν δικαιοδοσίαν ἀνήκειν γινωσκέτωσαν. Τότε δὲ στέρησιν καμμεραρίων καὶ πρακτόρων γνωρίζεται, ἡνίκα μετὰ δύο μῆνας ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς προτεθείσης ἐνώπιον αὐτῶν ἀγωγῆς, δίκαιον οὐκ ἐπλήρωσαν τοῖς αἰτοῦσι, καθὼς ὀφείλουσι καὶ ἐνέχονται, εἰ μὴ ἡ ἀνάγκη τῆς ὑποθέσεως μακροτέραν διορίαν ἐπιζητεῖ. Τὸ αὐτὸ δὲ τηρείσθω ϗ ἐπὶ τοῖς δεσπόταις, οἵτινες ἐν τῇ ἀναζητήσει τοῦ μειζοτέρου, ἢ τοῦ ἡμετέρου ἐντάλματος ἐντὸς ὡρισμένου καιροῦ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἐπλήρωσαν δίκαιον. Περὶ δὲ φίων καὶ πραγμάτων φεδαλίων αὐτοὶ γινωσκέτωσαν· χωρὶς τῶν ὑποθέσεων τῶν περὶ κάστρων, καὶ βαρουνίων καὶ μεγάλων φίων, ἅτινα τοῖς τετραδίοις τῆς ἡμετέρας δουάνας ἐγγέγραπται, καὶ ἰδικῶς τῇ διαγνώσει τῆς ἡμετέρας κόρτης παραφυλάττομεν.

TIT. XLV.

Vbi Clericus in maleficiis debeat conveniri.

REX GVIL.

DE personis Clericorum totius Regni nostri volumus & jubemus, quod si de aliquo foris facto', de quo persona judicari, vel condemnari debeat, appellatus fuerit, non a nobis, vel a Curia nostra, sed ab Ecclesia, & in Curia Ecclesiæ de eo quod ad personam suam pertinet, judicetur, & secundum Canones, & jus Ecclesiasticum condemnetur: excepto si de proditione aliquis fuerit appellatus, vel de alio magno hujusmodi maleficio, quod spectat ad Majestatem nostram: quod si acciderit, volumus, & præcipimus, ut de hoc, quod spectat ad Curiam nostram, in nostra Curia judicetur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΕ.

Περὶ κληρικῶν ὅταν ἐγκληματικῶς κατηγορηθῶσι.

ΠΕρὶ τῶν προσώπων τῶν κληρικῶν παντὸς τοῦ κράτους, θέλομεν καὶ ὁρίζομεν, ἐὰν ὑπό τινος ἐγκληματικῶς κατηγορηθῶσι, δι' οὗ σωματικὴν ποινὴν, ἢ καταδίκην ὑποστῆναι ὀφείλουσι, οὐ παρ' ἡμῶν οὐδὲ παρ' ἡμετέρας κόρτης, ἀλλὰ παρὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ περὶ τῶν ἀνηκόντων τῶν αὐτοῦ σώματι κρινέσθω, καὶ κατὰ τοὺς θείους κανόνας καὶ ἐκκλησιαστικὰ δίκαια καταδικαζέσθω, χωρὶς ἐὰν περὶ καθοσιώσεώς τις κατηγορηθῇ, ἢ ἄλλου τινὸς μεγάλου ἐγκλήματος ὁμοιοτρόπου, ὅπερ ἐπιβλέπει πρὸς τὴν ἡμετέραν μεγαλειότητα· ὅπερ εἰ συμβήσεται, θέλομεν καὶ ὁρίζομεν, ἵνα ὑπὲρ τούτου, ὅπερ ἀνήκει τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ, ἐν τῷ ἡμετέρῳ δικαστηρίῳ ἐξετασθῇ.

TIT. XLVI.

De præstatione sacramenti a Magistro Justitiario, & Justitiariis.

IMPER. FRE.

INter cetera Capitula, quæ in sacramento præstando a Magistro Justitiario [seu Justitiariis] cum administrationem suscipiunt, continentur, hoc specialiter & expressius volumus contineri, ut Deum, & justitiam habendo præ oculis, unicuique conquerenti justitiam faciant sine fraude, & quam citius poterunt, litigantes expedire curabunt.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝϚ.

Περὶ τοῦ ὅρκου τοῦ μαΐστορος δικαιώτου.

ΕΝ τοῖς ἄλλοις κεφαλαίοις ἅτινα περιέχονται τῷ ὅρκῳ τῷ γινομένῳ παρὰ τῶν μαϊστόρων δικαιωτῶν, ἡνίκα τὴν δικαιοδοσίαν δέχονται, καὶ τοῦτο ἰδικῶς περιέχεσθαι βουλόμεθα, ἵνα θεὸν καὶ τὸ δίκαιον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες τῷ ἐγκαλοῦντι παντὶ δίκαιον πληρώσωσι χωρὶς δόλου, καὶ διὰ τάχους εἰ δυνατὸν ἐλευθερῶσαι σπουδαζέτωσαν.

TIT. XLVII.

De servando indemnitatem Comitibus, Baronibus, & Militibus.

IDEM.

VT universis & singulis Regni nostri nobilibus honor debitus integre conservetur, Comitibus, Baronibus, ac ceteris Militaribus viris, eorum judicia sibi invicem reservamus; videlicet ut prædicti criminaliter accusati, vel etiam conventi civiliter, nonnisi per Comites, & Barones, & eos, qui a nobis tantum feuda in capite tenent, non, qui Comitibus, & Baronibus aliis teneantur, definitivas, & interlocutorias sententias, etiam quæ principali negotio præjudicium possint afferre, recipiant cum proborum virorum judicio, & aliorum nobilium consilio proferendas, & per eosdem Comites, & Barones: interdum etiam de commissione ipsorum per Curiæ nostræ Judices decidendas: Et quamquam Comites aliquando examinationi totius negotii non intersint; auditam tamen causam & plene discussam Justitiarii & Judices nobilibus, qui sententiam debebunt ferre, feriatim enuncient; ut sicut antedicti Comites, & Barones secundum constitutiones sacras nostras, aut in defectu ipsarum, secundum consuetudines Regni approbatas, & demum secundum jura, quibus Constitutiones prædecessorum nostrorum & nostræ non obviant, ac denique recepto responso celsitudinis nostræ, si causæ dubietas hoc requirat, causam secundum Deum, & justitiam sententialiter terminare procurent. A quorum sententiis, si contigerit ad Audientiam superiorum judicum, vel nostri culminis provocari, appellationis judex ordinarius, vel delegatus a nobis, qui Comes similiter sit, aut Baro; de aliorum Comitum, & Baronum,

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΗ.

Περὶ τȣ̃ δικαστηρίȣ τῶν Κομήτων ϗ Βαρȣνίων.

ΕΝ ἅπασι τοῖς εὐγενέσι τȣ̃ ἡμετέρȣ κράτȣς ὀφειλομένη τιμὴ τελείως διατηρηθῇ τοῖς κόμησι καὶ βαρȣνίοις καὶ πᾶσι τοῖς ϛρατιώταις, τὰ δικαστήρια ἑαυτοῖς ἐκείνοις φυλάττομεν· τȣτέϛιν ἐγκληματικῶς κατηγορηθέντες ἢ χρηματικῶς ἐναχθέντες, ȣ̓ παρ' ἄλλων, εἰ μὴ παρὰ κομήτων ἢ βαρȣνίων καὶ τῶν ἄλλων, οἵτινες παρ' ἡμῶν ἀκέραια φία κρατȣ̃σι, ϗ ȣ̓ παρὰ κομήτων ἢ βαρȣνίων κατέχȣσι, τελείας ἀποφάσεις ἢ διαλαλιὰς δέξονται, προκριματιζȣ́σας τῇ πριγκιπαλίᾳ ὑποθέσει, μετὰ βουλῆς ἀξιολόγων ἀνδρῶν καὶ εὐγενῶν καὶ ἄλλων κριτῶν δοθησομένας, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν κομήτων καὶ βαρȣνίων, πολλάκις δὲ ἐξ ἀναθέσεως αὐτῶν διὰ τῶν κριτῶν τῆς κόρτης προσφερομένας. Καὶ εἴπερ ἅπαντες ȣ̓ δυνήσονται ἐν τῇ ἐξετάσει πάσης τῆς ὑποθέσεως παρεῖναι, οἱ δικαιῶται καὶ οἱ κριταὶ τὴν ἀκροασθεῖσαν καὶ τελείως ἐξετασθεῖσαν ὑπόθεσιν τοῖς εὐγενέσιν, οἵτινες τὴν ἀπόφασιν ἀπαγγεῖλαι ὀφείλȣσι, κατὰ μέρος διηγήσονται· ἵνα ȣ̓́τως οἱ προειρημένοι κόμητες καὶ βαρȣ̃νοι κατὰ τὰς δεδοκιμασμένας συνηθείας καὶ δίκαια, καὶ κατὰ τὰς εἰρημένας θείας διατάξεις, καὶ οἷς αἱ ἡμέτεραι διατάξεις καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων ȣ̓κ ἐναντιȣ̃νται, ποτὲ δὲ δεχομένης ἀποκρίσεως τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, εἴπερ ἡ τȣ̃ πράγματος ἀναμφισβήτησις τȣ̃το ἐπιζητήσει, τὴν ὑπόθεσιν κατὰ Θεὸν καὶ κατὰ τὸ δίκαιον ἀποφῆναι προνοήσωσι. Περὶ δὲ τῶν τοιȣ́των ἀποφάσεων, εἰ συμβῇ πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν ἡμετέρων κριτῶν, ἢ τῆς ἡμετέρας ὑψηλότητος ἐγκαλεῖσθαι, ὁ τῆς ἐκκλήτȣ δικαϛὴς τετυπωμένος, ἢ δελεγάτος παρ' ἡμῶν, κόμης ὁμοίως ὢν ἢ βαρȣ́νης, μετὰ βȣλῆς τῶν ἄλλων κομήτων καὶ βαρȣνίων καὶ κριτῶν τῇ ἡμε-

num, ac Judicum[, & proborum virorum] consilio, [appellationis causas] honori nostro & justitiæ deferentes, confirmando, vel infirmando priorem sententiam decidere procurent: quod non solum in judiciis cognitionum nostrarum, sed in aliis etiam generaliter [, sive delegationis jure, sive ordinarie cognoscatur, inviolabiliter] volumus obtineri. Et ut omnis omnino ab antedictis judiciis possit abesse dubietas, Comites, & Barones, & similes, & qui vel in Magna Curia nostra, vel alibi debebunt de cetero interesse sententiis, corporalia volumus sacramenta præstare, quod de puræ conscientiæ gremio nulli favori, vel gratiæ deferentes, juxta sacratissimas prædecessorum nostrorum [Regum Siciliæ,] & nostri nominis sanctiones, ac deinde secundum [Regni nostri obtentas consuetudines, &] jura, & postremo de conscientiæ nostræ consilio, sententias formare curabunt. Sententiæ tamen, quæ ante tempora præsentis legis [citra prædictam formam] contra Comites, & Barones, [& similes] latæ sunt, in suo robore perseverent.

ἡμετέρα τιμῇ καὶ δικαιοσύνῃ ἀναφέροντες, ἐπικυρῶσαι ἢ ἀνατρέψαι τὴν προτέραν ἀπόφασιν προνοήσεται· ὅπερ οὐ μόνον ἐν τοῖς δικαστηρίοις τῶν ἡμετέρων διαγνώσεων, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις γενικῶς τηρηθῆναι βουλόμεθα. Καὶ ἵνα πᾶσα ἀμφιβολία παρὰ τῶν προειρημένων κριτῶν ἀπείη, οἱ προειρημένοι κόμητες καὶ βαροῦνοι καὶ οἱ λοιποὶ, οἵτινες ἐν τῇ ἡμετέρᾳ μεγάλῃ κόρτῃ, ἢ ἀλλαχοῦ ὀφείλουσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ταῖς ἀποφάσεσι συνεῖναι, σωματικὸν ὅρκον ποιήσουσιν, ὅτι μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως, οὐδενὶ χάριτα ἀπονέμοντες, κατὰ τὰς θείας ἡμῶν διατάξεις καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ τέλος διὰ βουλῆς τῆς ἡμετέρας συνειδήσεως τὰς ἀποφάσεις ἀποδώσουσιν. αἱ δὲ ἀποφάσεις αἵτινες ἐδώθησαν πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς παρούσης διατάξεως, κατὰ κομήτων ἢ βαρουνίων, τῇ οἰκείᾳ τάξει μενέτωσαν.

T I T. XLVIII.

De prohibita Officialium nostrorum occasione.

IDEM.

DUram & diram pœnam, & qualitati delicti minime congruentem, Regis Gulielmi divæ memoriæ prædecessoris nostri constitutione contentam, qua ordinatores, & ordinati in Vicariatus, & Justitiariatus officio sine nutu, & licentia Regiæ potestatis, capitali sententia feriuntur, imperiali mansuetudine mitigantes, decernimus, supradictos publicatis omnibus bonis suis ab officio, quod sic illicite usurpaverant, removeri.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΘ.

Περὶ ποινῆς τῶν καθισάντων βικαρίους ἐν ὀφφικίῳ τῶν δικαιωτῶν.

ΤΗ'ν τραχυτάτην καὶ ἀπηνεστάτην ποινὴν, καὶ μηδαμῶς ἁρμόζουσαν τῇ τοῦ ἁμαρτήματος ποιότητι, τὴν περιεχομένην τῇ διατάξει τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει ῥηγὸς Γουλιέλμου τοῦ πρὸ ἡμῶν, ἥτις κεφαλικῶς ἐτιμώρει τοὺς καθισαμένους καὶ τοὺς καθισῶντας βικαρίους ἐν τῷ ὀφφικίῳ τοῦ δικαιώτου, χωρὶς εἰδήσεως τῆς ῥηγικῆς ἐξουσίας, βασιλικῇ πραότητι καταπραΰνοντες ὁρίζομεν, τοὺς προρηθέντας, δημοσιευομένων τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἁπάντων, ἀπὸ τοῦ ὀφφικίου ἀποκινηθῆναι, ὅπερ ἀναισχύντως ἐδέξαντο.

TIT. XLIX.

In

TIT. XLIX.

Quod nullus Prælatus, Comes, Baro officium Justitiarii gerat.

IDEM.

EA, quæ ad speciale decus, & merum imperium celsitudinis nostræ spectare noscuntur, per præsumptiones illicitas volumus a nemine usurpari. Hoc igitur piæ nostræ majestatis edicto in perpetuum valituro firmiter, inhibemus Prælatis Ecclesiarum, Comitibus, Baronibus, & Militibus, & locorum Universitatibus, ne Justitiarii officium in terris suis gerere audeant, vel gerendum alicui demandare; sed de Magistris Justitiariis, & Justitiariis ab excellentia nostra statutis, intendant. Contra præsentem autem prohibitionem nostri culminis satagentes, tam statuentes Justitiarios, quam statutos, terræ suæ publicatione mulctamus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ξ.

Περὶ ποινῆς τῶν ἐκπληρέντων τὸ ὀφφίκιον τῦ δικαιώτυ ἐν ταῖς ἰδίαις χώραις.

ΕΚεῖνα ἅτινα εἰς ἰδικὴν τιμὴν καὶ καθαρὸν κράτος τῆς ἡμετέρας μεγαλυνότητος ἀνήκειν γινώσκονται, ὐ θέλομεν παρά τινος διὰ ἀναρμόσων θρασυτήτων ἁρπαγῆναι. Τῷ παρόντι τοίνυν δόγματι τῆς ἡμετέρας μεγαλοφροσύνης, ὅπερ ἐς ἀεὶ φυλαχθήσεται, στεῤῥῶς κωλύομεν τοῖς προεςῶσι τῶν ἐκκλησιῶν, κομήτων καὶ βαρωνίων καὶ ςρατιωτῶν, καὶ τῇ Κοινότητι τῶν τόπων, ἵνα μὴ τολμήσωσιν ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν τὸ ὀφφίκιον τῦ δικαιώτυ ἀποτελεῖν ἢ ἄλλῳ τινὶ ἐκτελέσαι ἐπιτέλλειν· ἀλλὰ τῷ μαΐςορι δικαιώτῃ, ἢ τοῖς δικαιώταις τοῖς καθισαμένοις παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος προσερχέτωσαν. Τὺς δὲ κατὰ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἐλθεῖν διϊσχυριζομένυς, τοσῦτον τὺς καθιςῶντας ὅσον τὺς καθισαμένυς, δημεύσει τῆς οἰκείας χώρας κολάζομεν·

TIT. L.

Qua pœna Universitates teneantur, quæ creant Potestates, & alios Officiales.

IDEM.

CUm satis, abundeque sufficiant Officiales a nostro culmine stabiliti ad hoc, ut tam in civilibus, quam criminalibus causis, unusquisque justitiam valeat invenire; usurpationem illicitam, quæ in quibusdam partibus Regni nostri invaluit, abolentes: Præcipimus, ut amodo

Quæ sequuntur, Κεφαλὴ Ξ. absolvunt & claudunt: at in Latinis vice proœmii Tituli L. funguntur.

Ἐπειδὴ οἱ ὀφφικιάλιοι οἱ τετυπωμένοι παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ἱκανῶς καὶ ἀφθόνως ἀρκῦσιν, ἔν τε χρηματικαῖς καὶ ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσιν ἑνὶ ἑκάςῳ δίκαιον ἐκπληρῶσαι.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΑ.

Περὶ ποινῆς τῶν καθιςώντων κονσέλες ἢ κυβερνήτας ἐν ταῖς πόλεσιν.

ΤΗν ἀπρεπῆ ἁρπαγὴν, ἥτις ἔν τισι μέρεσι τῦ ἡμετέρυ κράτυς ἐπεισέφρησεν, ἀφανισμῷ ὑποβάλλοντες, ὁρίζομεν, ἵνα ἀπὸ

amodo, Potestates, Consules, seu Rectores in locis aliquibus non creentur, nec aliquis sibi auctoritate consuetudinis alicujus, vel ex collatione populi officium aliquod, aut jurisdictionem usurpet; sed Officiales tantum a nostra majestate statutos, vel de mandato nostro scilicet Magistros Justitiarios, Justitiarios, Camerarios, Bajulos & Judices ubique per Regnum volumus esse, & tam jura nostra, quam nostrorum fidelium ministrare. Quæcunque autem Universitas in posterum tales ordinaverit, desolationem perpetuam patiatur: & omnes homines ejusdem Civitatis angarii in perpetuum habeantur. Eum vero, qui aliquid de officiis supradictis susceperit, capite puniri censemus.

τῦ νῦν ἐξυσιαςαὶ, κόνσυλοι ἢ κυβερνῆται, ἔν τισι τόποις μὴ χειροτονῦνται, μήτε τις ἁρπάσῃ ἑαυτῦ ὀφφίκιον, ἢ δικαιοδοσίαν ὑπὸ ἀδείας τινὸς συνηθείας, ἢ συναινέσεως τῦ λαῦ, ἀλλὰ τὺς ὀφφικιαλίους τὺς παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλοφροσύνης καθιςαμένυς, μαΐςορας, δικαιώτας, καμμεραρίυς, πράκτορας καὶ δικαςὰς, πανταχῦ τῷ ἡμετέρῳ κράτει εἶναι βυλόμεθα, καὶ τοσῦτον τὰ ἡμέτερα δίκαια ὅσον καὶ τὰ τῶν ἡμετέρων πιςῶν αὐτοὶ σκεψάτωσαν. Ὁποῖα δὲ κοινότης ἀπὸ τῦ νῦν τοιαῦτα οἰκονομήσειεν, ἐρήμωσιν διηνεκῆ ὑποςήσεται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι τῆς αὐτῆς πόλεως ἀγγαράριοι ἔςωσαν ἐσαεί. Τὸν δὲ δεξάμενόν τι τῶν προειρημένων ὀφφικίων κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι ὁρίζομεν.

TIT. LI.

Deest in Græco Codice.

De Justitiariis, Assessoribus & actorum Notariis ordinandis, & de officio Justitiariatus.

IDEM.

JVstitiarii per Provincias statuantur, qui non sint de Provinciis, quas sibi munificentia nostra decreverit, oriundi, nec in eis habeant incolatum, nec majorem fortunarum suarum partem statuerint, ut assolet, in eisdem; nec ibidem per se, aut filios suos, præsertim acceptis in dotem rebus immobilibus, contraxerint parentelas. Assessores etiam, & actorum Notarios de decretis sibi Provinciis oriundos, vel qui in prædicta causa fuerint, eisdem saluberrima provisione negamus. Et illud adjicimus, ut post assumptum officium, originarios, sive municipes, in destinatis sibi Provinciis in familia non assumant; nec ante magistratum susceptum assumptis, de criminibus & offensis contra eum

ante

Deest

ante suum officium perpetratis, justitiam audeant ministrare; nec adversarios eorundem ad querelam ipsorum coram sua præsentia venire compellant: nullo per hoc præjudicio familiaribus suis conqueri, vel accusare volentibus in causis, quarum cognitio præsenti nostra constitutione differtur, in posterum generando. De criminibus autem, violentiis, & injuriis illis post assumptum officium illatis, de quibus ad eos cognitio pertinet, eis, sicut omnibus de jurisdictione sua, justitiam ministrare procurent. Deinde generaliter prohibemus, ut in civilibus causis, præterquam de feudis non quaternatis, seu parte feudorum ipsorum, nec principaliter, nec per appellationem officium suum aliquatenus interponant.

TIT. LII.

Qualiter Justitiarii se gerere debeant in Provincia sibi decreta?

Deest in Græco Codice.

IDEM.

JUstitiarii non per calendas, ut assolent hactenus, sed continue Curias per se, vel per alios Judices suos, quibus nihil aliud, quam audientia quæstionum debebit committi, regere debeant, causas audiant, & decidant. Civitates, & loca suarum jurisdictionum continua discursione perquirant; provincialium dispendiis ipsos ad remota loca propter justitiam non vocando, quanto salubriter poterunt, parcituri. Flagrantia maleficia non ulterius protrahant, sed ipsa in locis, in quibus ea perpetrata repererint, punientes maleficos, ut puta, famosos latrones, & fures, qui maleficia sua nullâ nequeunt tergiversatione celare. Publicorum itinerum aggressores, seu quoslibet recentes, & pu-

blicos homicidas, per nemora forsitan fugitivos, vel aliter latitantes ob conscientiam criminum patratorum, per se interdum, interdum per alios, expensâ etiam, si viderint expedire, de Curiæ nostræ pecunia, diligentissime perquisitos, nullis dilationibus, seu accusationum solemnitatibus expectatis, si deferentes, vel accusantes defuerint, de provincia pœna legitimæ severitatis extirpent: nec præsumptioni temerariæ per nos, nostrorumque Officialium, credatur attribui id, quod officii sui debito, ad plenitudinem suæ fragilitatis adjungent. 10

IDEM.

Deest in Græco Codice.

CAusas alias, ordinario judicio audiant, & examinent, & decidant infra trimestris temporis spatium, nisi forsitan instructionis desideratæ necessitas, veluti si probationes ex longinquo petantur, terminum exigat longiorem; super hoc specialiter a petente dilationem sacramento præstando, quod non causa differendi judicii, sed ex necessitate præscripta dilationem exposcat. Nec illud omittimus, quod occasione faciendarum Curiæ provisionum, pro sententiis proferendis, partes ultra debitum non aggravent, nec ipsos per Provincias trahendo post Curiam, propter hoc laborum & sumptuum vexatione fatigent; sed illas provisiones reputent competentes, quas Judex & Notarius actorum, qui apud eos fuerint, sufficere pro negotiorum qualitate censebunt. Prædicti autem actorum Notarii, & non Justitiarii sicut olim, pecuniam omnem, tam ex provisionibus, quam undecunque ex Justitiariorum officiis proventuram, ad generale pondus reci-

20

30

40

cipiant, & conservent. Et de receptis infra diem receptionis gratis satisfaciant apodixam, & ipsi recipiant antapocham de solutis.

TIT. LIII.

Deest in Græco Codice.

De inquisitionibus faciendis.

IDEM. 10

INquisitiones generales per Provincias, & partes Provinciarum, ubi, & quando expedire videtur, Justitiarii, facere non omittant de malefactoribus & hominibus malæ conversationis, & vitæ, per seipsos, Judices, & Notarios suos, & non per alios simplices, quibus eas hactenus committebant. Comminabuntur autem prædicti Justitiarii, & comminationes observent, quod qui- 20 cunque de his, qui præsentes coram eis fuerint, vel ad quorum notitiam edictum de inquisitione generaliter facienda pervenerit, super injuriis suis querelam, aut de mala fama, seu conversatione cujuspiam, vel de aliquo crimine, vel maleficio in Provincia patrato, veritatem non deposuerit, vel querelam, donec instantia faciendæ inquisitionis duraverit, de maleficiis us- 30 que ad illum diem in antea perpetratis, & injuriis sibi illatis, ut accusator, delator, aut testis nullatenus exaudiatur: nisi justam, & probabilem timoris, vel ignorantiæ causam ostenderit repellendus, propter quem Edicti tempore conqueri, vel inquisitionem deponere minime potuisset.

IDEM. 40

Deest in Græco Codice.

HI, qui per inquisitiones hujusmodi generales inventi fuerint notabiles, si tale quid contra eos probatum

tum appareat, per quod mori non debeant, nec membro aliquo mutilari, & per decem, aut plures, quos Justitiarii communi fama bonæ opinionis invenerint, convicti fuerint, utpote quod rixatores, & frequentes delatores armorum contra constitutiones nostras, quod lusores publici taxillorum, aut tabernarum frequentatores, aut quod ultra facultatem suorum proventuum non ex 10 mercationibus aut artificiis largiorem, quam debeant, vitam ducunt, ad publicum opus deputentur ad tempus, per litteras Justitiarii Magistro operum designandum, & ejusdem Justitiarii arbitrio juxta probatorum, & personæ qualitatem, provida deliberatione taxandum. Quo transacto cum litteris sui Magistri operis teneatur dare gratis licentiam condemnatis ad propria revertendi: 20 quod generaliter servandum censemus in omnibus, qui ad opera publica deputantur, ut designetur eis condemnationis tempus, & causa. Vel si qualitas delicti poposcerit, quod in perpetuum condemnati publicis operibus deputentur: hoc ipsum & sententia Præsidis manifeste contineat, & litteræ super hoc missæ manifeste declarent. Ceterum si tale quid contra eos probatum extiterit, 30 ex quo personam amittere debeant, vel membrorum mutilationem incurrere, aut perpetuo carceri mancipari: tunc, si quidem is contra quem inquisitio facta fuerit, levis vitæ, & malæ conversationis fuisse non probabitur, vel per quoscunque maleficus non probetur, inquisitionis ei copia tribuatur. Porro si per ipsam inquisitionem, aut alias contra eum factas, levis conversationis & 40 vitæ probetur, aut quod propter manifestam fugam ex maleficio fuerit forbannitus, & per decem bonæ opinionis viros, non inimicos delati, proba-

tum

tum fuerit contra eum: facta sibi copia nominum tantum omnium testium, non dictorum, nec eorum specialiter, qui contra ipsum inquisitionem deponunt; ad condemnationem ipsius, juxta qualitatem probati criminis, procedatur. De specialibus autem causis, & ad singularium delationes contra singulares personas factas, ad inquisitionem in criminibus faciendam minime procedatur; præterquam in crimine læsæ majestatis contra personam nostram, vel nostrorum collateralium perpetrato, vel nisi speciale conscientiæ nostræ mandatum super inquisitione facienda procedat. In quibus causis dandam, vel negandam inquisitionis copiam, plene per inquirentem ad nos relatione præmissa certificatum nostræ majestatis arbitrium, provida deliberatione mandabit: quæ quidem relatio continebit conditionem deferentis, atque delati, & nomen & famam ipsius, criminis etiam qualitatem, testium numerum, & ipsas depositiones eorum; famam etiam eorumdem, quatenus ipsam per inquisitionem summariam Justitiarius scire potest. In prædictis casibus & omnibus aliis, in quibus inquisitio facienda est, secundum jura communia vel nostri nominis sanctiones, exprimendum est delatoris nomen, & omnes solemnitates servandæ sunt, quæ veteribus legibus & nostris Constitutionibus super delationibus & delatoribus editis, continentur: præterquam in eo tantum crimine læsæ majestatis nostræ, quod personam nostram directo contingit; vel nisi justa & probabilis per eum apud quem delatio facta est, videbitur causa timoris, propter quam delator in publicum prodire formidet. Nihilominus tamen inquisitor hoc casu omnia teneatur ex officio suo circumspecte prospi-

cere,

cere, tam in personis productorum testium, quam in omnibus circumstantiis aliis, & specialiter, quis sit zelus delatoris, aut causa, quæ ipsum ad ipsam delationem inducat; & generaliter sic omnia ex officio suo suppleat inquisitor, quod in aliquo ignorantia prædictorum delato nocere non possit: quæ si per inquirentem perspicaciter observata non fuerint, inquisitio irritetur, denuo facienda, ipso nihilominus de dolo, vel negligentia prout, ex arbitrio nostro processerit, condemnando.

IDEM. — *Deest in Græco Codice.*

ITem dira & dura observatio, quæ hactenus obtinebat, videlicet, quod si per inquisitionem contra aliquem factam, per decennarium numerum probabatur, non dabatur copia reclamandi, nolumus, quod de cetero observetur; sed & per quemcumque probetur, copiam habeat accusatus, & in suis defensionibus audiatur.

IDEM. — *Deest in Græco Codice.*

PRæsenti lege sancimus, ut nec Magister Justitiarius Curiæ nostræ, nec alii Justitiarii regionum, accusatores, aut criminum delatores aliter ad judiciorum suorum ingressum admittant, nisi prius vinculum inscriptionis accipiant, prout veteribus legibus est inductum, ut desistentiæ pœnam, atque calumniæ, in calumniantes & desistentes constanter observent.

TIT. LIV. — *Deest*

TIT. LIV.

Deest in Græco Codice.

Vt Justitiarii, & universi Officiales, seu ipsorum familia, nihil a litigantibus recipiant.

IDEM.

APud Justitiarios, & omnes alios inferiores Magistratus, & Judices difficultas, & ordo Cancellariæ, 10 quem specialiter in Magna Curia nostra servare mandavimus, nullatenus observetur, nisi quoad hoc, ut nec ipsi, nec Officiales, aut familiares eorum aliquid ab impetrantibus, seu litigantibus omnino recipiant, nec esculentum, nec poculentum, etiam infra triduum consummandum. Quod si contra præsentem constitutionem nostram, aliquid recepisse fuerint diluci- 20 da probatione convicti: siquidem pecuniam, equos, aut qualibet animalia, arma vel hujusmodi pretiosa, a litigantibus aut non litigantibus, vel impetrantibus præter esculentum & poculentum, quod infra duos dies consummandum proximos, semel tantum dum in loco permanserint, recepisse sufficiat; & si a litigantibus, aut impetrantibus esculenta & poculenta, seu joje- 30 ctas, aut deductiones recepisse, vel promissiones de eis admisisse probentur, spoliati honoris cingulo cum infamia, eorum, quæ in donatione, vel promissione receperint, tanquam manifesti fures, quadruplum Curiæ nostræ componant.

TIT. LV.

Deest in Græco Codice.

Vt Justitiarii habeant certos Advocatos. 40

IDEM.

JVstitiarios regionum certis, & designatis Advocatis in Curia sua volu-

lumus esse contentos: sed omnibus, qui jurisdictione sua advocationis officium receperint, coram se postulare permittant.

IDEM.

Deest in Græco Codice.

PRæsides Provinciarum de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus, quæ Curia nostra tenet, nisi de- 10 stitutiones nobis specialiter mandantibus factæ sint, suo jure cognoscant, instituto Procuratore pro parte Curiæ nostræ, & præsentibus Fisci Patrono, ac Procuratore rerum Curiæ nostræ, qui in Provincia commorantur, & usque ad calculum sententiæ definitivæ perducant; deinde causas instructas, dato parti petitoris peremptorio termino, ad nostram Curiam transmissuri. 20

IDEM.

Deest in Græco Codice.

JVstitiarii de cetero non compellant sibi continue Bajulos locorum assistere, cum discreta sint eorum officia, nec unius exercitium debeat per alium impediri.

T I T. LVI. 30

Deest in Græco Codice.

De transactionibus.

IDEM.

PRiusquam citatæ partes coram Justitiario compareant, liceat ipsis legitimas conventiones, & transactiones inire, præterquam in enormibus injuriis, ex quibus illas tantum reputari censemus enormes, quæ per jura 40 communia designantur atroces.

TIT. LVII.

Deest

TIT. LVII.

Ne filius pro patre, vel contra, vel frater pro fratre.

Deest in Græco Codice.

IDEM.

PAtres pro filiis, & econtra, præterquam in crimine majestatis; fratres pro fratribus, aut pro conjugibus conjuges in dotibus, aut in dotalibus suis, dispendium minime patiantur; nisi forte patribus, filiis, fratribus, aut viris exulibus, vel forsitan fugitivis, aut forjudicatis, præsentes alimoniam subministrent publice, vel occulte: quo quidem casu, bona per excellentiam nostram dimissa præsentibus publicentur. Patribus tamen, humanitate nobis suadente, permittimus, ut, cum ipsorum filii pauperes pecuniarias pœnas eludunt, & sunt corporaliter puniendi, sicut omnes, qui propter paupertatem pœna pecuniaria puniri non possunt, pœnam pecuniariam exolvendo, corporali filium liberare, non tamen ipsos ad hoc coarctamus invitos.

IDEM.

Deest in Græco Codice.

JVstitiarios regionum, prout prædecessorum nostrorum Regum Siciliæ constitutionibus est inductum, solicitos esse volumus & devotos, ut Magistris Camerariis, Bajulis, & aliis Officialibus, cum per eos extiterint requisiti, consilium & auxilium, prout ad jurisdictionem suam pertinet, debeant impartiri. Ceterum ad hoc, ut Justitiarii ipsi cum personis sibi pro nostra Curia deputatis in dispendium rei familiaris suis laborare dispendiis non cogantur, per speciales & sacros nostræ consuetudinis apices, prout status cujuslibet pro tempore fuerit, statuemus eisdem

in expensis annalibus, & sufficientibus providere.

T I T. LVIII.

Deest in Græco Codice.

Vt Justitiarius alium loco sui ordinare non possit.

IDEM.

Officia, quæ personis personaliter conferuntur, personas transgredi, quibus sunt collata, non possunt: Magistrum Justitiarium, & Justitiarios, qui alios hactenus loco sui Vicarios statuebant, a licentia prædictæ præsumptionis illicitæ coercemus. Cum enim causa aliqua singularis, quæ criminalis sit, ab aliquo alii regulariter committi non possit, multo minus prædictarum causarum universitas poterit delegari. Quisquis autem contra prædicta fecerit, ordinator & ordinatus capitali sententia se noverint subjacere.

T I T. LIX.

De juramentis non remittendis a Bajulis.

IDEM.

Crebra nostrorum fidelium excellentiæ nostræ relatio patefecit, quod quidam Bajuli nostri usque adeo suæ bajulationis extendunt officium, quod sacramentales, quos pro causarum qualitatibus per sententiam Judicum præstari contingit, Bajuli ipsi interdum gratis, & sæpius pecunia recepta remittunt: quod reputantes iniquum, in posterum prohibemus, pœnam unius libræ auri in Bajulum, qui contra fecerit, statuentes.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΓ.

Περὶ τῶν πρακτόρων οἵτινες τοὺς ἐξ ἀποφάσεως ὅρκους συμπαθοῦσι.

Συνεχὴς ἀναφορὰ τῶν ἡμετέρων πιστῶν τῇ ἡμετέρᾳ μεγαλειότητι ἐδήλωσεν, ὅτι τινὲς τῶν πρακτόρων ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ὀφφίκιον τῆς ἰδίας πράξεως ἐκτείνουσιν, ὅτι τοὺς ὅρκους, οὓς κατὰ τὴν τῶν ὑποθέσεων ποιότητα δι' ἀποφάσεως τῶν κριτῶν διδόσθαι συμβαίνει, αὐτοὶ κατὰ δωρεὰν, πολλάκις δὲ καὶ παρεχομένου τιμήματος συγχωροῦσιν· ὅπερ ὠμότερον κρίνοντες, ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο κωλύομεν, ποινὴν μιᾶς λίτρας χρυσοῦ τῷ πράκτορι, ὅστις τοὐναντίον ποιήσει, ἐπιτιθέντες.

TIT. LX.

De officio Magiſtri Camerarii, & Camerarii.

IDEM.

OFficiorum periculoſa confuſio privatorum jura, qui juſtitiam ſitiunt, plerumque confundit. Sane cum prædeceſſorum noſtrorum diſcreta proviſio ad hæc diligenter intenderit, ut publicarum perſonarum officia ſegregaret: proviſionem ipſorum effectu debito proſequentes, ſtatuimus, Magiſtros Camerarios, ſeu Camerarios, qui a Curia noſtra officium in credentiam recipiunt, [vel in gabellis,] de cauſis civilibus tantum, præterquam de feudalibus, pro ſua juriſdictione, ſeu ad requiſitionem Bajulorum, vel in defectu ipſorum poſſe cognoſcere, & ipſas rationabiliter definire cauſas, quas inter Bajulos Gabellotos ſuæ juriſdictioni ſubjectos oriri ſæpe contingit, ipſas audiri volumus, & finaliter terminari. Appellationes etiam, quas in cauſis civilibus in præſentia [ſpecialiter] Bajulorum, a ſententiis Judicum ordine judiciario cognoſcentium, ad ipſorum audientiam [, prout aſſolet,] contigerit interponi, ipſos ſuſcipere volumus, & ſuſceptis eiſdem, ad confirmationem vel infirmationem ſententiarum earum, prout viderint de jure, procedant [: a quibus ad nos, & non ad Juſtitiarium, ſicut olim, provocationes volumus interponi].

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΕ.

Περὶ τῶν ἀνηκόντων τῷ ὀφφικίῳ τῶν Καμμερλίγγων.

Ἡ Ἐπικίνδυνος σύγχυσις τῶν ὀφφικίων πολλάκις τὰ τῶν ἰδιωτῶν δίκαια, οἵτινες διψῶσι τὸ δίκαιον, συγχέουσιν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ εὐδιάκριτος πρόνοια τῶν ἡμετέρων προγόνων ἐπὶ τοῦτο ἀκριβεστάτην πρόνοιαν δέδωκεν, ἵνα τὰ ὀφφίκια τῶν δημοσίων προσώπων διαχωρίσῃ· τὴν αὐτῶν πρόνοιαν δι' ἔργου ὀφειλομένου διώκοντες, θεσπίζομεν, τοὺς μαΐστορας καμμερλίγγους ἢ καμμερλίγγους, οἵτινες παρὰ τῆς ἡμετέρας κόρτης τὸ ὀφφίκιον τοῦτο ἐν τῷ πιστῷ δέχονται, περὶ τῶν πολιτικῶν ὑποθέσεων, χωρὶς τῶν φεδαλίων, κατὰ τὴν αὐτῶν δικαιοδοσίαν ἢ εἰς τὴν ἀναζήτησιν τῶν πρακτόρων, ἢ ἐν τῇ τούτων ἀποτυχίᾳ δύνασθαι διαγινώσκειν, καὶ αὐτὰς τὰς ὑποθέσεις δικαίως διακρίνειν· καὶ τὰς ὑποθέσεις, αἵτινες μεταξὺ τῶν πρακτόρων ἢ τῇ τούτων δικαιοδοσίᾳ ὑποτεταγμένων κινοῦνται, ἀκροᾶσθαι θέλομεν καὶ ἀποφαίνειν. Τὰς δὲ ἐγκλήτους, αἵτινες ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσιν, ἐνώπιον τῶν πρακτόρων ἐξ ἀποφάσεως τῶν κριτῶν ὀρδιναρίως διαγινωσκόντων, ἀνατεθῆναι συμβῇ πρὸς τὴν αὐτῶν ἀκρόασιν, τούτους θέλομεν ἀποδέχεσθαι· καὶ μετὰ τὸ δέξασθαι, πρὸς ἐπικύρωσιν ἢ ἀνατροπὴν τῶν τοιούτων ἀποφάσεων, καθὼς τὸ δίκαιον ἀπαιτήσει, πορευέσθωσαν.

IDEM.

MAgiſtros Camerarios regionum, aſſiſias rerum venalium per ſingulas civitates, & loca volumus ordinare cum conſilio Bajulorum, aliorumque

Deeſt in Græco Codice.

Deeſt

que nostrorum fidelium loci, quos ad hoc viderint opportunos.

TIT. LXI.

Deest in Græco Codice.

De officio Secreti.

IDEM.

PRæsenti lege decernimus, ut officium, quod per Regias Constitutiones, & nostras, Dohanæ de Secretis, & Magister Quæstorum hactenus exercebant, a porta Roseti citra, Magistri Camerarii exerceant in futurum.

IDEM.

DOhanæ de Secretis, & Quæstorum Magistri discretum officium ab aliis separantes, super quibus, & de quibus [per se, vel per alios, quibus hoc specialiter destinant,] se intromittere debeant, præsentis constitutionis nostræ tenore duximus advertendum: In primis videlicet, de thesauris inventis, & de pecunia absconsa ab aliquo, quorum domini per probationes dilucidas reperiri non possunt. Item de his, quæ de naufragiis Curiæ nostræ debentur [, cum ex naufragio quorum res sunt, aliqui, vel ex eis successores legitimi non supersunt, intromittere se debebit]. Præterea si aliquis Clericorum, qui hereditaria possederit, [vel laicorum] de terra demanii nostri sine herede decesserit, nec filium, vel filiam legitimam, aut aliquem ascendentium, vel descendentium, aut ex latere venientium, qui ad successionem ipsius ab intestato possit [de jure] venire, reliquerit, nec testamentum fecerit; cum ejus hereditas libera, & absque servitio Curiæ fuerit, cum omni juris solemnitate, publice subhastata vendatur; & tertia pars pretii, pro quo vendita fuerit, pro morientis anima pauperibus erogetur, & residuum per præ-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΘ.

Περὶ τῶν ὀφφικίων τῶν σεκρετῶν καὶ κοιεςώρων.

ΟΙ᾽ κατασαθέντες ἐπὶ τοῖς σεκρετοῖς τῶν δουανίων, καὶ κοιεςώρων μαῖσορες, κεχωρισμένον ὀφφίκιον ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔχοντες, περὶ ὧν καὶ ἐν οἷς μέλλουσιν ἐγχειρεῖν, ἰδικῶς τῇ παρούσῃ διατάξει διατυποῦμεν· ἐν πρώτοις περὶ θησαυρῶν εὑρεθέντων καὶ νομισμάτων κεκρυμμένων, ὧν οἱ δεσπόται διὰ φανερῶν ἀποδείξεων εὑρεθῆναι οὐ δύνανται· καὶ αὖθις περὶ πραγμάτων τῶν ἐκ ναυαγίου τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ προσποριζομένων. Σὺν τούτοις εἴ τις τῶν κληρικῶν, ὅσις κτήματα νέμεται ἐν τῷ ἡμετέρῳ δομανίῳ ἄνευ κληρονομίας τὸ ζῆν ἀπολειποίη, μηδὲ υἱὸν ἢ θυγατέρα νόμιμον, ἤ τινα τῶν ἀνιόντων ἢ κατιόντων καὶ ἐκ πλαγίου ἐρχομένων καταλείψῃ, ὃς τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν ἐξ ἀδιαθέτου ἐλθεῖν δυνήσηται, μήτε διαθήκην ποιήσῃ· ἡνίκα ἡ τούτου κληρονομία ἐλευθέρα ᾖ, χωρὶς δουλείας τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, μετὰ πάσης νομίμου παρατηρήσεως κηρυχθεῖσα πωλείσθω· καὶ τὸ τρίτον μέρος τοῦ τιμήματος ὑπὲρ τῆς τοῦ τελευτήσαντος ψυχῆς τοῖς πτωχοῖς διδόσθω· τὸ ἐπίλοιπον δὲ διὰ τοῦ ὀφφικίου τοῦ προ-

prænominati Secreti, & Quæstoris officium nostræ Curiæ reservetur: nisi forte prænominatus Secretus, & Quæstor nobis viderint expedire, ut æstimatione prædictæ tertiæ pro defuncti anima erogata, ipsæ res hereditariæ in Fisci nostri possessione serventur.

προρηθέντος σεκρέτου καὶ κοιαίστωρος τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ προσπορίζεσθαι· εἰ μὴ ἴσως ὁ προρηθεὶς σεκρέτης καὶ κοιαίστωρ μᾶλλον ἡμῖν χρήσιμον εἶναι ὄψονται, ἵνα ἐξοδιασθείσης τῆς ἐκτιμήσεως τοῦ ῥηθέντος τιμήματος ὑπὲρ τῆς τοῦ τελευτήσαντος ψυχῆς, ἡ τοιαύτη κληρονομία τῇ νομῇ τοῦ ἡμετέρου Φίσκου διατηρηθῇ.

IDEM.

JUstitiarios, Camerarios, Castellanos, & Bajulos esse volumus sollicitos, & devotos, ut ubi necesse fuerit pro commodis Curiæ nostræ, per dictum [de Secretis], & Quæstorum Magistros, vel Officiales alios extiterint requisiti, consilium & auxilium eisdem debeant impartiri.

In Codice Græco

10 ΚΕΦΑΛΗ Μ.

Περὶ τοῦ δίδοσθαι παρὰ τῶν ὀφφικιαλίων τοῖς σεκρέτοις βοήθειαν.

ΤΟὺς δικαιώτας καὶ πράκτορας καὶ πρωτοβεστιαρίτας καὶ καστροφύλακας σπουδαίως εἶναι θέλομεν καὶ ἐμμανεῖς, ἵνα ὁπότε χρεία γένηται χάριν κέρδους τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, διὰ τῶν προρηθέντων κοιαιστώρων καὶ λοιπῶν ὀφφικιαλίων ἀναζητηθέντες περί 20 τινῶν δουλειῶν, βουλὴν καὶ βοήθειαν αὐτοῖς ἑτοίμως παρέχωσιν.

TIT. LXII.

De præstando sacramento Bajulis & Camerariis.

IDEM.

PUritatem, quam nos ipsi sectamur, ab Officialibus nostris in judiciis maxime præstolamur. Et ut in pœnam eorum, qui contra fecerint, [ultionis divinæ] judicio nostræ indignationis [aculeos] aggregemus, præsenti lege sancimus, ut omnes Camerarii, & Bajuli priusquam in gabellam, vel credentiam bajulationes nostras administrandas susceperint, tactis [corporaliter] sacrosanctis Evangeliis, in publico corporalia subeant sacramenta, quod pure, sine fraude, [non amore,] non odio, non prece, non pretio, nec timore, omnibus conquerentibus, absque personarum acceptione, prompto zelo justitiam ministrare curabunt; [& quod secundum con-

In Codice Græca

ΚΕΦΑΛΗ ΜϚ.

Περὶ τοῦ ὅρκου τῶν καμμερλίγγων καὶ πρακτόρων.

ΤΗν καθαρότητα, ἣν ἡμεῖς αὐτοὶ διώκομεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, 30 ἐν τοῖς δικαστηρίοις γίνεσθαι νουθετοῦμεν. Καὶ ἵνα ποινὴν τοῖς τοῦτο μὴ φυλάττουσι τῇ κρίσει τῆς ἡμετέρας ἀγανακτήσεως ἐπάξωμεν, τῷ παρόντι νόμῳ διατασσόμεθα, ἵνα ἅπαντες οἱ καμμερλίγγοι καὶ πράκτορες, πρὸ τοῦ δέξασθαι τὴν πρᾶξιν ἢ ἐν καβέλλᾳ ἢ ἐν πιστῷ, ψηλαφισθέντων τῶν θείων εὐαγγελίων σωματικὸν ὅρκον ποιήσωσιν, ὥστε δικαίως καὶ ἀδόλως πᾶσι τοῖς αἰτοῦσι δίκαιον θερμῷ ζήλῳ δίκαιον ἐκπληρῶσαι χωρὶς προσω- 40 πολημψίας, καὶ οὔτε δι' ἔχθραν οὔτε διὰ παράκλησιν, οὔτε διὰ δῶρα ἢ φόβον. Τὰ δομάνια δὲ

constitutiones nostras, & in defectu earum, secundum consuetudines approbatas; ac demum secundum jura communia, Longobarda videlicet & Romana, prout qualitas litigantium exegerit, judicabunt]. Curiæ nostræ demania, & jura quælibet illæsa servabunt: & quod ipsa non negligant, nec ea in alios, ullo alienationis, vel locationis titulo transferant, nec per se occupabunt, aut occupari permittant; sed occupata & detenta ab aliis nostræ Curiæ nunciabunt. Illud etiam in sacramento Bajulorum expressum inferendum esse volumus, ut pœnas, seu mulctas nostris constitutionibus comprehensas ab his, qui in eas inciderint, prout ad eorum officium, seu cognitionem causæ pertinere noscuntur, nulli omnino honori, & gratiæ deferentes, & sine diminutione requirant, & recipiant requisita; nec a partibus [, præter subscriptiones sententiarum infrascripta quantitate taxatas] plus recipiant, nisi quod est nostra constitutione provisum. [Et jurare prædicta faciant Gabellotos suos, quod nil ultra veterem formam, & nova statuta requirent, vel ab aliis extorquebunt: nisi quod eis constitutio Regni, & nostra permiserit.]

δὲ τῆς ἡμετέρας κόρτης καὶ ἅπαντα τὰ δίκαια ἀπαράθραυστα τηρήσωσιν, καὶ περὶ τέτων ἐκ ἀμελήσωσι· καὶ ταῦτα ἄλλοις τισὶ ἐδενὶ τίτλῳ ἐκποιήσεως ἢ μισθώσεως παρέξωσιν. ἔτε αὐτοὶ ταῦτα ἀφέλωσιν, ἔτε ἀφελέσθαι παραχωρήσεσιν· ἀλλὰ ἀφαιρεθέντα καὶ κρατηθέντα παρά τινων, τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ δηλοποιήσωσιν· ἔτε πλέον τὶ παρὰ τῶν μερῶν λήψονται, εἰ μὴ ὅσον αὐτοῖς παρεχωρήσαμεν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ βασιλικῇ διατάξει. Κἀκείνῳ δὲ τῷ ὅρκῳ τῶν πρακτόρων περιέχεσθαι βελόμεθα, ἵνα τὰς ποινὰς καὶ τὰς κωλύσεις τὰς περιεχομένας ἐν ταῖς ἡμετέραις διατάξεσι παρὰ τῶν εἰς αὐτὰς εἰσπεσόντων, καθὼς τῷ ὀφφικίῳ καὶ διαγνώσει τέτων ἁρμόσειεν, ἀναζητήσωσί τε καὶ λήψωνται, μηδενὶ διὰ τιμὴν ἢ χάριτά τι παραχωρῦντες.

IDEM.

Deest in Græco Codice.

MAgistri Camerarii, qui per quorumlibet præsidatuum regiones amodo statuentur, non vendant Bajulationum officia, quæ ad administrandam justitiam pertinent in audiendis, & de finiendis quæstionibus, quarum ad eos cognitio ex jurisdictione, vel mixto imperio partium, seu quarum ad ipsorum officia veteribus legibus, & nostris constitutionibus demandatur. Indignum namque fore decernimus,

mus, ut sacratissimum quisquam justitiæ ministerium pretii venalitate mercetur; sed Bajulationes easdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generosioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio ministrabit, qui sint de demanio nostro tantum. Per loca quælibet unum tantummodo statuant, & non plures, adeo ut nec societatis occultæ velamine prædictæ Bajulationis officium a pluribus administrari permittant. Ex parvis autem Civitatibus, locis, & municipiis, in quorum singulis Bajulus unus, Judex, atque Notarius nec sunt necessarii, nec sine magno Curiæ nostræ dispendio causari valeant; plura volumus insimul combinari, unius Bajuli, Judicis & Notarii, qui non sint de ipsorum locorum aliquo municipes, vel etiam oriundi jurisdictione, regenda; ut tamen non de uno loco ad alium advocent litigantes, sed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipsorum sedeant, & ibidem, prout causarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes petentibus justitiam subministrent. Bajulorum processus per singulas Civitates, & loca frequenti discursione perlustrent: defectus ipsorum, quos frequens & diligens inquisitio revelabit, suppleant, & emendent. Quorum singuli Judices unum de fidelioribus & prudentioribus loci, de creatis a nobis aut creandis ab eis, continuum adjicient Assessorem, & Notarium unum actorum similiter fidelem, & cautum ex his, qui a nobis tabellionatus officium susceperunt, qui tam pro se per Curiam nostram expensas statutas accipient, quam pro prædictis Bajulis, Judicibus, atque Notariis per loca quælibet ordinatis, ordinata stipendia ministrabunt. Concedimus etiam Magistris Camerariis supradictis Bajulos, Judices, atque Notarios,

rios, quos si in non recipiendis officiis forsitan invenerint pertinaces, pignoribus captis, vel per impositiones & exactiones mulctarunt, prout melius viderint expedire; & demum si hæc contumacia clarior, & pertinacia durior prædictorum exegerit, per captionem personarum, ad præsentiam nostram nobis in Regno morantibus, alioquin ad regionum Justitiarios sub fida custodia 10 mittendarum, ipsos ad subeunda prædicta publica munera coercere. A quibus etiam Bajulis, Judicibus, & Notariis, in publico sacramentum recipient, secundum formam veteribus legibus, & nostris constitutionibus comprehensam. Dohanas autem tam terræ, quam maris, forestagia, plateatica, passagia, & alia tam vetera jura, quam nova Curiæ nostræ, nostrorum fidelium fidei commit-20 tere poterint, vel locare, prout melius Fisci nostri profectibus viderint expedire.

TIT. LXIII.

Deest in Græco Codice.

De quæstionibus inter Fiscum, & privatos movendis.

IDEM.

QVæstiones omnes inter Fiscum no-30 strum & privatos movendas, tam personales, quam reales, quæ non sint de feudis, vel rebus feudalibus, cognitiones atque judicia Magistri Camerarii accipiant, & ipsas adjunctis Justitiariis, cum contra Fiscum agitur, & præsente Fisci Patrono, & instituto provido & fideli Procuratore pro parte nostræ Curiæ, usque ad sententias examinatas, dato parti alteri peremptorio termino, 40 per nuncium & litteras suas ad Curiam nostram mittant. Vt tamen super quibuslibet debitis, quæ a Curia nostra petuntur, & quæ consistunt in numero,

pon-

Deest

pondere, & menſura, hanc formam obſervent, videlicet, quod non per inſtrumentum tantummodo, ſed per teſtes, qui numerationi naturali, menſuræ, vel ponderi, perſonaliter interfuerint, non pauciores quinque, ſi petita quantitas auri libram excedat: alioquin per legitimum numerum petita probentur. Ceterum ad hoc, ut ipſi Magiſtri Camerarii cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris, ſuis laborare ſtipendiis non cogantur: per ſpeciales ſacros noſtræ manſuetudinis apices, prout ſtatus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuemus, eiſdem in expenſis annalibus & ſufficientibus provideri.

TIT. LXIV.

De foro competenti, & de pœna contemptorum.

IDEM.

CUm juſtitiæ copiam per Officiales noſtros cunctis Regnicolis mandaverimus elargiri, pœnam in eos, qui noſtra juriſdictione contempta ad forum aliud de his, quæ ad Curiam noſtram pertinent, convolaverint, conſtitutione præſenti, duximus ſtatuendam, videlicet, ut, ſive ſit clericus, ſive ſit laicus, confiſcatione bonorum mobilium, & immobilium, ſive ſint patrimonialia, ſive feudalia, puniantur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΖ.

Περὶ ποινῆς τῶν εἰς ἕτερον Φόρον ἀπερχομένων.

ἘΠειδὴ ἐςείλαμεν δοθῆναι ἄδειαν τῆς δικαιοσύνης διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων, ποινὴν εἰς ἐκείνες ἐτυπώσαμεν τῇ παρόσῃ διατάξει, οἵτινες ἐξουθενημένης τῆς ἡμετέρας δικαιοδοσίας, πρὸς ἕτερον Φόρον ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀπελθεῖν θαῤῥήσωσιν, εἴτε λαϊκοὶ εἴτε κληρικοὶ ἔσονται, δημεύσει πάντων τῶν οἰκείων πραγμάτων κινητῶν καὶ ἀκινήτων, εἴτε πατερικὰ εἶεν, εἴτε Φεδάλια, τιμωρείσθωσαν.

TIT. LXV.

De officio Bajulorum.

IDEM.

LOcorum Bajuli, qui a Magiſtris Camerariis [, & a Curia noſtra quandoque,] in credentiam, vel in extalium Bajulationem recipiunt, civiles cauſas omnes

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΑ.

Περὶ τῶν ἀνηκόντων τῷ ὀφφικίῳ τῶν πρακτόρων.

ΟἹ τῶν τόπων πράκτορες, οἵτινες ἀπὸ τῶν πρωτοβιςιαρίτων ἐν πιςῷ ἢ ἐν ἀποκοπῇ τὴν πρᾶξιν δέχονται, τὰς χρηματικὰς ὑποθέσεις ἁπάσας προσωπικάς τε καὶ πραγμα-

omnes, reales videlicet, & perfonales, quæ fuper feudis, & rebus feudalibus minime moventur, ad jurifdictionem fuam noverint pertinere fuper minimis [etiam furtis, & aliis] offenfis, de quibus comprobati pœnam fui corporis, vel ablationem membrorum incurrere non deberent, audientiam fuam impartiri debebunt.

γματικάς, ἀλλ᾽ οὐδαμῶς περὶ φίυ καὶ φεδαλίων πραγμάτων κινῦνται, πρὸς τὴν αὐτῶν δικαιοδοσίαν ἀνήκειν γινωσκέτωσαν· περὶ δὲ τῶν ἐλαττόνων ἐγκλημάτων, περὶ ὧν οἱ βεβαιωθέντες σωματικὴν ποινὴν ἢ μελῶν ἐκκοπὴν ὑποςῆναι οὐκ ὀφείλουσιν, αὐτοὶ ἀκροάσονται.

T I T. LXVI.

De fure capto per Bajulum, Juftitiario affignando cum re furtiva.

IDEM.

BAjulus fi furem ceperit, abire ipfum aliquatenus non permittat: fed fi quidem fur extraneus fit, ipfum cum toto fuo, & re furtiva Juftitiariis noftris affignet. Si autem civis fuerit, feu villicus, fur cum eo quod fuerit furatus, Juftitiariis fimiliter noftris affignet: res autem mobiles ipfius furis, quafcunque habuerit, per Bajulos ejufdem loci Fifci juribus vindicentur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΒ.

Περὶ πράκτορος κλέπτην κρατήσαντος, καὶ τί μέλλει ποιεῖν.

Ὁ Πράκτωρ ἐὰν κλέπτην κρατήσῃ, ἀναχωρεῖν τοῦτον μηδαμῶς ἐάσῃ· εἰ δὲ ὁ κλέπτης ξένος εἴη, μετὰ πάντων τῶν πραγμάτων αὐτοῦ καὶ τοῦ κλοπιμαίου πράγματος, τοῖς ἡμετέροις δικαιώταις παραςησάτω. Εἰ δὲ συμπολίτης εἴη καὶ ἐναπόγραφος ὁ κλέπτης, μετὰ τοῦ κλαπέντος πράγματος ὁμοίως τοῖς δικαιώταις παραδοθήτω· τὰ δὲ τούτου κινητὰ διὰ τῶν πρακτόρων τοῦ τόπου τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ ἀποδοθήτωσαν.

Nova Conftitutio.

Deeft in Græco Codice.

IDEM.

AD officium Bajulorum præcipue volumus pertinere, contemptas affifarum pœnas fuper ponderibus & menfuris a venditoribus rerum, & locatoribus operarum exigere, ac irremiffibiliter extorquere: quas fi in totum, vel in partem dimiferit, de bonis fuis procul dubio Fifco noftro perfolvent. Habebunt autem apud fe Bajuli prædicti menfuras, pondera, & affifias fcriptas per fe ipfos, & Judices fuos, menfe quolibet cum fumma diligentia perquirendas, ne diu graffari valeant per ipforum negligentiam tranfgreffores. Pœnas bannorum etiam ab eifdem de confilio Judicum, & aliorum noftrorum loci Regni fide-

In

delium, non ultra unciam puniendorum, exigant, & sine remissione recipere non omittant. De quorum bannorum numero fore censemus pœnas, per ipsos partibus coram se litigantibus indicendas, quæ forsan irreverenter ad ipsos, vel invicem insolenter in judicio litigabunt, quæ tamen pœnæ quantitatem augustalis unius per vices singulas non excedant.

10

TIT. LXVII.

De mutuatione, & recommendatione pecuniæ.

IDEM.

Regiæ Majestatis prudentia exigit Regni subjectorum consuetudines supervacuas radicitus extirpare: hac igitur edictali lege sancimus, universos nostræ jurisdictioni subjectos, qualiscunque sit, ubi qui rem, vel pecuniam mutuo acceptam, vel apud se depositam, commodatamque, vel quamlibet aliam rem illis, quorum res esse constiterit, invitus ultra terminum, vel legitimum tempus detinere tentaverit, creditore, vel depositore, sive commodatore illæsis, tertia rei in causam deductæ debere mulctari, & eandem compendiis Bajulationis nostræ acquiri. Sane per præsentis pragmaticæ sanctionis edictum nostris fidelibus duximus distinguendum, quod si debitor non fuerit ad callida argumenta conversus, & animum non habuerit creditorem suum credito, & debito defraudare, & sine dispendio creditoris & fatigatione aliqua in Curia veritatem confessus fuerit, nulla varia exactione debitorem prægravari jubemus.

Si autem veritatem debitor negaverit, & suis calliditatibus petitorem circumvenire voluerit, victus de toto eo, in quo fuerit adversario condemnatus, [integram] tertiam Curiæ nostræ persolvat.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΑ.

Περὶ δικαίου τῶν πρακτόρων.

Ἡ Πρόνοια τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος ἐπιζητεῖ τὰς περισσὰς συνηθείας ἐκριζωθῆναι· τῇ παρούσῃ τοίνυν διατάξει θεσπίζομεν, ὡς εἴ τις τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων χρήματα δανεισθῇ παρά τινος, ἢ εἰς παρακαταθήκην λήψεται, ἢ ἄλλα τινὰ πράγματα, ὑπὲρ τὴν διορίαν ἢ τετυπωμένον καιρὸν κρατῆσαι θαῤῥήσει, χωρὶς βλάβης τῶν δεσποτῶν τῶν παρατιθεμένων πραγμάτων, ἢ κεχρημένων, εἰς τὸ τρίτον μέρος τοῦ πράγματος τοῦ εἰς δίκην ἐρχομένου κολαζέσθω, καὶ τοῦτο εἰς κέρδος τῶν πρακτόρων προσποριζέσθω. Οὕτως διὰ τοῦ ἐδίκτου τῆς παρούσης ἡμετέρας διατάξεως τοῖς ἡμετέροις πιστοῖς διαστίζομεν. ὅτι ἐὰν χρεωφειλέτης εἰς ψευδεῖς αἰτίας οὐκ ἀνατραφήσεται. καὶ μὴ ἔχῃ ψυχὴν ἀποστερῆσαι τὸν δανειστὴν τοῦ οἰκείου τιμήματος. καὶ χωρὶς βάρους καὶ κόπου τοῦ δανειστοῦ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ κόρτῃ ὁμολογήσῃ· θεσπίζομεν τὸν χρεωφειλέτην μηδὲ μιᾷ βαρύνεσθαι ἀπαιτήσει παρὰ τοῦ πράκτορος. Εἰ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἀρνήσηται ὁ χρεωφειλέτης, καὶ ἔν τισι μηχαναῖς τὸν δανειστὴν ἀπατῆσαι διισχυρίζεται· ἡττηθεὶς εἴ τι δ' ἂν ἀποδοῦναι τῷ οἰκείῳ διαδίκῳ καταδικασθήσεται, τὸ τρίτον μέρος τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ καταβαλλέτω.

20

30

40

TIT. LXVIII.

TIT. LXVIII.

De Clericis conveniendis pro possessionibus, quas non tenent ab Ecclesia.

IDEM.

SI quis Clericus de hereditate, vel aliquo tenimento, quod non ab Ecclesia, sed a nobis, vel ab aliis, vel ab aliquo per patrimonium [, sive aliunde] 10 teneat, appellatus fuerit, volumus, ut de hoc in Curia illius, in cujus terra possessionem, vel tenimentum habuerit, respondeat, & quod justum fuerit, faciat; non tamen ut persona sua exinde capiatur, vel incarceretur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΖ.

Περὶ τȣ̃ δικαςηρίȣ τῶν κληρικῶν.

ΕΓ' τις τῶν κληρικῶν περὶ κληρονομιαίων πραγμάτων ἐναχθῇ, ἅτινα ȣ̓ παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ἄλλου τινὸς ὡς πατρικὰ νέμεται, θέλομεν ἵνα περὶ τȣ́των ἀπολογηθῇ ἐν τῇ κόρτῃ ἐκεῖνος, ȣ̓́τινος τὰς τοιαύτας ὑποςάσεις καὶ διακρατήματα νέμεται, καὶ δίκαιον ἐκπληρῶσαι· τὸ δὲ τȣ́τȣ σῶμα ὑπὲρ τȣ́τȣ κρατηθῆναι ἢ φυλακωθῆναι, κωλύομεν.

TIT. LXIX.

De sacramento præstando a Bajulis. 20

Deest in Græco Codice.

IDEM.

BAjuli locorum, & Judices publice super pura justitia ministranda sacramenta præstabunt, quæ præstanda per Magistros Camerarios præmissa constitutio nostra decrevit. Illud tamen sacramento Bajulorum expresse vidimus inserendum, ut pœnas & mulctas veteribus legibus, & nostris constitutio- 30 nibus comprehensas ab iis, qui in eas inciderint, prout ad ipsorum jurisdictionem causæ pertinere noscuntur, nulli omnino gratiæ, & honori penitus deferentes, sine diminutione requirant, & recipiant requisitas.

Nova Constitutio.

Deest in Græco Codice.

IDEM. 40

DE Burgensaticis petitorio, vel quolibet possessorio adipiscendæ, recuperandæ, vel etiam retinendæ possessionis Clericum, seu etiam quemvis

vis In

vis Religiosum pecuniaria actione conventum, in civili volumus examine respondere, rei qualitate potius in hac parte, quæ petitur, quam personæ conditione, seu judicii qualitate pensata.

TIT. LXX.

De numero Bajulorum per loca.

IDEM.

SÆpe contingit, quod multitudo Officialium, qui de facili convenire non possunt, litigantibus in ipsorum rationibus impedimentum inducat. Statuimus igitur, ut tres tantummodo Bajuli, & non plures, in locis quibuslibet statuantur: & ipsos etiam de demanio, & homines demanii esse præcipimus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΗ.

Περὶ πόσοι πράκτορες καὶ τίνες ὀφείλουσι γίνεσθαι.

ΠΟλλάκις συμβαίνει διὰ τὴν τῶν ὀφφικιαλίων πληθὺν, οἵτινες εὐκόλως συναθροισθῆναι οὐ δύνανται, τοῖς δικαζομένοις καὶ τούτων δικαίοις οὐ μικρῶς γίνεσθαι ἐμπόδιον. Ὁρίζομεν τοίνυν ἵνα τρεῖς μόνοι πράκτορες ἐν οἱοισδήποτε τόποις ἔσονται καὶ οὐ πολλοί. καὶ τούτους ὁρίζομεν εἶναι ἀνθρώπους τοῦ ἡμετέρου δουμανίου.

TIT. LXXI.

Vt Clerici, vel Judices non sint Bajuli, & de pœna facientium contra.

IDEM.

CLerici, quos a forensibus negotiis ipse ordo Clericalis excludit, ad administrationes Bajulorum, vel ipsorum officia nullatenus admittantur.

Quod etiam ad Judices extendentes, ipsos a Bajulationibus, & Bajulorum consortiis privatis, & publicis removemus: Eosdem etiam publicatione bonorum suorum, si contra fecerint, condemnantes, & Bajulationes omnes ubique per Regnum Calendis Septembris inchoari præcipimus, sive in extalium, sive ad credentiam collocentur.

Οἱ κληρικοὶ δὲ οὓς ἡ τῶν κληρικῶν τάξις ἀπὸ τῶν ξένων δουλειῶν ἀποκλείει, εἰς ὑπηρεσίαν τῶν πράξεων καὶ τῶν τοιούτων ὀφφικίων μηδαμῶς δεχέσθωσαν. Ὅπερ εἰς τοὺς κριτὰς ἐπεκτείνοντες, τούτους ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ κοινωνίας τῶν πρακτόρων φανερῶς ἢ κρυφίως ἀποκινοῦμεν· καὶ τούτους δημεύσει τῶν οἰκείων πραγμάτων, εἰ τοὐναντίον ποιήσουσι, καταδικάζομεν. Πάντας δὲ τοὺς πράκτορας ἐν τῷ ἡμετέρῳ κράτει ἀπὸ καλανδῶν σεπτεμβρίου ἄρχεσθαι ὁρίζομεν, κἄν τε ἐν ἀποκοπῇ κἂν ἐν πιστῷ τὴν πρᾶξιν δέχονται.

TIT. LXXII.

In quibus rebus petatur triceſima?

IDEM.

COnſtitutionum prædeceſſorum noſtrorum defectum neceſſario ſupplemento ſupplentes, quæ in certis tantum quæſtionibus, & perſonis, commodato videlicet, mutuo, & depoſito, Bajulos tertiariam recipere ſtatuebant, nec de aliis aliquid ı ſanctiones ipſis non modicam malignandi materiam offerebant; ſtatuimus, ut de cauſis aliis tam mobilium, quam immobilium, & quarumcunque rerum, quæ non cadunt in nomen contractuum prædictorum, ſed perſonali qualibet, vel alia actione reali petuntur, triceſimam tantum quantitatis, vel æſtimationis rei petitæ Bajuli ipſi exigant, & recipiant a damnato, cum cauſa per ſententiam decidetur: ſicut in judicibus novella noſtri numinis conſtitutio introduxit. Si vero cauſa tranſactionis remedio decidatur, tunc ab utraque parte litigantium recipiant triceſimam ſupradictam. Bajulus autem contra prædicta, [vel aliquid ſupradictorum veniens,] quæ in noſtris, & Regum aſſiſiis continentur, præter perjurii pœnam in articulis jurisjurandi contentam, de quo divina ſententia condemnatur, duas libras auri [puriſſimi] Ærario noſtro ſe noverit illaturum.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΜΘ.

Περὶ τοῦ τί ὀφείλουσιν οἱ πράκτορες παρὰ τῶν μερῶν λαμβάνειν.

ΤΟ' ἐλλιπὲς τῆς διατάξεως τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀναγκαίῳ πληρώματι ἀναπληροῦντες, ἥτις ἐν ῥηταῖς μόνον ὑποθέσεσι καὶ προσώποις, χρήσεως ἤτοι κομμοδάτου, δανείου, καὶ παρακαταθήκης τοὺς πράκτορας τὸ τρίτον μέρος τῆς ὑποθέσεως λαβεῖν διετύπωσε· περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐδέν τι διατυποῦσα αὐτοῖς, οὐ μικρὰν ἀφορμὴν πονηρίας παρεῖχεν· μεμελετημένῃ διασκέψει ὁρίζομεν, ἵνα περὶ τῶν ἄλλων ὑποθέσεων, τοσοῦτον τῶν περὶ κινητῶν ὅσον καὶ ἀκινήτων καὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, ἃ οὐκ ἐμπίπτουσιν εἰς ῥητὸν ὄνομα ἐνοχῶν, ἀλλὰ προσωπικῇ τινι ἀγωγῇ ἢ πραγματικῇ ἀπαιτοῦνται, ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἓν μόνον τῆς ποσότητος ἢ διατιμήσεως τοῦ ζητουμένου πράγματος οἱ πράκτορες αὐτοὶ αἰτήσονται καὶ λήψονται παρὰ τοῦ δεδικασμένου, ἡνίκα δι' ἀποφάσεως ἡ ὑπόθεσις περαιωθῇ, καθὼς τοῖς κριταῖς ἡ ἡμετέρα νέα διάταξις διετύπωσεν. Εἰ δὲ διὰ λύσεως ἡ ὑπόθεσις περαιωθῇ, τότε ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν λήψονται ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἓν καθὼς προείπομεν. Οἱ πράκτορες δὲ οἱ τοὐναντίον ποιοῦντες τῶν περιεχομένων ταῖς ἡμετέραις διατάξεσι καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων, τὴν τῆς ἐπιορκίας ποινὴν ὑποστήσονται· ὑπὲρ οὗ θείᾳ κρίσει καταδικασθέντες δύο λίτρας χρυσοῦ τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσωσι.

IDEM.

CIrca tamen compalatios Neapolis, & Straticos Salerni, ſcilicet & Meſſanæ, quibus cognoſcere licet de criminibus de ſpeciali & antiqua prærogativa, & Regni noſtri obſervatione dignoſcitur eſſe conceſſum, ordinatione conſtitutionis præſentis nihil volumus innovari.

Περὶ δὲ τῶν κουπαλατζίνων νεαπόλεως καὶ ϛρατηγοῦ Μεσσήνης Σικελίας καὶ Σαλερινοῦ, οἷς ἡ τῶν ἐγκληματικῶν διάγνωσις ἀπὸ τῆς ἰδικῆς καὶ παλαιᾶς προτιμήσεως τοῦ ἡμετέρου κράτους παρακεχώρηται, τῇ διατυπώσει τῶν ἡμετέρων διατάξεων οὐδέν τι μεταλλάξαι βουλόμεθα.

TIT. LXXIII.

In

TIT. LXXIII.

De ordinandis Judicibus, & quando & de quibus rebus possit peti tricesima.

IDEM.

CVm circa justitiæ tramites imperialis clementia oculos suæ provisionis advertit, & sui regiminis extollit fastigium, armando legum munimine Imperatoriam Majestatem, & subjectorum gravamina, & oppressiones relevat, qui sola post Deum magnificentiæ Principis lenitate respirant. Discreta itaque vicissitudine temporum, dum post bellorum strepitus, obtenta victoria, succederet quies pacis, ad hoc se [nostri nominis] principalis ingenii erexit provisio, ut paci justitiam sociaret. Ad quod itaque dum perpensæ deliberationis consilio vacaremus, distincta postmodum moderatione præscripsimus, quot, & quales [Bajuli], Judices, [atque Notarii] per urbes singulas, justitiam ministrarent, videlicet, ut his, quos dudum invasorum Regni nostri per diversas provincias creavit iniquitas, penitus antiquatis, & in ipsorum loco de mandato nostro duobus aut tribus, aut quinque in locis aliquibus [, qui contractibus tunc intersint, & uno tantummodo, qui una cum Bajulo causas examinet & decidat,] viris providis & fidelibus substitutis, ut in novi Regis victoria, novella justitiæ propago consurgat: qui juxta tenorem nostrarum constitutionum & jura & consuetudines approbatas, causas audiant [, auditas examinent], & a [gratiarum & munerum] sordibus abstinentes, de puræ conscientiæ gremio gratuitas sententias proferant, non venales, nihil omnino, præter esculenta, & poculenta, semel tantum in causis [, per se vel per alium] a litigatoribus capientes; sed de munificentiæ nostræ gratia [sa-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ξς.

Περὶ κριτῶν καὶ τȣ͂ σαλαρίȣ αὐτῶν.

ΕΠειδὴ ἡ βασιλικὴ γαληνότης περὶ τὰς τρίβȣς τῆς δικαιοσύνης τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς τῆς οἰκείας προνοίας ἀναςρέφει, καὶ τὸν 10 θρόνον τῆς οἰκείας κυβερνήσεως ἀνυψοῖ, καθοπλίζων τῷ ὀχυρώματι τῶν νόμων τὴν βασιλικὴν μεγαλοφροσύνην, καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων βάρη καὶ ἐπιθέσεις ἀνακȣφίζȣσα, οἵτινες μονῇ τῇ γαληνότητι μετὰ Θεὸν τῆς βασιλικῆς μεγαλοδοσίας ἀναπνέȣσι. Διαχωρισθείσας τοίνυν τῆς βασιλικῆς ἀλληλοδοσίας, καὶ μετὰ τὴν τῶν πολέμων σύγχυσιν τῆς νίκης ἐπικρατȣ́σης, εἰρήνη καὶ ἡσυχία διεδεδέχετο· πρὸς τȣ͂το ἡ προθεωρία 20 τȣ͂ ἡγεμονικȣ͂ νοὸς ἑαυτὴν διήγειρεν, ἵνα τῇ εἰρήνῃ δικαιοσύνῃ συνάψοιε. Πρὸς ὅπερ ὄντως κατὰ δύναμιν καὶ προμελετήσεως βȣλῇ εὐχαιρȣ͂ντες, ἀδιακρίτῳ μετὰ ταῦτα μετριότητι ὡρίσαμεν ὁπόσοι, καὶ ὁποῖοι κριταὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει τὸ δίκαιον διακρίναι ὀφείλȣσι, δηλαδὴ ἀποδιωκομένων ἐκείνων, ȣ̔̀ς ἡ κακία τῶν καταδραμόντων τὸ ἡμέτερον κράτος εἰς διαφόρȣς τόπους καὶ ἐπαρχίας κατέςησεν, ἀντ' ἐκείνων δι' ἡμετέρου προστάγματος, 30 δύο ἢ τριῶν ἢ πέντε ἔν τισι τόποις καθιςαμένων πιστῶν ἀνδρῶν τε καὶ συνετῶν, ἵνα εἰς νεῖκος τȣ͂ νέου ῥηγὸς νέα δικαιοσύνης παραφυὰ ἐκβλαςήσειεν· οἵτινες κατὰ τὴν περιοχὴν τῶν ἡμετέρων διατάξεων καὶ κατὰ τὸ δίκαιον καὶ δεδοκιμασμένας συνηθείας, τῶν ὑποθέσεων ἀκροάσονται· καὶ ἀπὸ τȣ͂ σπίλȣ καὶ δόλου ἑαυτȣ̀ς ἐγκρατεύοντες, ἐκ στήθους τῆς καθαρᾶς συνειδήσεως ἀδόλȣς ὑποθέσεις ἀποφαίνȣσι καὶ ȣ̓κ 40 ὠνητὰς, μηδὲν παντελῶς, εἰ μὴ ἅπαξ, βρῶσιν καὶ πόσιν ἐν ταῖς ὑποθέσεσι παρὰ τῶν λιτηκατόρων δεχόμενοι· ἀλλὰ παρὰ τῆς χάριτος τῆς ἡμετέρας μεγαλοδοσίας,

K ἐκ

[salarium a Curia nostra recipiant, prout unicuique prædictorum in locis singulis per nostram excellentiam est provisum. Statuimus etiam ut] tricesimam partem quantitatis in petitione deductæ, vel æstimationis petitæ rei sub sacramento [partis] & taxatione [Judicum] ex utraque parte litigantium, post definitivæ sententiæ calculum, vel causas transactione vel amicabili compositione decisas, pro judicaturis suis, & subscriptionibus consequantur [, & statim oblato libello, & parti porrecto in pecunia, vel in pignore pro Curia nostra, pro se demum lite sententia vel transactione finita, centesimam inter ipsos æqualiter dividendam Bajulus, Judex, atque Notarius, pro scriptionibus & subscriptionibus suis consequantur: præterquam in actione injuriarum, in qua de eo tantum, quod in taxatione & condemnatione deducitur, vicesima persolvatur]. Verum si possessionis in judicio sola restitutio postuletur, tunc sexagesimam tantum recipiant, reliquam [tricesimam] sub decisione plenissima in petitorio percepturi, æstimatione possessionis cum sacramenti solemnitate præhabita, ut est dictum, ut sic cum qualitate causæ vicissitudo salarii compensetur; & Judices Curiæ non cogantur laboribus vacuis laborare. De compositionibus malefactorum etiam, quæ privatis personis, vel parti Reipublicæ inferuntur, eandem partem a partibus, vel Officialibus Curiæ, Judicibus percepturis; circa quasi possessionem jurium his omnibus, quæ in judiciis possessionum rerum corporalium diximus observandis: Ad cujus salarii præstationem partes, aut sponte præstitis, vel suffragio Curiæ receptis pignoribus protinus arceantur.

ἐκ τῶν τριάκοντα ἓν μέρος τῆς προτιθεμένης ἐν τῇ ἀγωγῇ ποσότητος, ἢ ἐκτιμήσεως τȣ̃ ζητȣμένȣ πράγματος, μεθ᾽ ὅρκȣ καὶ διατιμήσεως, οἱ κριταὶ παρ᾽ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, μετὰ τὴν τελείαν ἀπόφασιν καὶ μετὰ τὸ λυθῆναι τὰς ὑποθέσεις διαλύσει ἢ 10 φιλικῇ μεσιτίᾳ, χάριν ἀποφαντικȣ̃ ϗ ὑπογραφικȣ̃ δικαίȣ δεχέσθωσαν.

20

Εἰ δὲ μόνη ἀποκατάστασις νομῆς ἔν τινι δικαστηρίῳ ζητηθῇ, τότε ἀπὸ τῶν ἓξ ἓν μέρος λήψονται· τὸ ἐπίλοιπον δὲ ἐν τῇ τελείᾳ ἀποφάσει τῆς δεσποτείας ἀποβάλωσι, διατιμήσεως γενομένης τῆς νομῆς μεθ᾽ ὅρκȣ καθὼς προείρηται, ἵνα μετὰ τῆς ποσότητος τοῦ 30 πράγματος ἡ ἀνταλλαγὴ τȣ̃ σαλαρίȣ διατιμηθῇ· καὶ οἱ κριταὶ ȣ̓κ ἀναγκασθήσονται κενȣ̀ς ὑποστῆναι κόπους. Περὶ δὲ τῶν καταβληθέντων παρὰ τῶν κακȣ́ργων ἰδικοῖς προσώποις, ἢ τῷ δημοσίῳ, τὸ αὐτὸ μέρος παρὰ τῶν μερῶν, ἢ παρὰ τῶν ὀφφικιαλίων τῆς κόρτης οἱ κριταὶ δεχέσθωσαν· ἐν δὲ τῇ ὡσανεὶ νομῇ τῶν ψιλῶν δικαίων ἐκεῖνα παραφυλάττομεν, ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν σωματικῶν πραγμάτων ὡρίσαμεν. Πρὸς ἀπό- 40 δοσιν δὲ τȣ̃ ῥηθέντος σαλαρίȣ, εἰ τὰ μέρη οἰκειοθελῶς τȣ̃το ποιεῖν οὐ βȣ́λονται, τῇ βοηθείᾳ τῆς κόρτης δι᾽ ἐνεχείρων περισφιγγέσθωσαν.

Nova Constitutio. *Deest in Græco Codice.*

IDEM.

DE quæstionibus, quas inter homines Prælatorum, Comitum, & Baronum in terris nostri demanii, prout assolet, habitantes, moveri contigerit (de quibus iidem Prælati, Comites, & Barones jurisdictionem, aut curam habere noscuntur), volumus, ut Judex 10 per nostram Curiam pro tempore constitutus, ad Curiam Prælatorum, sive nobilium se conferat requisitus, causas ipsorum audiat, & debito fine decidat: tam tricesima, quam pœna legitima, sive mulcta per officium Judicis inferenda, inter Curiam nostram, Prælatos, & nobiles supradictos, quorum vassalli litigantes extiterint, æqualiter dividendis.

Ceterum si contigerit ex litigantibus 20 alterum hominem esse demanii: tunc tricesima tota, necnon & pœna, quam vassallum nostri demanii debere pati contigerit, ad Bajulum nostri demanii redigentur: pœna vero, qua vassallus alterius punietur, prout in superioribus dictum est, inter Fiscum nostrum, & dominum condemnati proportionabiliter dividetur.

Statuimus etiam, ut si quando Judex 30 super examinandis quæstionibus ordinatus, absens necessario fuerit, vel adversa valetudine præpeditus, tunc si quidem longa futura fuerit infirmitas, vel absentia Judicantis, Magister Camerarius regionis statuat interim unum ex aliis Judicibus Civitatis, & loci, super conficiendis contractibus ordinatis, cui pro rata temporis in statutis expensis statuat provideri. 40

TIT. LXXIV.

Deest in Græco Codice.

De salario Bajulorum, Judicum, & Notariorum Curiæ.

IDEM.

CVm juxta providum, & salubre consilium antiquorum viam præcidere cupiditatibus cupientes, de Camera nostra, salaria Bajulis, Judicibus 10 atque Notariis exhibenda, non injusta recompensatione, providimus: ut obventiones omnes, quæ de tricesimis, pœnis legitimis, seu judicialibus mulctis, bannis, aut quibuslibet similibus aliquibus nostris fidelibus inferuntur, Bajulis, seu Judicibus ipsis obveniunt, integre nostris Ærariis applicentur, de quibus omnibus Magistri Camerarii per singulos menses cum Bajulis diligentem ratio- 20 nem expurgent: & relictis sibi pro se, Judice, atque Notario pro rata temporis statutis expensis, quod supererit pro Curia nostra servent. Et ut cujuslibet peculatus via cuilibet præcludatur, & modus; providimus, ut obventiones prædictæ, sub infrascripta forma, per præfatos Bajulum, Judicem, & Notarium recipiantur, & receptæ serventur, videlicet, in scrinio uno tres claves diver- 30 sas, & foramen obliquum ad immissionem auri, habente: quarum prædictarum quilibet unam apud se retineat, ubi percepta pecunia reponatur: quod nonnisi in præsentia Magistri Camerarii per omnes prædictos, aut ipsorum aliquem valeat aperiri. Per singulos etiam menses quatuor a Magistro Camerario de Bajuli, Judicis atque Notarii processibus inquiretur: & demum, anno per- 40 fecto, per generales inquisitores a nostra Curia destinatos exactissima fiet inquisitio contra eos. Qui autem inventi fuerint per Magistrum Camerarium supra-

praditum, vel inquisitores, culpabiles: videlicet, quod odio, vel amore, prece, vel pretio alicujus justitiam facere petentibus denegassent; aut per fraudem infra statutum tempus justitiam facere denegassent, vel quod suæ jurisdictioni subjectos per venales sententias, aut similibus aliis gravaminibus manifestis oppresserint, ut remissa inquisitione ad magnam Curiam nostram, de perjurio manus mutilatione mulctentur: & si durante officio per Camerarios in manifesta desidia inventi fuerint, non dolo, tertia parte mobilium puniantur. Et ad officium suum Bajuli, & Judices prædicti pertinere cognoscant, malefactores in ipsis maleficiis deprehensos, & forbannitos sine licentia Curiæ redeuntes, & scientes receptores eorum capere de personis, Justitiariis assignandos. Ab aliis autem malefactoribus in terra præsentibus fidejussores recipiant, si eos dare potuerint, præterquam in criminibus exceptis: aut si ipsos dare non potuerint, eos personaliter capiant, Justitiariis similiter assignandos.

TIT. LXXV.

Deest in Græco Codice.

De feriis, & salariis Judicum, & Notariorum instrumenta scribentium, & subscribentium, & de eorum forma servanda.

IDEM.

BAjulos, & omnes Judices, ac actorum Notarios, a mane usque ad vesperas, præter necessarias horas comestionis & somni, sui copiam omnibus præstare præcipimus, officii sui partes petentibus omnibus præbituros: exceptis diebus Nativitatis Domini, Paschalibus, atque Dominicis, ac Beatæ Virginis, & Apo-

Apostolorum festivitatibus dedicatis, in quibus & Judices alii, qui annales erunt, se de audiendis, & decidendis quæstionibus nullatenus intromittant: sed de contractibus, & instrumentis conficiendis per Notarios, prout est juris, & moris. Pro scriptionibus, & subscriptionibus suis Tarenum unum, si libram auri contractus excesserit, alioquin dimidium recepturi. Huic constitutioni salubriter providimus inserendum, ut Judices, atque Notarii infra hebdomadam, a die, quo fuerint de scribendo rogati, instrumenta scribere & subscribere teneantur: necessitate rogantibus imponenda, statutum pro scribendis & subscribendis a Curia nostra salarium exhibere; ac pœna dupli salarii constituti partibus, nisi priusquam fuerint instrumenta conscripta, de non scribendis eisdem sub attestatione solemni renunciationem emiserint: & Judicibus, atque Notariis imminente, si infra terminum constitutum, Notarii sive Judices, instrumenta non fecerint; vel facta per eos non recollegerint, qui rogarunt. Ceterum si casu contigerit Judicem, sive Notarium prius in fata decedere, quam instrumenta sint, prout ad eorum quemlibet pertinet, consummata; decernimus, ut si quidem partes superſint, vel ipsarum heredes, quarum rogatu contractus iterum valeant celebrare, per competentis coercitionis modum, indictiones mulctarum videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos contractus per Bajulorum officium compellantur. Quæ partes si forte defuerint, si quidem Notarius, qui gesta conscripserit, integræ vitæ, famæ, & opinionis extiterit; & manus ejus, qui schedam conscripserit, nota sit aliis Judicibus atque Notariis Civitatis & loci: placet idoneorum testium, qui interfuerint, duorum ad minus

nus jurata testificatione recepta, per alium ejusdem loci Notarium schedam eandem recipi, & instrumentum, prout est juris, & moris, ab ipso conscribi; a Judice, qui contractui sive negotio se interfuisse fatebitur, subscribendum, vel ab alio Judice Civitatis ejusdem, si forte primus exciterit humana sorte sublatus, qui tamen rei agendæ non se interfuisse describet; sed qualiter inter acta 10 præmortuorum Judicum, atque Notariorum, testium depositionibus roborata, descripti negotii seriem recepisse testetur. Ceterum ad hoc, ut ipsi Bajuli cum personis sibi per nostram Curiam deputatis in dispendium rei familiaris suis laborare dispendiis non cogantur, per speciales, & sacros nostræ mansuetudinis apices, prout status quilibet pro tempore fuerit, statuemus eisdem in 20 expensis annalibus, & sufficientibus provideri.

TIT. LXXVI.

Deest in Græco Codice.

Infra quod tempus causæ debeant determinari.

IDEM.

Omnes Bajuli locorum, & Judices 30 causas in eorum judiciis inchoatas infra bimestris temporis spatium a die citationis emissæ definiant: nisi probationes ex longinquo petantur, sacramento specialiter super hoc præstito per petentem, vel alia manifestissima causa sit, propter quam causa infra prædictum terminum finiri non possit.

40

TIT. LXXVII.

T I T. LXXVII.

Deest in Græco Codice.

De sententiis in scriptis ferendis.

IDEM.

AB omnibus Regni nostri fidelibus quemcunque dignitatis gradum, aut jurisdictionis obtineant, observare præcipimus, quod omnes sententias definitivas in scriptis proferant. Quod si 10 forte facere neglexerint, nullius momenti verbales, & non scriptæ sententiæ reputentur. Ipsi quoque de suo damnum quodlibet, & expensas litigantibus resarcire cogantur.

T I T. LXXVIII.

Deest in Græco Codice.

De summaria cognitione contra Cabellotos ferenda. 20

IDEM.

AVctoritatem etiam Bajulis impartimur, ut ad querelas nostrorum fidelium summaria cognitione præmissa, superexactiones restitui faciant, & rapinas, quas Cabelloti, foresterii, platearii, portionarii, seu passagerii, contra veterem formam, aut contra nova nostræ Curiæ statuta in fideles nostros 30 exercent, superexactionis & rapinæ pœna Magistris Camerariis, qui prædictos Officiales instituerint, observata.

T I T. LXXIX.

De Judicibus, & Notariis, & eorum numero.

IDEM. 40

IN locis Demanii nostri ubique per Regnum Judices non plures tribus, & Notarios sex volumus ordinari. Civitatibus Neapolis, Salerni, & Capuæ tantum

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΒ.

Περὶ κριτῶν καὶ νοταρίων, καὶ τίνες ὀφείλουσι καθίςασθαι.

ΘΕ'λομεν ἐν τοῖς τόποις τοῦ ἡμετέρου δυμανίου πανταχοῦ ἐντὸς τοῦ κράτους κριτὰς τυπωθῆναι οὐ πλείονας κατὰ πόλιν, εἰ μὴ μόνον τρεῖς. καὶ Νοταρίους ἕξ. ἄνευ Νεα-

tantum exceptis, in quibus quinque Judices, & octo Notarios esse volumus statuendos: in quibus [fere] contractus omnes coram Judicibus, & Notariis celebrentur, quos, non ut olim, a Magistris Justitiariis, vel Camerariis, sed a nobis tantummodo ordinari sancimus: [præter Judicem, & actorum Notarium, quos, ut præscriptum est, poterunt Magistri Camerarii ordinare:] quos omnes etiam sub tali cautela decernimus promovendos, ut nullus Judex, vel Notarius publicus, nisi sit de demanio, & homo Demanii statuatur: Ita quod nulli sit servitio, vel conditioni subjectus, nec alicui alii personæ ecclesiasticæ, vel sæculari, sed immediate nobis tantummodo teneatur.

Prædicti autem tam Judices, quam Notarii, cum litteris testimonialibus hominum loci illius, in quo statuendi sunt, ad præsentiam nostram, vel ejus, qui vicem nostram in absentia nostra in Regno universaliter procurabit, accedant. Quæ litteræ testimonium fidei, & morum Judicis, & Notarii statuendorum continere debebunt, & quod in ipsius loci consuetudinibus sit instructus. Examinationem autem litteraturæ, & etiam juris scripti, nostræ Curiæ reservamus.

Νεαπόλεως καὶ Σαλερινȣ̃ καὶ Καπȣ́ης, ἐν αἷς θέλομεν εἶναι κριτὰς πέντε, καὶ νοταρίȣς ὀκτώ, καὶ ἐν ταύταις πάντα τὰ συναλλάγματα ἐνώπιον τῶν κριτῶν καὶ νοταρίων ἐκπληρȣ́σθωσαν, ȣ̔̀ς ȣ̓κ ἀπὸ τῶν μαΐςρων ἢ καμερλίγγων, καθὰς τῷ παρελθόντι καιρῷ, ἀλλὰ παρ᾽ ἡμῶν χειροτονεῖσθαι ὁρίζομεν· ȣ̔̀ς ὑπὸ τὴν τοιαύτην παραφυλακὴν ἅπαντας τυπȣ̃σθαι ὁρίζομεν, ἵνα μή τις κριτὴς ἢ νοτάριος τȣ̃ δημοσίȣ ἔςω, εἰ μὴ εἴη ἄνθρωπος τȣ̃ ἡμετέρου δομανίου· καὶ ȣ̔́τως ἵνα μὴ ἔν τινι αἱρέσει κεκρατημένος προσώπῳ τινὶ ἐκκλησιαςικῷ ἢ κοσμικῷ, ἀλλὰ ἀμέσως ἡμῖν καὶ μόνον. Οἱ δὲ προειρημένοι κριταὶ μετὰ γραμμάτων μεμαρτυρημένων παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνȣ τȣ̃ τόπȣ, ἐν ᾧ καταςαθῆναι ὀφείλουσιν, ἐνώπιον ἡμῶν ἢ ἐκείνȣ, ὅςις ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἀπουσίᾳ παντὸς τȣ̃ κράτȣς προνοήσηται, παραγενέσθωσαν. Τὰ δὲ εἰρημένα γράμματα ὀφείλουσι περιέχειν τὴν μαρτυρίαν τῆς πίςεως καὶ τῶν ἠθῶν τȣ̃ γενησομένου κριτȣ̃ ἢ νοταρίου, καὶ εἰ πεπαιδευμένος ᾖ τῶν ἠθῶν τȣ̃ τόπȣ ἐκείνȣ. Τὴν ἐξέτασιν δὲ τῆς παιδεύσεως καὶ τȣ̃ γεγραμμένου νόμου τῇ ἐξετάσει τῆς ἡμετέρας κόρτης παραφυλάττομεν.

TIT. LXXX.

De instrumentis conficiendis.

IDEM.

CONsuetudinem, quam olim in aliquibus Regni partibus audivimus obtinere, dilucida constitutione cassantes, decernimus, instrumenta publica, & quaslibet cautiones per litteraturam communem, & legibilem per statutos a nobis Notarios scribi debere. Scribendi modo, qui in Civitate Neapolis,

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΓ.

Περὶ τȣ̃ πῶς δεῖ τὰ ἔγγραφα γίνεσθαι.

ΤΗ'ν συνήθειαν τὴν πάλαι κρατήσασαν ἔν τισι μέρεσι τȣ̃ κράτȣς φανερᾷ διατάξει ἀποκινȣ̃ντες, τὰ δημοσίως γινόμενα ἔγγραφα καὶ οἱασδήποτε ἐνοχὰς, διὰ γραμμάτων κοινῶν καὶ εὐκόλως ἀναγινωσκομένων, διὰ τῶν τετυπωμένων παρ᾽ ἡμῶν νοταρίων γράφεσθαι ὁρίζομεν· τȣ̃ τύπου τῆς γραφῆς, ὅςις ἐν Νεαπόλει καὶ ἐν τῷ δουκάτῳ Α'μαλ-

lis, Ducatu Amalfiæ, ac Surrenti [, atque per eorum pertinentias] hactenus servabatur, omnino sublato. Volumus etiam, & sancimus, ut prædicta instrumenta publica, & aliæ similes cautiones, nonnisi in pergamenis in posterum conscribantur. Cum enim eorum fides multis futuris temporibus duratura speretur, justum esse decernimus, ut ex vetustate forsitan, destructionis periculo non succumbant. Ex instrumentis in chartis papyri [, vel alio modo, quam ut dictum est, scriptis], nisi sint apochæ vel antapochæ, in judiciis, vel extra judicia, nulla omnino probatio assumatur [. Scripturis tantum præteritis in suo robore duraturis]. Quæ tamen in prædictis chartis bombycinis sunt redactæ scripturæ in prædictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, infra biennium a die editæ sanctionis istius, ad communem litteraturam, & legibilem redigantur.

Ἀμάλφης καὶ Σουρέντῳ, τῷ παρελθόντι καιρῷ παρεφυλάττετο, παντελῶς ἀποκινουμένου. Θέλομεν τοίνυν καὶ ὁρίζομεν, ἵνα τὰ ῥηθέντα δημόσια ἔγγραφα καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως ἐνοχὰς, ἐν μεμβράναις μόνον ἀπὸ τοῦ νῦν ἐγγραφῆναι. Ἐπεὶ γὰρ ἡ τούτων πίστις πλείστοις χρόνοις ἐλπίζεται, δίκαιον εἶναι προείδομεν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς παλαιότητος αὐτῶν ἀπωλείας κίνδυνόν τις ὑποστήσεται· ἀπὸ δὲ τῶν ἐγγράφων τῶν γεγραμμένων ἐν χαρτίοις βανβακεροῖς ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ ἔξω τῶν δικαστηρίων μηδεμία βεβαίωσις τὸ καθόλου δεχέσθω· εἰ μὴ, ὡς προείρηται, ἐν ἀποδείξεσι καὶ ἀνταποδείξεσι. Τὰ γράμματα δὲ τὰ ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις Ἀμάλφης τε καὶ Νεαπόλεως γινόμενα, ἐντὸς δύο ἐνιαυτῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐκδόσεως τῆς παρούσης ἡμετέρας διατάξεως, εἰς κοινὰ καὶ εὐκόλως μελετώμενα γράμματα μεταβαλλέσθωσαν.

TIT. LXXXI.

De judicibus per Imperialem celsitudinem promovendis.

Nova Constitutio.

IDEM.

CVm nova nostri nominis sanctione statutum sit, ut Judices de quæstionibus cognoscentes, per nostram celsitudinem debeant promoveri: Adjunctos & Admezatores, qui per privatorum consensus ad decidendas quæstiones in prædictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, [& in circumstantibus] eligebantur hucusque qui nullam aliam jurisdictionem habebant, nisi quæ ab eligentibus conferebatur eisdem, in posterum eligi prohibemus. Sed per Judices tantum a nobis

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΔ.

Περὶ τοῦ μὴ τυποῦσθαι ἀτζιοῦντας καὶ ἀμμετζάτορας.

ΕΠειδὴ τῇ νέᾳ διατάξει τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος ὡρίσαμεν, ἵνα οἱ κριταὶ οἱ διαγινώσκοντες τῶν ὑποθέσεων παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος τυπωθῆναι ὀφείλουσι· τοὺς λεγομένους τοίνυν ἀτζίουντας καὶ ἀμμετζάτορας, οἵτινες διὰ συναινέσεως τῶν ἰδιωτῶν πρὸ τοῦ ἀποφῆναι τὰς ὑποθέσεις, ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις, Νεαπόλει δηλονότι καὶ Ἀμάλφῃ καὶ Συῤῥέντου, μέχρι τοῦ νῦν ἐκλέγοντο, ἀπὸ τοῦ νῦν κωλύομεν ἐκλέγεσθαι, ἵνα μηδεμίαν ἄλλην δικαιοδοσίαν ἔχοιεν, εἰ μὴ ἣν παρὰ τῶν ἐκλεξάντων ἐδέχοντο· ἀλλὰ παρὰ τῶν κριτῶν τῶν παρ' ἡμῶν

nobis statutos coram eorum Bajulis & compalatiis causas omnes examinari volumus, & per sententiam terminari: a quorum sententiis appellationes non ad compalatios vel adjunctos, ut dictum est, sed ad eelsitudinem nostram, vel Officiales nostræ Cameræ, Justitiarios, Magistros Justitiarios, sicut in reliquis Regni partibus, deferantur: Arbitris super rebus, de quibus potest de jure in arbitros compromitti, propterea non negandis.

ἡμῶν τετυπωμένων. ἐνώπιον τῶν κομπαλατζίων ἢ τοῦ πράκτορος πάσας τὰς ὑποθέσεις ἐξετασθῆναι βουλόμεθα. Εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἀποφάσεων τούτων ἔκκλητος γένηται· οὐ πρὸς τοὺς κομπαλατζίους καὶ τοὺς λεγομένους ἀτζίουντας, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν μεγαλειότητα, ἢ πρὸς τοὺς ἡμετέρους καμμεραρίους, δικαιώτας ἢ μαΐσορας καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τοῦ κράτους, ἀναφερέσθω, τῶν αἱρετῶν δικαστῶν χάριν τούτων οὐκ ἀπαρνουμένων ἐν ἐκείνοις, ἐν οἷς δυνατὸν τοὺς αἱρετοὺς δικαστὰς διαγνῶναι.

TIT. LXXXII.

De fide & auctoritate instrumentorum, & quot testes debeant subscribere in instrumentis.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΣ.

Περὶ τοῦ πόσους μάρτυρας ἐν τῷ ἐγγράφῳ δεῖ προσλαμβάνειν.

IDEM.

INstrumentorum robur & solemnitatem augentes, ut de eorum fide nulla omnino in posterum dubitatio possit oriri, statuimus, ut si quantitas, quæ in contractu deducitur, infra libram auri subsistat, de mobilibus vel immobilibus, & quibuslibet rebus, aut causis in instrumento duo testes bonæ & probatæ opinionis subscribant præter Judicem, & Notarium: si autem libram auri excedat, tres testes probatæ fidei, ut est dictum, præter Judicem & Notarium, similiter [in eodem instrumento subscribant]: qui debent esse [ut dictum est] omni exceptione majores, & scientes litteras in locis, in quibus litterati poterunt inveniri: alioquin alii assumantur. Contra prædictam autem formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem; illo tenaciter observando, ut in aliquo locorum nostri demanii Clerici cujuscunque sint ordinis, in Judices & Notarios nullatenus assumantur.

ΤΗ'ν ἰσχὺν τῶν ἐγγράφων καὶ παρατήρησιν αὐξάνοντες, ἵνα μὴ ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πίστεως δισαγμὸς ἀναφύεσθαι δυνηθῇ, διατασσόμεθα, ἐὰν ἡ ποσότης ἡ ἀναφερομένη τῷ συναλλάγματι, ἐντὸς μιᾶς λίτρας χρυσοῦ ἢ περὶ κινητῶν καὶ ἀκινήτων καὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, ἢ ὑποθέσεων, ἐν τῷ ἐγγράφῳ δύο μάρτυρες δεδοκιμασμένης ὑπονοίας ὑπογράψωσι, χωρὶς τοῦ κριτοῦ καὶ νοταρίου. εἰ δὲ τὴν λίτραν τοῦ χρυσοῦ ὑπερβῇ, τρεῖς μάρτυρες δεδοκιμασμένης πίστεως ὄντες, καθὼς προείρηται, ὁμοίως χωρὶς τοῦ κριτοῦ καὶ νοταρίου, ὑπογράψωσιν, οἵτινες ὀφείλουσιν εἶναι μείζονες πάσης παραγραφῆς καὶ εἰδότες γράμματα, εἰ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις εὑρεθήσονται γραμμάτων μετέχοντες. εἰ δὲ μὴ, ἄλλοι δεχέσθωσαν. τὰ δὲ παρὰ τὸν εἰρημένον τύπον γινόμενα ἔγγραφα ἀπὸ τοῦ νῦν μηδεμίαν ἰσχὺν ἐχέτωσαν. κἀκεῖνο παραφυλάττοντες, ἵνα ἐν τοῖς τόποις τοῦ ἡμετέρου δομανίου κληρικοὶ οἱασδήποτε τάξεως κριταὶ ἢ νοτάριοι μηδαμῶς γενέσθωσαν.

TIT. LXXXIII.

TIT. LXXXIII.

De Advocatis ordinandis.

IDEM.

ADvocatorum officium, qui dubia dirimunt facta causarum, non tam utile, quam necessarium reputantes, nostris constitutionibus duximus inferendum: quos sub tali cautela volumus ordinari, ut non nisi examinati per Judices Curiæ nostræ, & per nostram celsitudinem approbati, in eadem Curia nostra audeant postulare. Coram Justitiariis similiter regionum per Judices, qui eis pro tempore assidebunt, examinari, & per eosdem Justitiarios postea approbari debebunt.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΗ.

Περὶ συνηγόρων.

ΤΟ' ὀφφίκιον τῶν συνηγόρων, οἵτινες διακρίνουσι τὰς ἀμφιβόλως τύχας τῶν ὑποθέσεων, οὐ μόνον χρειώδες, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον λογιζόμενοι, ταῖς ἡμετέραις διατάξεσιν ὠήθημεν περιέχεσθαι· οὓς ὑπὸ τοιοῦτον τύπον τυπωθῆναι θέλομεν, ἵνα εἰ μὴ ἐξετασθῶσι παρὰ τῶν τῆς ἡμετέρας κόρτης κριτῶν καὶ προσκυρωθῶσι παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ἐν τῇ κόρτῃ συνηγορῆσαι μὴ τολμήσωσιν. Ἐνώπιον τῶν δικαιωτῶν τῶν ἐπαρχιῶν ὁμοίως, καὶ παρὰ τῶν κριτῶν, οἵτινες κατὰ τὸν καιρὸν προκάθηνται, καὶ παρὰ τῶν αὐτῶν δικαιωτῶν μετὰ ταῦτα δοκιμασθῆναι ὀφείλουσιν.

TIT. LXXXIV.

De præstatione sacramenti ab Advocatis.

IDEM.

ADvocatos tam in Curia nostra, quam etiam coram provinciarum Justitiariis, & Bajulis statuendos: necnon & per partes singulas Regni nostri, ante receptum officium, tactis sacrosanctis Evangeliis corporalia volumus sacramenta præstare: quod partes, quarum patrocinium susceperint, cum omni fide & veritate, sine tergiversatione aliqua, adjuvare curabunt: ipsas de facto non instruent: contra veram conscientiam nullatenus allegabunt: & quod causas non recipiant desperatas: & si quas forte receperint partis fortasse mendaciis coloratas, quæ justæ sibi in principio videbantur, & in processu judicii, vel de facto, vel de jure compareant ipsis injustæ, ipsarum patrocinium in continenti dimittent. Spretæ parti, prout priscis legibus est statutum, licentia convolandi

ad

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΞΘ.

Περὶ τοῦ ὅρκου τῶν συνηγόρων.

ΤΟὺς συνηγόρους τοσοῦτον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ τετυπωμένους, ὅσον ἐνώπιον τῶν δικαιωτῶν τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τοῦ ἡμετέρου κράτους, πρὸ τοῦ δέξασθαι τὸ ὀφφίκιον σωματικὸν ὅρκον ἐκπληρῶσαι ὀφείλουσι, ὅτι τὰ μέρη περὶ ὧν συνηγορήσωσιν, μετὰ πάσης πίστεως καὶ δυνάμεως καὶ χωρὶς προδοσίας βοηθῆσαι προνοήσωσι, καὶ αὐτὰ τὰ μέρη περὶ φάκτου οὐ παιδεύσουσι, καὶ κατὰ τῆς ἀληθοῦς συνειδήσεως οὐδαμῶς δικαιολογήσονται, καὶ ἀπελπισμένας ὑποθέσεις οὐ δέξονται· καὶ ἐάν τις ἴσως δέξηται ψεύδεσι χρώμασι τοῦ μέρους, ὅπερ τὴν ἀρχὴν δίκαιον αὐτῷ ἐνομίζετο, ἐν δὲ τῷ δρόμῳ τοῦ δικαστηρίου περὶ φάκτου ἢ περὶ δικαίου φανήσεται ἄδικον εἶναι τὸ ἄχθεν, τὸ συνηγορεῖν χάριν τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως καταλιμπανέτω. Οὐδὲ παραχωροῦμεν τῷ μέρει πρὸς συνηγορίαν ἄλλου τινὸς ἀπελθεῖν, καθὼς τοῖς παλαιοῖς

νόμοις

ad alterius patrocinium denegandа. Jurabunt etiam, quod augmentum ſalarii in proceſſu judicii non requirent, nec de parte litis ineant pactiones: quod ſacramentum non tantum ſemel præſtitiſſe ſufficiat, ſed coram Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis regionum anno quolibet renovabunt. Si quis autem Advocatorum contra prædictam formam, & ſacramentum venire tentaverit in aliqua cauſa parva, vel magna, ab officio cum perpetuæ infamiæ nota remotus, tres libras auri puriſſimi Fiſco Curiæ noſtræ componat. Denique Clericos in ſæcularibus cauſis, & judiciis omnibus præſtare patrocinia prohibemus: præterquam in cauſis ſuis propriis, conſanguineorum, vel affinium. Item in cauſis Eccleſiarum, ac miſerabilium perſonarum: ita ut ſine pretio valeant poſtulare. Quis quis autem noſtrorum fidelium Officialium Advocatum ipſum admiſerit, præſenti noſtra conſtitutione contempta, libram unam auri ſacro Ærario noſtro ſe illaturum agnoſcat: Advocato nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præſumpſerit, eadem pœna mulctando.

νόμοις περιέχεται. Ὀμόσωσι δὲ ὅτι οὐ ζητήσωσιν αὐξηνθῆναι τὸ σαλάριον ἐν τῷ δρόμῳ τῷ τοῦ δικαστηρίου. μήτε σύμφωνον ποιήσωσιν ὑπὲρ μέρους τῆς ὑποθέσεως· καὶ τοῦτον τὸν ὅρκον κατ' ἔτος ἐνώπιον τοῦ μαΐστορος δικαιώτου, καὶ τῶν ἄλλων δικαιωτῶν ἀνακαινίσωσιν. Εἰ δέ τις τῶν συνηγόρων κατὰ τοῦ προρηθέντος τύπου ἐλθεῖν θαῤῥήσει, τοῦ ὀφφικίου ἀποκινηθεὶς κἄν τε ἐν εὐτελεστάτῃ ὑποθέσει κἄν τε ἐν κρείττονι, διηνεκῶς ἀτιμούσθω, καὶ τρεῖς λίτρας καθαροῦ χρυσίου τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ ἀποδώσει. Τοῖς δὲ κληρικοῖς ἐν ταῖς κοσμικαῖς ὑποθέσεσι καὶ δικαστηρίοις συνηγορεῖν κωλύομεν, εἰ μὴ ἐν ταῖς ὑποθέσεσι ταῖς οἰκείαις καὶ συγγενῶν ἢ ἰδίων. Ἐν δὲ ταῖς ὑποθέσεσι τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ἐλεεινῶν προσώπων χωρὶς μισθοῦ συνηγορῆσαι θέλομεν. Εἰ δέ τις τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων τοιοῦτον συνήγορον ὑποδέξηται, ἐξουθενημένης τῆς παρούσης ἡμετέρας διατάξεως, μίαν λίτραν χρυσοῦ τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει· ὁ συνήγορος δὲ ὅστις ἐθάῤῥησεν ἀναρμόστως συνηγορίαν δέξασθαι, τῇ αὐτῇ ποινῇ τιμωρείσθω.

TIT. LXXXV.

De ſalario Advocatorum.

Deeſt in Græco Codice.

IDEM.

HAc edictali lege jubemus, Advocatos omnes pro eorum ſalariis, quandocunque ipſos in privatorum cauſis oporteat poſtulare, non amplius exigere vel a litigantibus ſtipulari, quam ſexageſimam partem cauſæ, pro qua ſuffragium ſpoponderant, ſi res, quæ petitur, æſtimationem recipiat. Ceterum ſuper his, quæ non poterunt æſtimari, volumus Advocatorum ſalaria Judicis arbitrio definiri, quemadmodum

modum causæ status, & etiam rei sacræ, necnon & hominum, dum contra ipsos accusatio instituitur de tali crimine, de quo convicti capitaliter puniantur; vel alias contra ipsos procedi possit, juxta criminum qualitatem: præterquam in actione injuriarum, in qua volumus a tempore oblati libelli Bajulos & Judices Advocatorum salaria prætaxare; & ceteris a- 10 liis his similibus, quæ jura vetera præscripserunt.

T I T. LXXXVI.

Deest in Græco Codice.

De officio Magistrorum Procuratorum Curiæ.

IDEM.

INter multas, & arduas sollicitudi- 20 nes nostras, quibus ordinata dispensatione disponere Regno nostro satagimus, nostrarum rerum fiscalium curam, quæ, velut res nostræ quodammodo privatæ censentur, non improbabiliter vidimus collocandam; earum procurationibus personas idoneas præponere cupientes, per quas nobis sic jura nostra reddantur, ut in eorum juribus fideles nostri propterea non gra- 30 ventur. Statuimus igitur, ut per quemlibet Præsidatum, unus Magister Procurator rerum nostrarum, & unus Magister Fundicarius debeant ordinari, qui jura Fisci nostri percipiant & percepta conservent: qui etiam Magister Procurator, videlicet, per singulas jurisdictionis suæ partes ad denunciationes fidelium delatorum, vel nullis deferentibus, etiam si viderit expedire, 40 inquisitionem facere studeat diligenter; & data possessoribus, post inquisitionis copiam, de jure suo contradicendi licentia, quæ ad jus Curiæ nostræ pertinere

tinere compererit, Fisci nostri juribus studeat vendicare. Vt tamen post causam sufficienter instructam, & ad conscientiam nostram fideli relatione deductam, si possessor in contradicendo perstiterit; non aliter ad occupandam possessionem manus extendat, quam si super hoc de Curia nostra mandatum receperit speciale. Prædicta autem postquam revocata legitime fuerint, 10 & alia, quæ per prædecessores officii revocata per Curiam nostram repererit possideri; demania etiam, & morticia, excadentias, granaterias, piscarias, herbas aliminis, & generaliter omnia, quæ per nostram Curiam procurantur, ad procurationis suæ solicitudinem revocabit. Animalia autem Curiæ nostræ, & omnes bestias, massarias per Curatulos, & alios, qui præfecti 20 pro tempore fuerint, cum diligentia debita faciant procurari: & ex eorum proventibus, tam Curiæ nostræ, quam Castrorum nostrorum necessitatibus, & utilitatibus ad requisitionem Provisorum super castrorum nostrorum provisionibus statutorum, faciat provideri. Stipendia autem, quæ in pecunia numerata consistunt Castellanis, & servientibus, ac personis aliis statutis in 30 Castris, per Magistros Camerarios regionum volumus ministrari.

TIT. LXXXVII.

Deest in Græco Codice.

Forma qualiter notandæ sunt res fiscales.

IDEM.

SI quando forte contigerit a Magi- 40 stris Procuratoribus locationes excadentiarum nostrarum per privatos & fideles nostros pro tempore postulari; in ipsarum locationibus formam hujusmo-

modi volumus obſervari . Videlicet, ut Procuratores præfati a locatione feudorum militarium, ſive ſint quaternata, vel non, prorſus abſtineant; & ab his, quæ ſunt Caſtrorum noſtrorum munitionibus, vel noſtris ſolatiis deputata : niſi ſuper hoc rei petitæ de conſcientiæ noſtræ ſcriniis mandatum receperint iteratum. In aliarum autem excadentiarum locationibus ſic ipſos 10 Procuratores procedere præſenti conſtitutione ſancimus, videlicet, ut de fide, & converſatione petentis, conditione, ac valore rei petitæ, quid ſcilicet ex eis proventibus proveniat annuatim, per fideles noſtros primitus inſtruantur . Et ſi petentem fidelem noſtrum invenerint, eundemque bonum cultorem, & frugi, ac rebus ſuis ſalubriter, ac perſpicaciter diſponen- 20 tem, nec in offenſionem, vel malevolentiam alicujus locationem expetere ſupradictam, placet tam ſuper ſubhaſtatione, quam aliis legitimis ſolemnitatibus obſervatis, quas & cautela juris antiqui, & noſtri Regni conſuetudo depoſcit (conſilio Magiſtri Camerarii provinciæ nihilominus accedente) expetitas excadentias locationis perpetuo jure concedi, & poſſeſſores earum, 30 quibus prædicto modo conceſſæ fuerint, perpetua ſecuritate gaudere : Ac ſi eorum aliquis ad cautelam majorem ſuam ſeu ſucceſſorum ſuorum ſuper locationibus ipſis confirmationem a nobis impetrare voluerit; idem Magiſter Procurator una cum Magiſtro Camerario ſupradicto, ſub ſigillis ſuis, Judicum, aliorumque noſtrorum fidelium loci, qui ſuper hoc conſilium dederunt, 40 per litteras ſuas Curiæ noſtræ diſtincte deſcribant locum, valorem, qualitatem, & quantitatem rei locatæ: quid, & quantum Curia noſtra de re ipſa

per-

perceperat annuatim, cujusmodi censum, sive servitium percipere debeat de eadem; quid denique per locationem ipsam Curiæ nostræ utilitatis accrescat: ut ex eorum plena relatione perdocti, deliberare possimus, an prædictam confirmationem concedere nobis expediat, an negare. Ceterum ad hoc ut Magistri Procuratores ipsi cum aliis personis sibi per nostram Curiam deputatis in 10 dispendium rei familiaris suis laborare dispendiis non cogantur, per speciales & sacros nostræ mansuetudinis apices, prout status cujuslibet pro tempore fuerit, statuemus eisdem in expensis annalibus, & sufficientibus provideri.

TIT. LXXXVIII.

Deest in Græco Codice.

De locatione Demanii. 20

IDEM.

AUctoritatem Magistris Procuratoribus indulgemus, demania nostræ Curiæ fidelibus nostris ad modicum tempus, non ultra quinquennium, statuenda, & ad certam fructuum partem, prout popofcerit qualitas temporum & locorum, colenda concedere. Paludes etiam & nemorosa loca, quæ defensis 30 nostris, & publicis pascuis, seu lignorum incidendorum usibus deputata non sint, cum indemnitate nostra, necnon de consilio nostrorum fidelium, extirpanda & colenda concedant: certis super his proventuum parte, vel censu (prout melius expedire viderint) constitutis, veteri nullatenus diminuto. Quæ si subhastatione, & qualibet alia juris solemnitate servata, prædicto mo- 40 do fuerint etiam in perpetuum colenda concessa, etiam perpetuo jure subsistant: præsertim cum a nobis, seu successoribus nostris iidem Procuratores lo-

locandi paludes, & nemora ſupradicta nacti fuerint pro tempore poteſtatem: nec auctoritate noſtra deceptos ſe doleant poſſeſſores, & laborum ſuorum, & ſumptuum incommoda pertuliſſe triſtentur. Quæ in præteritis locationibus etiam per Procuratores noſtros ſubhaſtationis, & alia debita ſolemnitate ſervata confectis, volumus obſervari. 10

IDEM.

Deeſt in Græco Codice.

MAgiſtris Procuratoribus noſtræ Curiæ ſpecialiter prohibemus, ne eorum aliquis fideles noſtros compellat invitos jura Curiæ noſtræ vel res alias, juſto etiam pretio, comparare. Illud tamen eis pro Curia noſtra permittimus, quod eſt ubique terrarum generaliter conſuetum, quod eiſdem no- 20 ſtris fidelibus interdicant, quod non ipſi prius jura ſua, quam noſtra, quæ in loco ipſo fuerint, communi, juſto, & celeri pretio diſtrahant.

T I T. LXXXIX.

Deeſt in Græco Codice.

De officio Magiſtrorum Fundicariorum.

IDEM. 30

MAgiſtros Fundicarios Curiæ noſtræ, ſicut quoslibet Officiales noſtros, puritatem omnimodam, tam circa nos, quam circa fideles noſtros volumus conſervare. Ideoque præcipimus, ut iidem Magiſtri Fundicarii nil emant, aut emptum in fundicis intromittant ſine teſtimonio Bajuli, & Judicis civitatis & loci, publicæ ſcripturæ ſuffragio roborando. Procurabunt 40 autem Magiſtri Fundicarii fundicos ſalis, ferri & azarii, & mercium exituras, quæ fundicandæ per Curiam noſtram ſunt ſtatutæ, præter venalia, quorum exi-

exitus aliis Officialibus per noſtram Curiam ſpecialiter eſt commiſſus. Volumus autem, prædictos Fundicarios ab infraſcriptis noſtrorum fidelium gravaminibus abſtinere: quod non compellant eos in majori quantitate ſal emere, quam ipſi voluerint; dummodo prohibeant & diligenter obſervent, quod extra provinciam ſibi decretam provinciales ſui vel in magna, vel in modica 10 quantitate ſal non emant in provinciam deferendum, pœna publicationis bonorum omnium emptoribus, ſeu quibuslibet aliunde ſal, præter mandatum ſpeciale Curiæ noſtræ, deferentibus præſtituta: niſi ab ultramarinis partibus in navigiis ſal deferatur, quod non alii, ſed Curiæ aſſignetur pro pretio, quo cum Curia convenire poterunt deferentes. Mercatoribus ementibus ſal ab eis, 20 & ipſis jura Curiæ noſtræ ſolventibus permittatur, quo voluerint infra provinciam, & pretio quo poterunt, diſtrahere, nec certo loco, ſeu a certo venditore tantummodo ſal homines comparare compellant. Mercatores etiam ad civitates, ubi ſunt fundici, venientes, exoneratis & depoſitis mercibus, quæ fundicari debent in fundicis, ubi, vel quo voluerint per civitatem hoſpitari 30 permittant; pœna publicationis mercium mercatoribus imminente, qui alio loco merces fundicandas, ſine ſpeciali mandato fundicarii depoſuerint, vel modo quolibet jus fundici fraudare, ſeu furari tentabunt: dum tamen fundicarii caveant, quod nullas res alias præter eas, quæ in novis ſtatutis fundicari, ſeu dohanari mandavimus, mercatores, ſeu quoslibet diſtrahentes, fundicare ſeu dohanare compellant. 40

T I T. XC. *Deest in Græco Codice.*

De prohibita Curialium commercione.

IDEM.

COmmuniter tam Justitiarii, quam Camerarii, & omnes alii provinciarum annui Officiales ab infrascriptis abstinere debebunt, videlicet, quod durante prædicto tempore magistratus eorum, nec ipsi, nec Judices, aut Notarii, nec familiares eorum mutuum in provinciis sibi decretis a suis provincialibus in pecunia, vel rebus aliis accipiant: domos, vel quascunque possessiones ab eis in provincia ipsa nullo prorsus alienationis titulo, etiam in emphyteutico jure accipiant: matrimonia sive sponsalia, nec etiam contractus ineant cum eisdem; pœna publicationis bonorum omnium, & amissionis officii, cum infamia Officialibus contra hoc venientibus imminente, qui, præterquam de victui necessariis, quemcunque contractum de mobilibus, vel immobilibus, seu se moventibus, cum hominibus inierint suæ jurisdictioni subjectis. Creditoribus autem alienantibus, ac contrahentibus omnibus publicationem pecuniæ mutuatæ, & conventi pretii, dotium etiam promissarum quarumliber, deinde rerum in contractu venientium eis imminere cognoscant.

Nova Constitutio. *Deest in Græco Codice.*

IDEM.

VT Officialibus & Procuratoribus nostris quibuslibet propter expensarum defectum negligendi res nostras non sit occasio, vel meliorandi causa non desit, volumus & mandamus, ut ad requisitionem ipsorum omnes proventuum nostrorum actores pro reparandis Ca-

Castris, & domibus nostris, plantandis & colendis vineis, seu quibuslibet aliis possessionibus nostræ Curiæ procurandis, sufficientem pecuniam subministrent. Ceterum si ad requisitionem ipsorum actores nostri eis petitam pecuniam subministrare noluerint, mandato celsitudinis nostræ nullatenus expectato, volumus, ut Castellani vel Procuratores ipsi pecuniam de proventibus administrationis suæ, vel de suo proprio in necessitates, vel utilitates nostras confidenter expendant, ne occasione mandati, quod super hoc a nobis non habent, aut dispendia vereantur, quin expensam pecuniam ipsis de ærario nostro restitui faciamus, vel in ratiocinio suo per Rationales nostros excomputetur eisdem.

Nova Constitutio.

Deest in Græco Codice.

IDEM.

OMnes Officiales nostros abstinere præcipimus a gravaminibus, quæ nostris fidelibus hactenus inferebant, mittendo ipsos interdum pro deferenda pecunia ad ærarium nostrum, seu pro quibuslibet aliis Curiæ nostræ servitiis; interdum ipsorum animalia capiendo; & nec ipsis personis statutis per Curiam nostram expensas, nec pro vecturis animalium mercedes similiter definitas aliquatenus exsolvebant. Quod qui fecerint, de bonis suis expensas, & mercedes eisdem hominibus, & Curiæ nostræ tantundem exsolvere compellantur.

TIT. XCI.

De officio Castellanorum, & servientium.

REX GVIL.

CAstellani, & servientes ab incarceratis, qui eodem incarcerationis

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΑΗ Ν.

Περὶ τȣ̃ πόσον ὀφείλȣσιν οἱ καςροφύλακες παρὰ τῶν πεφυλακωμένων λαμβάνειν.

ΟΙ καςροφύλακες καὶ οἱ σεργένται ἀπὸ τῶν πεφυλακωμένων, οἵτινες ἐν αὐτῇ τῇ

nis die, quacunque hora extiterint liberati, nihil omnino recipiant. Si autem in eodem carcere noctem incarceratus fecerit, non plusquam dimidium tarenum pro liberatione ab incarcerato ipso volumus postulari.

τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐφυλακώθησαν, ἐλευθερωθήσονται ἐν οἱᾳδήποτε ὥρᾳ, οὐδέν τι λήψονται. Εἰ δὲ ἐν τῇ φυλακῇ νυκτερεύσωσιν, οὐδὲν πλέον εἰ μὴ μόνον ταρίου τὸ ἥμισυ, διὰ τῆς τοιαύτης ἐλευθερώσεως λαμβάνειν τούτους βουλόμεθα.

De eodem.

IMPER. FRE.

SI quis Castellanorum, vel servientium ultra id, quod ab incarceratis ipsis recipere Regia constitutione permissum est, receperit; in nonuplum [id, quod injuste perceperit,] Fisco nostro componat. [Et simplum, quod a prædictis sic injuste receptum est, ipsis omnimodo reddendo.]

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΑ.

10 Περὶ ποινῆς τῶν καστροφυλάκων τῶν ὑπὲρ τοῦ τετυπωμένου λαμβανόντων.

ΕΙ τις τῶν καστροφυλάκων ἢ σεργεντίων παρὰ τὸ τετυπωμένον αὐταῖς παρὰ τῆς βασιλικῆς διατάξεως λήψεται, ἐννεαπλασίως τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει.

20

IDEM.

CVstodes, de quorum custodia captivi per negligentiam ipsorum evaserint, bonis suis omnibus publicatis, per annum squalore carceris decernimus macerari: ut carcerem incarcerati ipsimet non deferant, qui in carceratis custodiendis aliis negligentiam commiserunt. Hi autem, qui per fraudem incarceratos abire permiserint, [juxta antiqua jura] capitali sententia feriantur.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΒ.

Περὶ ποινῆς τῶν φυλάκων τῶν τοὺς πεφυλακωμένους λαμβανόντων.

ΤΟὺς φυλάσσοντας τοὺς πεφυλακωμένους, ἐὰν διὰ τὴν τούτων ἀμέλειαν ἤτοι ἀποδράσωσιν, τῶν πραγμάτων αὐτῶν δημευθέντων, δι' ἐνιαυτοῦ ἐν φυλακῇ κρατηθῆναι ὁρίζομεν· ἵνα αὐτοὶ πεφυλακωμένοι φυγὴν ἄλ-30 λοις οὐ συγχωρήσωσιν, οἵτινες περὶ τὴν φυλακὴν ἀμελοῦντες ἐδείχθησαν. ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες διὰ δόλον τοῖς πεφυλακωμένοις ἀποδρᾶσαι παρεχώρησαν, κεφαλικῇ ἀποφάσει τιμωρηθήσονται.

TIT. XCII.

De servientibus exeuntibus extra Castrum sine licentia sui Castellani.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΝΓ.

Περὶ τοῦ ὀφφικίου τῶν καστροφυλάκων καὶ σεργεντίων.

40

IDEM.

CVlpam non immerito reputantes, aliquem immiscere se rei ad suum officium

ΠΤαῖσμα δικαίως λογιζόμεθα τοῦ ἐπιμίξαι τινὰ ἑαυτὸν ἐν πράγματι τῷ αὐτοῦ

officium minime pertinenti, præsenti constitutione sancimus, & inviolabiliter prohibemus Magistris Castrorum, Castellanis, & servientibus eorundem, ut extra Castrorum situs, sine speciali conscientiæ nostræ mandato, de nullo negotio terræ ipsius, in qua Castrum situm est, se [aliquatenus palam] intromittere audeant [, vel occulte]. Si quis autem de prædictis contra fecerit, ab 10 officio ipso remotus, pœna quinquaginta augustalium Fisco nostro inferenda mulctetur. Servientibus [expressius] inhibemus, ut extra Castrum nostrum non exeant sine licentia Castellani; & cum ipsos de Castellis ob aliquam causam exire contigerit, plures quam quatuor insimul potestatem non habeant exeundi. Servientium autem contra prædicta temere attentantes pœna quatuor 20 augustalium puniri volumus: aut si non habent de peculio aliquid, per dimidium annum ad opera publica deputari censemus.

αὐτοῦ ὀφφικίῳ μὴ ἀνήκοντι. διὰ τῆς παρούσης τοίνυν διατάξεως στεῤῥῶς κωλύομεν τοῦ μὴ ἐξεῖναι τοῖς καστροφύλαξιν καὶ τοῖς αὐτῶν σεργεντίοις ἔξωθεν τῶν τῆς ἀκροπόλεως προπυργωμάτων καὶ χαρακωμάτων ἐπιβαίνειν, χωρὶς ἰδικοῦ ἐντάλματος τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος· μηδὲ ἐπιχειρείσθωσαν ὑπόθεσιν τῇ πόλει ἀνήκουσαν, ἐν ῇ ἡ ἀκρόπολις ἵδρυται. Εἰ δέ τις τῶν προειρημένων 10 τοὐναντίον ποιήσει, τοῦ ὀφφικίου ἀποκινηθεὶς τριάκοντα αὐγουστάλια τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει. Τοῖς δὲ σεργεντίοις κωλύομεν τοῦ μὴ ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως χωρὶς ἀδείας καὶ ὁρισμοῦ τοῦ καστροφύλακος. Ὁπότε δὲ διά τινα αἰτίαν χρεία γένηται τούτους ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἐξελθεῖν, οὐ πλείονες εἰ μὴ μόνον τέσσαρες ὁμοῦ ἐξερχέσθωσαν. Τὸν δὲ τοὐναντίον ποιοῦντα ποινῇ τεσσάρων αὐγουσταλίων τιμωρεῖσθαι ὁρίζομεν· εἰ δὲ τὴν 20 εἰρημένην ποινὴν καταβαλεῖν οὐκ εὐπορεῖ, χρόνον ἥμισυ τοῖς δημοσίοις ἔργοις περαιωσάτω.

IMPE. FRE.

CAstellanorum civiles excessus per Magistros Camerarios regionum, criminales vero per provinciarum Ju- 30 stitiarios, durantibus etiam ipsorum Castellanorum officiis, audiri volumus, & secundum justitiam emendari.

Deest in Græco Codice.

TIT. XCIII.

De Apparitoribus, & eorum salario.

Deest in Græco Codice.

IDEM.

IN civilibus causis Bajulos, & Judi- 40 ces Regni nostri formam hujusmodi volumus observari, videlicet, quod ad petitionem agere volentis, Bajulus reum futurum citari faciet per apparitores

tores suos, qui jurent de veritate dicenda, de quibus unum, aut duos, tres, aut plures, prout qualitas loci exiget, habere debebit. Apparitori autem pro qualibet citatione, infra civitatem, aut locum facienda, granum auri ab actore præbeatur: extra civitatem, aut pro quolibet miliario granum unum: Et erit quælibet citatio Bajuli peremptoria, continens terminum tertii diei in civitate computatis die citationis, & die, quo sisti debebit in judicio. Extra civitatem vero, si citandus in eadem provincia fuerit, quarti, aut quinti, aut demum octavi. Extra provinciam vero mensis unius prædictis diebus similiter computatis. His quæ per sacras nostri nominis sanctiones in citationibus per Magistrum Justitiarium Curiæ nostræ, vel Justitiarii regionum ediximus, suo robore duraturis.

IDEM.

Deest in Græco Codice.

SIc nostra servitia perfici volumus, ut occasione ipsorum fidelium nostrorum aliquis contra justitiam non gravetur. Ideoque præsenti sanctione decernimus, ut nullus Officialis, si ipse equos habeat occasione servitiorum, vel nuntiorum ipsorum nostrorum, compellat aliquem equum, vel jumentum, asinum, vel quodcunque vehiculum alicui commodare, sed pretio pro servitiis nostris locet. Quod si non habet, licentiam habeat aliqua compellendi animalia pro servitiis nostris pretio unius tareni auri, per diem cum homine, vel sine homine pro dimidio tareno locare. Ceterum si locata animalia per manifestam ductoris negligentiam, vel quod ipsa ultra statutam dietam per malitiam duxerit, mori contigerit, juxta æstimationem trium, vel quatuor bonorum

pro-

proborum virorum fidelium, per quos priusquam locatio fiat, æstimationem locandi vehiculi volumus fieri, per Curiam nostram domino pretium resarciri jubemus. Nullus etiam Officialis compellat aliquem equos suos vendere, nisi justo pretio Curiæ nostræ, quos & per quatuor bonos viros volumus æstimari.

10

TIT. XCIV.

Deest in Græco Codice.

Ut nullus Officialis cogat aliquem ad ostendendum titulum suæ possessionis, & quod nullus occupet.

IMPE. FRE.

AB Officialibus nostris fidem exigimus & industriam expectamus. Cujusdam tamen superstitiosæ solicitudinis causam ab ipsis vidimus removendam, per quam zelo solicitæ fidei, quam non habent, fideles nostros indebitis vexationibus interpellant, quærendo ab eis titulum possessionis suæ, & causam, cum nihil per Curiam nostram de speciali, vel communi jure contra pacificos possessores proponatur ab eis, vel propositum approbetur: nisi quod occasione dominii generalis, quod in rebus, & juribus omnium subjectorum nostrorum habemus, speciales ab eis rationes exigunt. Volentes igitur talium versutiis obviare, vexationes hujusmodi fidelibus nostris illatas, vel in posterum inferendas præsenti constitutione nostra, Deo propitio valitura, perpetuo prohibemus. Sed si quas rationes, & jura Cæsariani nostri Curiam nostram in re cujuslibet possessoris habere confidunt, privilegiis Fisci nostri servatis, illa fideliter & solicite prosequantur. Nihilominus fidelibus nostris omnibus sub pœna fidelitatis, qua nobis tenentur

20

30

40

tur aſtricti, mandamus, ut rationes & jura noſtra de cetero non occultent; ſed nullis aliis delatoribus expectatis ipſi ſe deferant. Procuratorum noſtrorum ignaviam forſitan ſua diligentia redimant, & fidelitate compenſent. Ceterum ſi quis in poſterum jura noſtra ſcienter quadam occultatione ſuppreſſerit, in quadruplum omnium fructuum, a die ſententiæ perceptorum, poſſeſſorem hujuſmodi condemnamus. 10

T I T. XCV.

Deeſt in Græco Codice.

De numero Officialium, & infra quod tempus eorum adminiſtratio duret.

IMPE. FRE.

OCcupatis nobis circa totius reipublicæ noſtræ curas, delitioſum 20 nihil, aut modicum cogitantibus, non ſunt laborum additamenta, ſed requies, quæ de componendo ſtatu Regni noſtri Siciliæ cogitamus: utpote cum inter cetera, quæ juribus noſtris paternæ ſucceſſionis reliquerit debitum, vel fortunæ felicitas acquiſitionibus poſtmodum aggregavit, regnum Siciliæ præ ceteris, velut clectum quoddam viridarium inter agros, cura præcipua colere diſponamus; ad illud potiſſime 30 ſatagentes, ut eradicatis in totum amaritudinis fructibus, & nocivis, in eo pacis & juſtitiæ robora affluenter, & provide nutriantur, ut ſit admirantibus omnibus ſimilitudinis ſpeculum, invidia Principum, & norma regnorum. Et cum ſtatum pacificum populorum juſtitia roboret, & ordo decoret, id ordinarium fore providimus, juſtitiam or- 40 dinare, quam copioſe mandavimus regni noſtri fidelibus miniſtrari; ut non tam ordo, quam copia ſacrum & providum noſtræ voluntatis propoſitum

præ-

præconizet. Ad cujus consummationem cura perspicua laborantes, necessarium duximus, Officialium omnium, per quos justitia colitur, & culta petentibus ministratur, taxare tempus officii, & numerum præfinire, ne vel confusio numeri pluribus præstet prædæ materiam, vel infinitas temporis grassandi licentiam tribuat longiorem. Statuimus igitur, ut per provincias singulas, quæ 10 certis Justitiariatuum & Camerariatuum terminis limitantur, non plures, quam unus Justitiarius, & unus Magister Camerarius ordinetur; quorum Justitiarius quilibet Judicem unum continuum, & Notarium unum actorum habebit. In civitatibus singulis unum tantummodo Bajulum, & Judicem unum, qui causarum cognitionibus præsint, juxta præmissam nostræ mansuetudinis for- 20 mam, per Magistrum Camerarium, & tres Judices, qui gesta conficiant, per nostram excellentiam volumus ordinari: civitatibus Neapolis, Messanæ, & Capuæ tantum exceptis, in quibus propter contractuum multitudinem quinque Judices, & octo Notarii creabuntur: ita quod nullus Magister Justitiarius aliquatenus sit in regno. Horum Officialium omnium tempora præter No- 30 tarios, qui ubique terrarum perpetui statuuntur, anni circulo præcipimus terminari: nisi vel eminens administrationis industria, vel substituendi defectus nobis aliquando, quibus solum ordinationem Justitiariorum ubicunque fuerimus, reservamus, temporis spatium de necessitate suaserit prorogandum.

40

Nova Constitutio. *Deest in Græco Codice.*

IDEM.

VOlumus, & præsentis legis edicto sancimus, ut juxta formam juris antiqui, post finitum officium Justitiarii & Camerarii degradati cum Officialibus suis, per quinquaginta dies apud substitutos continue commorentur: infra quos omnibus de jurisdictione sua licentia tribuatur defectum ipsorum in publicum producendi; quod circa mandata nostra vel Fisci nostri commoda, seu privatorum jura, fraudulenter aut perperam processissent. Nec minus contra ipsos inquisitiones juxta solitum morem, cum omni diligentia fieri mandamus; & demum si per inquisitionis officium vel delationes aliquorum, Officialis inventus fuerit culpabilis, aut dolosus, præter damna, quæ per ipsum nobis, aut subditis integre volumus resarciri, transgressionis suæ pœnam, quam nostra sententia dictaverit, sustinebit. Nec illud omittimus, quin sicut maleficos & injustos querelarum vocibus accusari, & censuræ nostræ vigore coerceri mandamus; sic justissimos, & vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudari, & munificentiæ nostræ præmiis decorari velimus.

IDEM. *Deest in Græco Codice.*

JVdices ubique locorum, remotis perpetuis hactenus ordinatis, ut est dictum, annui viri industres, & fideles, & jurisperiti, si unquam in regno reperiantur idonei, decernantur. Quod si competitores habeant forsitan promovendi, de utriusque meritis testimonio suorum concivium, & examinatione solicita doceatur; ita quod in Officiali

ciali promovendo discretio, & inremota justitia conservetur. De Notariorum, & Judicum manibus in conficiendis publicis documentis veritas intemerata procedat; in quibus si falsitas fuerit, vel corruptela probata, non mutilationis manus, ut olim, sed decapitationis supplicium ultimum temerarius patietur. Judices secundum formam constitutionum nostrarum, & jura communia, & 10 consuetudines approbatas, quæ constitutionibus non resistunt, de purissima conscientia causas audiant, ut tamen ipsas, nec alibi quam apud Bajulos civitatum in Curiæ nostræ prætorio, ubi consueverunt jura decerni, vel apud alium, qui jurisdictioni præest, discutiant, & audiant quæstiones. Quod enim Judicibus supradictis ordinariis jurisdictiones concedimus infra annum, 20 non sic accipi volumus, ut apud ipsorum prætoria, ex litigantium forte consensu, quæstiones accipiant, sed in præsentia Bajulorum nostrorum ipsas examinent, & fine debito studeant terminare.

TIT. XCVI.

De exordiis & præparatoriis judiciorum.

30

IDEM.

SI quem nostrorum fidelium ad proclamationem de aliquo coram Magistro Justitiario Curiæ nostræ, vel regionum Justitiariis necessitas forte compulerit [, vel voluntas]; si quidem adversarium suum in Curia ipsa repererit, quem ob aliam specialem causam, & justam non venisse constiterit [, vel quod ibidem ea perfecta subsistat], de ipso 40 recepturus justitiam protinus conqueratur. Ob aliam autem causam veniens, sive civiliter sive criminaliter impetatur, revocandi domum jus poterit impetrare; verumtamen, recepto prius termino

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ο.

Περὶ τῦ μὴ γινώσκοντος ἐν τῇ κόρτῃ κατηγορεῖσθαι.

ΕΆν τινα τῶν ἡμετέρων πιςῶν ἡ ἔνδεια τῦ δικαίῳ ἀθήσειεν ἐγκαλεῖν κατά τινος ἐνώπιον τῦ δικαιώτυ τῶν ἐπαρχιῶν, ἢ τῦ μαΐςορος δικαιώτυ· εἰ μὲν τὸν διάδικον αὐτῦ ἐν τῇ κόρτῃ εὑρήσει, ὅςις ἐ δι' ἄλλην τινὰ ἰδικὴν αἰτίαν κ) δικαίαν παραγενέσθαι βεβαιωθῇ, παρ' εὐθὺς πρὸς τὸ ἀπολαβεῖν δίκαιον κατ' αὐτῦ ἐναγέτω· εἰ δὲ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἦλθεν, εἴτε χρηματικῶς εἴτε ἐγκληματικῶς ἐναχθῇ, δυνήσεται αἰτῆσαι δίκαιον τῦ πρὸς τὸν οἰκεῖον οἶκον ἐπανελθεῖν· ἀλλ' ὅμως πρότερον δεχέσθω

mino peremptorio quam recedat, in quo se debeat Curiæ præsentare. Cujus spatium, ut omnis omnino frustrationis occasio a judiciis excludatur, præsentis legis serie jussimus annotari, & pro locorum diversitate distingui; ut si conventi domus a Curia distet per octo dies, aut pauciores octo, tanti temporis dilatio concedatur, quod per sex dies domi moratus, dietis competentibus numeratis pro qualitate itineris & personæ, ad Curiam revertatur. Si autem per decem dietas domicilium ejus a Curia distare noscatur, per prædictum modum dinumeratione dierum, & dietarum habita diligenti, tantum temporis impetret ad regressum, quod deducto tempore itineris, & reversionis ad Curiam, per novem dies domi valeat commorari. Ceterum si ultra decem dietas distat a Curia domicilium fugitivi, quantuncumque distantia allegetur, dinumeretur tempus ad iter & reditum competens, ut est dictum, quo studiose, & diligenter diverso, dato, prout prædictum est, peremptorio pro reditu, tam in casu præsenti, quam in omnibus supradictis, domi sibi liceat per dies duodecim commorari. In quibus omnibus dilationibus, si venire contempserit [impetitus], contra ipsum ex peremptorio quantum de jure procedi poterit, procedatur.

χέσθω περιεπτορίαν διορίαν, ἐν ᾗ ὀφείλει ἑαυτὸν τῇ κόρτη παραςῆσαι. Ἧς τινος τὴν παρέκτασιν, ἵνα πᾶσα τὸ σύνολον ἀγωγὴ ματαιολογίας ἀπὸ τῶν κριτηρίων ἐξωθῇ, τῇ περιοχῇ τῆς παρέσης διατάξεως ἐγγραφῆναι ὡρίσαμεν, ϗ κατὰ τὴν τῶν τόπων διαςίξασθαι· ἵνα ἐὰν ὁ οἶκος τȣ͂ ἐναγομένȣ ἀφέςηκε τῆς κόρτης διαςήματι ὀκτὼ ἡμερῶν ἢ ἐλάττονι, τοσέτȣ καιρȣ͂ διορία διδόσθω, ἵνα ἓξ ἡμέραις τῷ οἴκῳ προσδιατρίψας, διαίταις αὐτάρκαις καὶ μεμετρημέναις κατὰ τὴν πιότητα τῆς ὁδȣ͂ ϗ τȣ͂ προσώπȣ, πρὸς τὴν κόρτην ὑποςραφήσεται. Εἰ δὲ δέκα ἡμερῶν διαςήματι ὁ τȣ́τȣ οἶκος ἀπὸ τῆς κόρτης ἀφέςηκε, κατὰ τὸν προρηθέντα τύπον γινομένης ἀκριβεςάτης ἀριθμήσεως ἡμερῶν καὶ διαίτων, τοσȣ͂τον καιρὸν ἀνύσειε πρὸς τὴν ὑποςροφὴν, ὥςε ἐξῃρημένȣ τȣ͂ καιρȣ͂ τῆς ὁδȣ͂ καὶ τῆς πρὸς τὴν κόρτην ὑποςροφῆς, ἐννεὰ ἡμέραις τῷ οἴκῳ προσδιατρίψαι δυνήσηται. Εἰ δὲ πλέον παρὰ τὰς δέκα ἡμέρας ὁ τȣ́τȣ οἶκος ἀπὸ τῆς κόρτης ἀφέςηκεν, ὅσον διαχωρισμὸς τόπου φανερωθῇ, ψηφιζέσθω ὁ καιρὸς καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ πρὸς τὴν ὑποςροφὴν ἁρμοδίως, ὡς εἴρηται· ȣ͂ τινος ἀκριβῶς ψηφισθέντος, δοθείσης δὲ περαιπτορίας, ὡς εἴρηται, τοσȣ͂τον ἐν τῷ παρόντι θέματι, ὅσον καὶ ἐν πάσαις ταῖς προειρημέναις ὑποθέσεσιν, ἐξέςω αὐτῷ ἡμέρας δέκα τῷ οἴκῳ προσδιατρίψαι. Εἰ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ περαιπτορίᾳ διορίᾳ ȣ̓ παραγενήσεται, κατὰ τὸ δίκαιον ὅσον ἐςὶ δυνατὸν, ἡ ὑπέρθεσις ἐξεταζέσθω.

TIT. XCVII.

De litteris citatoriis.

IDEM.

EDictorum ordinem priscis legibus stabilitum ad breviorem modum reducere cupientes, ut ex eis in posterum nulla quæstionis materia possit oriri, apertissima constitutione sancimus, ut

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΟΛ.

Περὶ γραμμάτων ἀναζητήσεως.

ΤΗ'ν τῶν ἰδίκτων διάταξιν τὴν τετυπωμένην ἐν τοῖς παλαιοῖς νόμοις εἰς βραχύτατον τύπον μεταφέρειν ἐπιθυμȣ͂ντες, ἵνα ἐκ τȣ́των ἀπὸ τȣ͂ νῦν ȣ̓δεμία ἀφορμὴ δικαιολογίας ἀναφύεσθαι δυνηθῇ, τῇ φανερᾷ

ut citatoriæ litteræ per Justitiarium, & Bajulum destinandæ, non, ut olim, ad ipsum eundem, qui citandus fuerit ab aliquo per adversarium suum transmittantur, sed per aliquem bonum virum, qui in illis partibus, ubi reus degere dicitur, commoratur, assignentur eidem; vel per specialem citantis nuncium eædem litteræ destinentur, vel per quodlibet edictum aliud citatorium etiam sine scriptis fiat. In quibus litteris debet dilucide contineri, coram quo, & a quo, & de qua re, ac cujusmodi querimonia deferatur, & tempus expressum, in quo per se tantum, si criminalis sit actio, [vel per se vel per alium, si civilis quæstio moveatur,] citatus debeat in Curia comparere. Citatio fiet una pro omnibus, quæ peremptorium continebit & terminum triginta dierum [ad plus], a die citationis receptæ continue numerandorum, in quacunque parte regni citandus manere dicatur: plerunque etiam brevius spatium indicetur, ex qualitate temporum, & proximitate locorum; vel si causa sit urgens, propter quam tam longum tempus concedi non possit. Si vero extra regnum is, qui citandus est degat, sexaginta dierum spatium citatio continere debebit. In termino autem peremptorio citatus comparere tenebitur per se, vel per alium, si civilis est quæstio; & legitime in principali causa defendi, aut pro ipso excusatio legitime allegata probari debet, propter quam in termino prædicto sibi dato non potuerit, vel non debuerit in Curia præsentari.

SI quando aliquem forjudicari contigerit, qui liberos habens, inveniatur feudale aliquid possidere, si quidem liberi ejus, vel eorum aliqui in pupillari ætate consistant, qui protectione Balii indigere noscantur, ipsorum Balium cum administratione bonorum eis contingentium Curia nostra suscipiat, quemadmodum in casu mortis Balium ipsum habere deberent: eis autem puberratis tempus excedentibus & in tutelam propriam venientibus, fructus partis illius, quæ viventem patrem, licet pro mortuo habitum, secundum prædictum modum dinumeratione liberorum attenta, si res acquisita de feudo foret dividua, contingere debuisset, patre ipso adhuc superstite, Curiam nostram percipere volumus & habere; pro ea tantum parte de servitio nobis pro feudo ipso debito diminuto, pro qua Curiam nostram fructus percepisse constabit. Patre autem forjudicato naturæ debitum exolvente, pars illa, cujus fructus Curia nostra perceperit ad integritatem feudi libere revertatur. Sane si forjudicatum a Comite, vel Barone feudum habere contigerit, ipso parentes vel liberos non habente, feudum ad eum, a quo ipsum forjudicatus tenebat, sine contradictione aliqua, redire debere censemus: fructus tamen partis contingentis forjudicatum de eo, quod ab illo tenetur, si liberos habeat, pro numero liberorum forjudicato vivente, Curia nostra percipiat [secundum modum superius declaratum]; quemadmodum & alia bona mobilia damnatorum, secundum generalem assisiam Regni nostri ad Curiam nostram spectant.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

Περὶ τοῦ βαλίου τῶν ἀνήβων παίδων, τῶν ἀποκηρύκτων.

ΟΠότε συμβῇ ἀποκηρυχθῆναί τινα, ὅστις υἱοὺς ἔχων εὑρίσκεται, νέμεταί δέ τι τῶν Φεδαλίων, ἐὰν οἱ τούτου παῖδες ἢ τινες 10 ἐξ αὐτῶν ἄνηβοι ἔσονται δεόμενοι τῆς τοῦ βαλίου σκέπης καὶ βοηθείας, ἡ ἡμετέρα κόρτη δεχέσθω τὸ τοῦ βαλίου ὀφφίκιον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων κυβέρνησιν, καθὼς ἐν αἰτίᾳ θανάτου ὤφειλεν ἔχειν τὸ αὐτὸ βάλιον· αὐτῶν τὸν καιρὸν τῆς ἀνηβότητος ὑπερβαινόντων καὶ εἰς τὴν ἰδίαν κυβέρνησιν ἐρχομένων, τοὺς καρποὺς ἐκείνου τοῦ μέρους, ὅπερ καίπερ ζῶντος τοῦ πατρός, ἀντὶ τεθνεῶτος δὲ λογιζομένου, κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον 20 γενομένης ἀριθμήσεως τῶν παίδων, εἰ τοῦ Φίου τὶ ἀπέμεινεν, τὸ ἥμισυ αὐτῷ ἀνήκειν ὤφειλεν τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἔτι ζῶντος, τὴν ἡμετέραν κόρτην τοῦτο ἀπολαβεῖν θέλομεν· ἐλαττομένου τοῦ αὐτοῦ Φίου χάριν τῆς ἡμῖν ἀνηκούσης δουλείας, οὗ τοὺς καρποὺς τὴν ἡμετέραν κόρτην ἀπολαβεῖν δειχθῇ. Τοῦ πατρὸς δὲ ἀποκηρυττομένου ἀποδιδομένου τὸ τῆς Φύσεως χρέους, τοῦ μέρους ἐκείνου οἱ καρποὶ, οὓς ἡ 30 ἡμετέρα κόρτη ἀπέλαβεν, εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ Φίου ἐλευθέρως ἀποστραφήτωσαν. Εἰ δὲ τὸν ἀποκήρυκτον συμβῇ ἔχειν Φίον παρὰ κόμητος ἢ βαρόνου, μηδὲ ἔχοντος αὐτοῦ πατέρα ἢ τέκνα, τὸ Φίον εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον, ἐξ οὗ ὁ ἀποκήρυκτος τὸ Φίον ἐκράτει, χωρὶς ἀντιῤῥήσεως ἀποστραφῆναι ὁρίζομεν· τοὺς καρποὺς δὲ τοῦ μέρους τοὺς ἀνήκοντας τῷ ἀποκηρύκτῳ ἐξ ἐκείνου τοῦ Φίου, ὅπερ παρ' ἄλλου ἐκράτει, εἰ παῖδας ἔχοιεν, κατὰ ἀριθ- 40 μὸν τῶν παίδων, ζῶντος τοῦ ἀποκηρύκτου, ἡ ἡμετέρα κόρτη λαμβανέτω, καθὼς καὶ τὰ ἄλλα κινητὰ τῶν κατακεκριμένων κατὰ τὴν γενομένην διάταξιν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀνήκουσιν.

ctant. Sed Comiti, vel Baroni, a quo feudum tenetur, nullum omnino volumus præjudicium generari.

κουσιν. Οὐ θέλομεν δὲ προκρίνειν τῷ δικαίῳ τοῦ κόμητος ἢ τοῦ βαρόνου, παρ' οὗ τὸ φίον νέμεται.

T I T. VIII.

De uxoribus forjudicatorum, & parentibus.

IDEM.

POEna carere volentes innoxios, & punire nocentes, generali lege sancimus, forjudicatorum uxores, & matres in earum rationibus, dotibus, donationibus propter nuptias, quarta, atque dotariis occasione forjudicationis, aut damnationis prædictæ, nullam omnino molestiam sustinere: sed eas integre habeant, & ab omni inquietatione securas: ita tamen ut personæ prædictæ, & etiam forjudicatorum filii, seu parentes, forjudicato, quem egere volumus, non sustentationem ab aliquo postulari de bonis ipsius ejusdem pietatis nostræ lenitatis servatis, in nullo penitus providere præsumant. Quod si fecerint, gratia, qua videntur abuti, ipsos privari censemus: & bona ipsa nostro ærario applicari.

In Codice Græco

Κ Ε Φ Α Λ Η Η.

Περὶ δικαίου τῶν γυναικῶν τῶν ἀποκηρύκτων καὶ μητέρων.

ΑΤιμωρήτους εἶναι θέλοντες τοὺς ἀνευθύνους, καὶ τοὺς βλάπτοντας τιμωρεῖσθαι, ὁρίζομεν, τὰς γαμετὰς καὶ τὰς μητέρας τῶν ἀποκηρύκτων ἐν τοῖς ἑαυτῶν δικαίοις, ἤγουν προικὶ καὶ δωρεαῖς προγαμιαίαις καὶ ἐν τῇ λεγομένῃ κουάρτα καὶ δουδαρίοις, τῇ ἀφορμῇ τῆς ἀποκηρύξεως ἢ κατακρίσεως, οὐδεμίαν ὑποστῆναι βλάβην· ἀλλὰ τὰ οἰκεῖα δίκαια σῶα καὶ ἀνελλιπῆ ἐχέτωσαν, καὶ ἀπὸ πάσης ζητήσεως ἐλεύθερα· οὕτως μέντοι ἵνα τὰ προειρημένα πρόσωπα, ἢ παῖδες τῶν ἀποκηρύκτων ἢ πατέρες, οὐ θαῤῥήσωσι δοῦναί τι τῷ ἀποκηρύκτῳ· ὅντινα πτωχεύειν θέλομεν καὶ ὑστερεῖσθαι, καὶ μὴ δέχεσθαι παρά τινος διοίκησιν, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν παραφυλαττομένων αὐτοῖς παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος· ὅπερ εἰ ποιήσωσιν, ἀπὸ τῆς χάριτος, ᾗ κακῶς χρᾶσθαι ἐφαίνοντο, αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι θεσπίζομεν, καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ προσπορισθῆναι.

T I T. IX.

Vt pater forjudicati ex delicto filii non teneatur.

IDEM.

OB filiorum culpas innocentes patres arceri non tam injustum, quam impium reputantes, præsentis nostræ pietatis decreto decernimus, patrem superstitem ex delicto filii in nullo prorsus affligi, vel puniri debere. Mortuo vero patre, si liberos alios præ-

In Codice Græco

Κ Ε Φ Α Λ Η Θ.

Περὶ τοῦ μὴ κολάζεσθαι τοὺς πατέρας χάριν τῶν πταισμάτων τῶν τέκνων.

ΤΟ κολάζεσθαι τοὺς πατέρας χάριν τῶν πταισμάτων τῶν τέκνων οὐ μόνον ἄδικον, ἀλλὰ καὶ ἀπηνὲς εἶναι λογιζόμενοι, τῷ δεκρέτῳ τῆς ἡμετέρας εὐσπλαγχνίας ὁρίζομεν, τὸν πατέρα τὸν μετὰ τελευτὴν τῶν παίδων ἐναπομείναντα, ὑπὲρ τοῦ χρέους τοῦ υἱοῦ, μηδαμῶς περισφίγγεσθαι ἢ τιμωρεῖσθαι. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ

præter forjudicatum non habeat, bona quæ ei ex succeſſione patris mortui deberent deferri, Fiſci noſtri juribus vendicentur. Si autem liberos alios habeat, ſi quidem res tales ſunt, quæ dividi poſſint, hereditariæ, vel feudales in parte contingente, forjudicato pro numero liberorum Fiſcus noſter ſuccedat: ſi quidem fratrem forjudicatus, vel ſororem denique in capillo non habeat, in bonis ipſis Fiſcum noſtrum eſſe decernimus ſucceſſorem, omnibus, quæ ſuper criminibus læſæ majeſtatis veteres juris auctores, tam contra ipſos reos, quam ſucceſſores eorum ſpecialiter induxerunt, in ſuo robore duraturis.

τȣ πατρὸς, εἰ μὲν παῖδας ἄλλȣς χωρὶς τȣ Φȣρτζιοδικάτȣ ȣ̓κ ἔχει, τὰ πράγματα τὰ ἀπὸ διαδοχῆς τȣ τελευτήσαντος πατρὸς εἰς αὐτὸν κατενεχθῆναι ἔμελλον, τῷ ἡμετέρῳ Φίσκῳ προσπορίζέσθωσαν. Εἰ δὲ ἄλλȣς υἱȣ̀ς ἔχει, εἰ μὲν τα πράγματα κληρονομιαῖα εἶεν, ἢ Φεδάλια, ἅτινα διαμερισθῆναι δύνανται, τὸ μέρος τὸ ἀνῆκον τῷ Φȣρτζιοδικάτῳ, κατὰ ἀριθμὸν τῶν παίδων ὁ Φίσκος διαδέξεται. Εἰ δὲ ἀδελφὸν ἢ ἀδελφὴν ȣ̓κ ἔχει μέχρι τριχὸς, ἐν τοῖς πράγμασι τȣ́τȣ τὸν Φίσκον ὁρίζομεν εἶναι διάδοχον, ἁπάντων τῶν ἐγκλημάτων τῶν παρὰ τῶν παλαιῶν νόμων ἐφευρεθέντων περὶ τυραννίδος τοσȣ́τον κατὰ τῶν ῥέων, ὅσον καὶ κατὰ τῶν διαδόχων αὐτῶν, ἐν τῇ οἰκείᾳ ἰσχύει μενόντων.

TIT. X.

De his, qui fidejuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur.

IDEM.

HVmanitate nobis ſuggerente ſancimus, quod ſi quando accuſatus, vel delatus ſuper criminalibus, & capitalibus cauſis, fidejuſſores dare paratus ſit, ſi pro qualitate criminis & perſonæ, nec minus facilitate conveniendi ſufficientes & idonei reputentur, tradi militibus, vel ſqualore carceris macerari non volumus accuſatum: niſi crimen adeo vel confeſſione ſua, vel ipſa flagranti deprehenſione ſit evidens, aut publice facta inquiſitione ſit publicum, aut notorium habeatur, ut jam conſtet reum ad nihil aliud inficiari propoſita, niſi ut pœnam differat, quam levis & infamatæ perſonæ temeritas, & propoſitæ qualitas accuſationis expoſcit. Ab hujus autem noſtræ ſanctionis humanitate præcludimus accuſatos, vel delatos criminis majeſtatis [contra perſonam noſtram, ſeu noſtrorum collateralium ſatagentes]: quos velut ſuſpectos interdum nos ipſi

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ι.

Ἐν ὁποίοις θέμασιν ὁ κατηγορȣ́μενος δύναται δȣ̃ναι ἐγγυητήν.

ΦΙλανθρωπίας νȣθετȣ́σης ἡμᾶς θεσπίζομεν, ἡνίκα ὁ κατηγορȣ́μενος ἐν ἐγκληματικαῖς καὶ κεφαλικαῖς ὑποθέσεσιν ἕτοιμος εἴη δȣ̃ναι ἐγγυητὰς, οἵτινες ὑπὲρ τῆς ποιότητος τȣ ἐγκλήματος ϗ τȣ προσώπȣ ἱκανοὶ ἔσονται ναιμὴν ϗ εὔκολοι πρὸς τὸ ἐνάγεσθαι, ϛρατιώταις μὲν ϗ ϛενοχωρίᾳ φυλακῆς παραδίδοσθαι ȣ̓ βȣλόμεθα τὸν κατηγορηθέντα· εἰ μὴ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τοσȣ̃τον φανερὸν εἴη, ἢ οἰκεία ὁμολογίᾳ ἢ ἐπαυτοφώρῳ κρατήσει, ἢ ἐξετάσει φανερῶς γεγενημένῃ, ὥϛε φανερῶς ὑπονοῆσαι, ȣ̓ δι' ἄλλό τι τὸν κατηγορηθέντα ἀρνήσασθαι, εἰ μὴ διὰ τὸ παρεκτεῖναι τὴν τιμωρίαν, ἣν ἡ αὐθάδεια τȣ ἐλαφρȣ̃ ϗ ἀτίμȣ προσώπȣ ϗ ἡ ποιότης τῆς προτιθεμένης κατηγορίας ἐπιζητεῖ· ἐκ ταύτης δὲ τῆς φιλανθρωπίας τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἀποδιώκομεν τȣ̀ς κατηγορηθέντας περὶ ἐγκλήματος τυραννίδος, ȣ̃ς καθὼς καὶ τȣ̀ς ἄλ-

λȣς

ante ſupplicium carcerari cuſtodia ſpecialiter, & expreſſim detineri mandamus: vel Juſtitiariorum noſtrorum aliquis hoc injungat, cum vel perſonæ levitas, & immanitas criminis iſtud exegerit, quod contra ſalutem noſtram aliquid attentaſſe dicatur. Quod ſi fidejuſſorum committeretur cuſtodiæ, non tanti haberet fidejuſſores relinquere pœnæ, quanti quod pro commiſſo facinore pœnam debitam poſſet evadere, aut non commiſſum aliquando facinus, quod eſſet acerbius, confirmaret [: vel niſi levis converſationis, & vitæ per publicam famam, vel inquiſitiones de eis aliquando factas, accuſati forte extiterint, aut delati, aut aliquando quod ſui copiam ſubtraxerint forbanniti]. Prædictis autem ceſſantibus de regulari, & communi jure ſufficientium fidejuſſorum fidei committi decernimus accuſatos, ut non incarcerentur propterea quod accuſati ſunt tantum, qui in nullo forſitan deliquerunt: & incarcerati etiam qui incarcerationis tempore fidejuſſores idoneos dare non poterant, datis fidejuſſoribus liberentur. Contingebat enim aliquando, quod ob timorem carceris accuſati etiam innocentes ſe a judiciis ſubtrahebant, & pœnæ nocentium, qui carcerati cuſtodia tenebantur, differebantur interdum, dum cauſam ex vinculis non dicebant. Contingebat hoc ſæpe propter accuſatorum abſentiam, qui ad victoriam ſibi abunde ſufficere credunt, quod adverſarios ſuos faciunt carceri mancipari. Illud etiam præſenti adjungimus ſanctioni, ut ſi quando accuſatus, vel delatus propterea in carcere teneatur, quod fidejuſſores dare non poſſit, & ſe defendere ſit paratus; [ſolutus vinculis in judicio præſentetur: nec ex vinculis cauſam dicat, & deinde poſt inſtantiam ſoluti judicii ad vincula deducatur]. Accuſatores inſtanter

λυς ἴσως ὑπόπτυς, ποτὲ ἡμεῖς αὐτοὶ πρὸ τῆς τιμωρίας ἐν Φυλακῇ κρατηθῆναι ἰσχυρῶς ὁριζομεν, ἵνα τῶν ἡμετέρων δικαιωτῶν τις ὡρίσῃ τϑτο· ὁπότε ἡ εὐκολία τϑ προσώπυ καὶ ἡ ἀπανθρωπία τϑτο ἐπιζητεῖ· ὅτι κατὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας τὶ λέγεται πειρασθῆναι. Εἰ γὰρ Φυλακῇ ἐγγυητῶν παρεδίδοτο, ἀντ' ϑδενὸς ἂν εἶχε τὺς ἐγγυητὰς καταλεῖψαι τῇ ποινῇ ἐμπεσεῖν· ἣν ὀφειλομένην ποινὴν διὰ τϑ πλημμεληθέντος ἁμαρτήματος ἠδύνατο ἐκφεύγειν, ἢ τὸ μὴ πλημμεληθὲν ἁμάρτημα, ὅπερ ἀπηνέστερόν ἐστι, παραφυλαχθῆναι.

Τῶν εἰρημένων τοίνυν ἐξῃρημένων κανονικῷ καὶ κοινῷ δικαίῳ ὁρίζομεν, τὸν κατηγορηθέντα παραδοθῆναι τῇ πίστει τῶν ἱκανῶν ἐγγυητῶν, καὶ μὴ Φυλακῇ παραδίδοσθαι. Πρὸς τύτοις ἐπειδὴ συμβαίνει πολλάκις Φυλακῇ τηρηθῆναι ἐκείνυς, οἵτινες ἐν ϑδενὶ ἴσως ἥμαρτον· τινὰς δὲ οἵτινες ἐν τῷ καιρῷ τῆς Φυλακῆς ἐγγυητὰς ἱκανὺς δϑναι ϑκ ἴσχυον, διδομένων ἐγγυητῶν τύτυς ἐλευθερϑσθαι βυλόμεθα τῆς Φυλακῆς. Συνέβαινε γὰρ πολλάκις διὰ τὸν Φόβον τῆς Φυλακῆς τὺς κατηγορηθέντας καὶ μηδὲν πταίσαντας, ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ἀποδιδράσκειν· καὶ αἱ ποιναὶ τῶν ἁμαρτησάντων, οἵτινες Φυλακῇ παρεδίδοντο, ποτὲ παρεκτείνοντο, τῆς αἰτίας τῆς κρατήσεως μηδαμῶς λεγομένης. Καὶ τϑτο συνέβαινε διὰ τὴν ἀπυσίαν τῶν κατηγορύντων, οἵτινες χάριν νίκης πιστεύυσιν αὐταρκὲς εἶναι αὐτοῖς τὸ κρατηθῆναι μόνον ἐν Φυλακῇ τὺς ἑαυτῶν ἀντιδίκυς. Τϑτο δὲ μᾶλλον τῇ παρύσῃ διατάξει προστίθεμεν ὥστε ἡνίκα κατηγορηθῇ τις, καὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι διδόναι ἐγγυητὰς μέλλει Φυλακῇ παραδίδοσθαι, λέγει δὲ ἑαυτὸν εἶναι ἕτοιμον τϑ δεφενδεύεσθαι·

τὸν κατηγορήσαντα θέλομεν

πα-

ter

ter accusationem volumus prosequi institutam, a qua si forte in odium incarcerati destiterint, ut supplicio carceris affligatur, desistentiæ pœnam nostris constitutionibus stabilitam ipsos decernimus sustinere. [Custodiantur autem in Curia Justitiarii incarcerati sub expensis suis, vel si nimium pauperes sint, sub expensis Curiæ. In utroque casu cuilibet custodi per diem, 13. Grana, secundum assisiam Curiæ, tribuantur, ut pro captivorum custodiis, sicut hactenus, homines non graventur]. Eorum tamen causas, quos de conscientia nostra capi, & detineri mandamus, inconsultis nobis examinari non volumus, nec decidi. Maluimus enim aliquando reum criminis carceri detineri, quam perdere: & vidimus aliquos juste captos, & deinde misericorditer liberatos, postea factos bonos & frugi [dum ipsis vexatio præbuit intellectum. Ab illo potissime Justitiarii nostri prorsus abstineant, ut unum pro alio, velut patrem pro filio, vel e converso, seu fratrem pro fratre, vel quamcunque conjunctam personam pro reo, fidejussores forsitan non præstante, carceri non intrudant].

παρευθὺς μετ' ἐνστάσεως τὴν οἰκείαν κατηγορίαν παρακολουθεῖν. Εἰ δὲ ἐκ ταύτης ἀποστῇ δι' ἔχθραν τοῦ κατηγορηθέντος, ἵνα ἐν τιμωρίᾳ φυλακῆς τοῦτον καθυποβάλλῃ, τὸν ἀποστάντα ὑποστῆναι ὁρίζομεν τὰς ποινὰς τὰς περιεχομένας ἐν ταῖς ἡμετέραις διατάξεσι·

τὰς ὑποθέσεις δὲ ἐκείνων οὓς κρατηθῆναι ὡρίσαμεν, ἐκ τῆς ἡμετέρας συνειδήσεως, ἡμῶν μὴ εἰδότων ἐξετασθῆναι οὐ θέλομεν, οὔτε ἀποφανθῆναι. Κρεῖττον γὰρ ἔχομεν τὸν ἐγκληματικῶς κατηγορηθέντα ποτὲ ἐν τῇ φυλακῇ κρατηθῆναι, ἢ ἀπώλειαν ὑποστῆναι. Εἴδομεν γὰρ τινας δικαίως κρατουμένους δι' εὐσπλαγχνίας ἐλευθερωθέντας ἀγαθοὺς μετὰ ταῦτα γενομένους, καὶ τῇ τιμωρίᾳ σωφρονισθέντας.

TIT. XI.

De eo qui post crimen adulterii intentatum, uxorem recipit.

IDEM.

QVi post crimen adulterii intentatum uxorem acceperit, destitisse videtur. Ideoque suscitare quæstionem ultra non poterit.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΑ.

Περὶ τοῦ κατηγορήσαντος γυναῖκά τινα ἐπὶ μοιχείᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα λαβόντος αὐτήν.

Ὁ μετὰ τὴν ἐνισταμένην κατηγορίαν περὶ μοιχείας γαμετὴν λαβὼν, ἀποστῆναι φαίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἀναγεῖραι τὴν τοιαύτην κατηγορίαν μετὰ ταῦτα οὐ δύναται.

TIT. XII.

Si quis petierit aliquem citari, & citatus in termino sibi dato comparuerit accusatore non comparente, condemnatur in sexta parte mobilium accusator.

IDEM.

ACcusatorum temeritatem antiquis legumlatoribus odiosam tanto magis non ipsi persequimur, quanto in nostra Republica ipsam magis invenimus abundare. Hac igitur constitutione sancimus, Vt si quis a Curia nostra, vel Justitiario regionis aliquem citari petierit, citatus tanquam obedientiæ filius, in peremptorio sibi dato, compareat accusatori suo legitime responsurus, accusatore in accusati dispendium & in delusionem Curiæ nostræ non comparente, accusatorem in sexta parte mobilium bonorum mulctari censemus, expensis nihilominus accusato sacramento suo, cum taxatione judicis declarandis, integre restitutis: quæ omnia per eum, qui reum ipsum coerceri mandaverit, perfectæ executioni mandentur. Abolitionem namque accusator, si volebat ab accusatione desistere, a nobis potuit impetrare, quam justa de causa petitam nostra Serenitas non negasset.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΒ.

Περὶ τȣ̃ κατηγορήσαντος ϗ ἐν τῷ δικαστηρίῳ μὴ ἐρχομένȣ.

ΤΗ'ν αὐθάδειαν τῶν κατηγορȣύντων τὴν παρὰ τῶν παλαιῶν νόμων μισȣμένην τοσȣ̃τον ἡμεῖς αὐτοὶ ἐκδιώκομεν, ὅσον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ μᾶλλον αὐτὴν εὑρίσκομεν πληθυνομένην. Ταύτῃ τοίνυν τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει θεσπίζομεν· ἐάν τις αἰτήσῃ παρὰ τῆς ἡμετέρας κόρτης ἢ τῶν δικαιωτῶν τῶν ἐπαρχιῶν ἀναζητηθῆναί τινα, ϗ ὁ ἀναζητηθεὶς ὡς τέκνον ὑπακοῆς, ἐν τῇ δοθείσῃ αὐτῷ διορίᾳ περαιπτορίᾳ, τῇ κόρτῃ παραςῇ, τῇ προτεθείσῃ κατηγορίᾳ ἕτοιμος ὢν ἀπολογήσασθαι, τȣ̃ κατηγορȣ̃ντος διὰ κόπον τȣ̃ κατηγορȣμένȣ καὶ χλευασμὸν τῆς κόρτης ȣ̓δαμȣ̃ς ἀναφαινομένȣ, τὸν κατηγορήσαντα ἐν τῷ τρίτῳ μέρει τῶν αὐτȣ̃ πραγμάτων τιμωρεῖσθαι θεσπίζομεν, ἀποδιδομένων παρ' αὐτȣ̃ ἀνελλιπῶς τῷ κατηγορηθέντι πασῶν τῶν ἐξόδων, ὅρκῳ τȣ̃ κατηγορηθέντος, μετὰ ταξατίωνος τȣ̃ δικαςȣ̃ πεφανερωμένας· ἅτινα πάντα παρὰ τȣ̃ ἀποςείλαντος περισφιγχθῆναι τὸν κατηγορηθέντα τελείως ἐκπληρώσθωσαν. Ο' γὰρ κατηγόρος εἴπερ ἤθελεν ἀπὸ τῆς κατηγορίας ἀποςῆναι, παρ' ἡμῶν ἠδύνατο τȣ̃το ἀνύσαι, ϗ τȣ̃το ἐκ δικαίας αἰτίας αἰτηθὲν ἡ ἡμετέρα γαληνιότης ȣ̓κ ἂν ἀπηρνήσατο.

TIT. XIII.

De accusatore post litem contestatam publice non comparente.

IDEM.

ACcusatorem, post litem super criminali accusatione in judicio contestatam, si in termino peremrorio sibi dato non venerit, accusationis solemnia impleturus, tertia parte bonorum mobi-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΓ.

Περὶ ποινῆς τῶν κατηγορȣ́ντων ϗ ἐν τῇ δευτέρᾳ διορίᾳ μὴ ἐρχομένων.

ΤΟ'ν κατηγορήσαντα μετὰ τὸ ἀρχθῆναι τὴν δίκην ἐν τῷ δικαςηρίῳ ἐπὶ τῇ ἐγκληματικῇ κατηγορίᾳ, ἐὰν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐτῷ διορίᾳ ȣ̓ παραγενήσεται ἐπὶ τὸ συςῆσαι τὰ παρ' αὐτȣ̃ προτεθέντα, ἐν τῷ τρίτῳ μέρει τῶν αὐτȣ̃

bilium decernimus esse mulctandum. Et si in edicto alio sibi denuo destinato inchoatam accusationem detrectaverit exequi, contumaciam contumaciæ aggregando, quia secundum veterum legum scita, destitisse videtur, in centum augustales condemnetur: quam pœnam loco quinque librarum auri, in quibus desistentes hactenus damnabantur, succedere debere censemus. Eadem mulcta fortius obtinente, si accusator [expressim] accusationi renunciaverit institutæ.

αὐτȣ̃ κινητῶν πραγμάτων τιμωρεῖσθαι θεσπίζομεν. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διορίᾳ τῇ δοθείσῃ αὐτῷ τὴν τῆς κατηγορίας σύστασιν παρεκτείνει, δι' ȣ̃ κοντȣματζίωνι προσεγγίζων κατὰ τὰς διατάξεις τῶν παλαιῶν νόμων, ἀποστῆναι τῆς κατηγορίας ὑπολαμβάνεται, ἑκατὸν αὐγȣστάλια δȣ̃ναι κατακρινέσθω. Ἥτις ποινὴ εἰς τόπον πέντε λιτρῶν χρυσȣ̃, αἷς οἱ ἀποστάντες τῷ παρελθόντι καιρῷ κατεδικάζοντο, διαδέχεσθαι ὁρίζομεν· τȣ́τȣ δὲ μᾶλλον ἰσχυροτέρως διακρατȣ̃ντος, εἴπερ ὁ κατηγορήσας τῇ ἐνισταμένῃ κατηγορίᾳ ἀποτάξηται.

TIT. XIV.

De pœna calumniæ contra calumniantes stabilita.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΔ.

Περὶ ποινῆς τῶν συκοφαντῶν.

IDEM.

PŒnam calumniæ contra calumniantes antiquis sanctionibus provide stabilitam, & de consuetudine quadam abolitam innovantes: Universis judicibus, ad quorum cognitionem criminales causæ spectare noscuntur, injungimus: Ut [ad accusandum, vel etiam defendendum accusatores, vel delatores aliquos non admittant, nisi primitus cingulum inscriptionis arripiant accusatores, vel etiam deferentes, quo se ad pœnam obligent per calumniam non probantes, quam exposcunt, accusatis, aut delatis infligi. Judices autem hujusmodi judiciis præsidentes] nulli omnino gratiæ, vel potentatui deferentes, accusatores, vel delatores, quos in evidenti calumnia deprehenderint, eadem pœna condemnent, quam accusatis imponi, si intentata probassent, objecti criminis qualitas requirebat: ita tamen, ut non ex hoc solo, quod accusantes in probatione defecerint, calumniantes ipsos esse præsumant: subesse namque potest causa probabilis, propter quam spe-

ΤΗ'ν ποινὴν τῆς συκοφαντίας τὴν τετυπωμένην ἐν τοῖς παλαιοῖς νόμοις κατὰ τῶν συκοφαντῶν, καὶ ἔκ τινος συνηθείας ἐξαλειφομένην ἀνακαινίζοντες, πᾶσι τοῖς δικασταῖς, ὧντινων τῇ διαγνώσει αἱ ἐγκληματικαὶ δίκαι ἀνήκȣσιν, ὁρίζομεν, ἵνα

μηδενὶ τὸ καθόλȣ διὰ χάριτα ἢ δυναστείας τιμὴν ἀπονέμοντες, τȣ̀ς κατηγορήσαντας ȣ̃ς ἐν φανερᾷ συκοφαντίᾳ κατακρατήσωσιν, ἐλευθερῶσαι μὴ τολμήσωσιν· ἀλλὰ τῇ ὁμοίᾳ ποινῇ τιμωρείτωσαν, ἣν τῷ κατηγορηθέντι ἔμελλον ἐπιθεῖναι, εἰ τὰ προτεθέντα περὶ τȣ̃ ἐγκλήματος ἐβεβαιώθησαν· ȣ̃τω μέντοι ἵνα μὴ ἐκ τȣ́τȣ μόνȣ τȣ̃ ἀποτυχεῖν τῆς βεβαιώσεως δηλονότι, τȣ̀ς κατηγορȣ̃ντας συκοφάντας εἶναι ὑπονοήσουσιν· δυνατὸν γὰρ ὑπεῖναί τινα δεδοκιμασμένην αἰτίαν,

ſperatas probationes inducere nequeat accuſator. Sed, ut dictum eſt, calumniam evidentem exigimus, ut accuſator temerarius arguatur. Quanto enim durius nocentes perſequimur, tanto libentius abſolvimus innocentes.

τίαν, δι' ἧς τὰς προητοιμασμένας βεβαιώσεις ὁ κατηγορῶν μὴ δυνηθῇ ἀγαγεῖν· ἀλλ' ὡς προείρηται, φανερὰν συκοφαντίαν ἀπαιτοῦμεν, ἵνα ὁ κατηγορῶν τολμηρὸς συκοφάντης ἀναδειχθῇ. Ὅσον γὰρ ἀπηνέστερον τοὺς τολμηροὺς καὶ κακοὺς ἀποδιώκομεν, τοσοῦτον εὐθυμέστερον τοὺς ἀνευθύνους ἐλευθεροῦμεν.

TIT. XV.

Accuſator & reus, ſi dolo vel fraude dato ſibi termino a Judicibus non comparuerint Curiæ, pœnam ſubſtineant.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΕ.

Περὶ τοῦ κατηγορήσαντος καὶ κατηγορουμένου, εἰ δολερῶς συναινέσουσιν.

IDEM.

SÆpe contingit accuſatorem cum accuſato colludere, ut non in totum ab accuſatione diſcedant, ſed ut terminum judicii prorogent ſine licentia Curiæ, neutro ad judicium veniente, quem terminum ante vel ipſi ſponte receperant, vel quem ipſis auctoritas judicialis indulſit. Nolentes igitur lites fieri aliquorum machinationibus immortales, ſtatuimus, utrunque accuſatorem & accuſatum pro æqualibus portionibus eandem pœnam in caſu præſcripto ſubire centum auguſtalium, ſcilicet noſtris utilitatibus applicandam, quam alter eorum ſubire deberet, ſi in ſtatuto ſibi termino proſecuturus accuſationem non veniſſet ad Curiam.

ΠΟλλάκις συμβαίνει τὸν κατηγορήσαντα μετὰ τοῦ κατηγορηθέντος δολερῶς συναινεῖν, ἵνα μὴ τὸ καθόλου τῆς κατηγορίας ἀποστῇ, ἀλλ' ἵνα τὴν διορίαν παρεκτείνουσι, χωρὶς ἀδείας τῆς κόρτης ἑνὸς μηδαμῶς πρὸς τὸ δικαστήριον παραγενομένου· ἥντινα διορίαν αὐτοὶ οἰκειοθελῶς ἐδέξαντο, ἢ ἡ τοῦ δικάζοντος ἐξουσία τούτοις παρεχώρησεν· μὴ θέλοντες τοίνυν τὰς δίκας τινῶν τέχναις καὶ ἀπάταις ἀθανάτους γίνεσθαι, ὁρίζομεν θάτερον τόντε κατηγορήσαντα καὶ τὸν κατηγορηθέντα ἐξ ἴσων μερῶν τὴν αὐτὴν ποινὴν ἐν τῷ προειρημένῳ θέματι ὑποστῆναι, τουτέστιν ἑκατὸν αὐγουστάλια προσφέρειν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, καθὼς ὁ καταδικασθεὶς ἐξ αὐτῶν ὑποστῆναι ἔμελλεν, ἐὰν ἐν τῇ τυπωμένῃ διορίᾳ πρὸς τὸ ἐπακολουθεῖν τῇ κατηγορίᾳ τῇ κόρτῃ οὐ παρεγένετο.

TIT. XVI.

Lite non conteſtata in criminali judicio, an poſſint actor & reus inter ſe componere, non dato termino aliquo vel retento.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Ις.

Περὶ τοῦ πότε χωρὶς ποινῆς ὁ κατηγορηθεὶς καὶ ὁ κατηγορῶν δύνανται συμβιβασθῆναι, πότε οὔ.

IDEM.

POſt citationem emiſſam, lite nondum in criminali judicio conteſtata, nec aliqua partium comparente, ſi accuſatus, & accuſator voluerint inter ſe com-

ΜΕτὰ τὴν ἀπεσταλμένην ἀναζήτησιν τῆς δίκης οὐδαμῶς ἐν τῷ ἐγκληματικῷ δικαστηρίῳ ἀρξαμένης, μήτε τινὸς τῶν μερῶν ἀναφαινομένων, μήτε τινὸς τιμήματος περὶ τούτου ἐπαγ-

componere, transigendi eis licentiam impartimur. Quod si aliquid ut ab accusatione desistat, accusator acceperit, quia sine licentia Curiæ hoc præsumpsit, duplum ejus, quod proinde eum accepisse constabit, [& absque diminutione aliqua Curiæ nostræ] solvat [: nisi forte pro æstimatione damni commissi accusatorem aliquid accepisse constiterit], cum damnum rei familiaris instituenda accusatio continebat. Quod si usque adeo sit processum, ut ex citatione facta partes in judicio sint præsentes, sine licentia & mandato Curiæ componendi partibus non concedimus potestatem: quod si factum fuerit, accusator x. augustales fisco nostro componat, post litem vero contestatam, si transigant aut componant, xxiv. augustales accusator, & accusatus, ærario nostro se noverint illaturos: causa nihilo minus suo ordine peragenda, si transactionem, aut compositionem eandem Curia non acceptat. Quæ omnia in illis criminibus locum habere censemus, quæ sanguinis pœnam imponunt, in quibus transactiones vel pactiones fieri vetera jura permittunt: aliis, quæ sanguinis pœnam non irrogant, excepta falsi accusatione, in suo robore duraturis.

TIT. XVII.

De jure Francorum in judiciis sublato.

IDEM.

SPeciale quoddam Francorum jus, imo, ut proprius loquamur, injuriam, quæ in judiciis tam civilibus, quam criminalibus hactenus obtinebat, de medio tollere cupientes, præsentis nostræ sanctionis programmate cunctis Regni nostri fidelibus volumus esse notum: Quod Nos, qui singulorum jura justitiæ libra pensamus, in judiciis aliquam di-

ἐπαγγελλομένου ἢ δεχομένου, ἐὰν ὁ κατηγορῶν καὶ ὁ κατηγορηθεὶς θελήσωσι συμβιβασθῆναι, δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν τοῦ διαλυθῆναι. Εἰ δὲ ὁ κατηγορῶν δέξηταί τι, ἵνα ἀποστῇ τῆς κατηγορίας, ἐπειδὴ χωρὶς ἀδείας τῆς κόρτης τοῦτο ἐθάῤῥησε ποιῆσαι, ἐν διπλῇ ποσότητι ἀποδώσῃ, ὅπερ τούτου χάριν ἀπέλαβεν· ἡνίκα ζημίαν Φαμιλιαρίου πράγματος ἡ ἐνισταμένη κατηγορία περιεῖχεν. Εἰ δὲ μέχρι τούτου προῆλθεν, ἵνα ἐκτιμήσεως γενομένης τὰ μέρη ἐν τῷ δικαστηρίῳ παραγενήσονται, ἄνευ ἀδείας τῆς κόρτης καὶ μανδάτου, διαλύεσθαι τότε τοῖς μέρεσιν οὐ δίδομεν ἄδειαν. Εἰ τὰναντίον γενήσεται, δέκα αὐγουστάλια τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀποδώσουσιν· μετὰ δὲ τὸ ἄρξασθαι τὴν δίκην εἰ διαλύσονται ἢ πακτεύσωσιν, εἴκοσι καὶ τέσσαρα αὐγουστάλια ὁ κατηγορῶν τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ ἀποδώσει, τῆς ὑποθέσεως οὐκ ἔλαττον τῇ οἰκείᾳ ἰσχύει μενούσης, εἰ τὴν αὐτὴν διάλυσιν ἢ σύμφωνον ἡ κόρτη οὐ παραδέξηται. Ἅτινα ἐν ἐκείνοις τοῖς ἐγκλήμασι τόπον ἔχειν ὁρίζομεν, ἃ ποινὴν αἵματος ἐπιφέρουσιν, ἐν οἷς διαλύσεις καὶ πάκτα γίνεσθαι τὰ παλαιὰ δίκαια παραχωροῦσιν· τῶν ἄλλων ἃ ποινὴν αἵματος οὐκ ἐπιφέρουσι, χωρὶς τῆς περὶ πλαστογραφίας κατηγορίας, ἐν τῇ οἰκείᾳ ἰσχύει μενόντων.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΖ.

Περὶ ἀκυρώσεως ποινῆς κοντουματζίωνος παρὰ τῶν Φραγγῶν τιθεμένης.

ΤΟ ἰδικὸν δίκαιον τῶν Φραγκῶν, ἢ μᾶλλον οἰκειότερον εἰπεῖν, ἄδικον, ὅπερ τῷ ὄπισθεν καιρῷ ἐν ταῖς χρηματικαῖς καὶ ἐγκληματικαῖς ἐκράτει, ἐκ μέσου ἀφελέσθαι σπουδάζοντες, τῷ προγράμματι τῆς παρούσης διατάξεως πᾶσι τοῖς πιστοῖς τοῦ ἡμετέρου κράτους δηλοποιοῦμεν, ὅτι ἡμεῖς οἵτινες τὰ δίκαια ἑνὸς ἑκάστου τῇ στατήλᾳ τοῦ δικαίου ταλαντεύομεν, οὐ βουλόμεθα ἐν τοῖς δικα-

discretionem haberi non volumus personarum, sed æqualitatem, sive sit Francus, sive Romanus, aut Longobardus, qui agit, seu qui convenitur, justitiam sibi volumus ministrari. Cavillationes & captiones antiquas jure Francorum, noscentias & momenta temporum, quæ inter Francos litigantes in judiciis hactenus servabantur, necnon quasdam alias subtiles observationes tam in civilibus, quam criminalibus causis submovemus. Pœnam etiam, per quam Francus ante litem contestatam contumax bonis mobilibus omnibus privabatur, in pœnam tertiæ partis mobilium nostra constitutione contentam, volumus esse transfusam. Illud nihilominus (quod acerbius reputamus) præsenti lege corrigimus, videlicet, quod Francus lite cum eo in pecuniaribus litibus vel in causis criminalibus contestata contumax, bonam vel malam causam habeat, ipsam amittat: hoc enim & ab omni justitiæ tramite discrepat, & omnis hoc ratio æquitatis abhorret; ut propter alicujus absentiam, quæ Dei debet repleri præsentia, [firma justitia,] vel in sui perpetuitate deficiat, vel in constantia varietur. Prædicto igitur tempore Francus contumax, non ut olim, causam amittat, sed juxta nuper editam nostri nominis sanctionem, vel possessionem, & vendicationem bonorum, aut perpetuæ possessionis jacturam, vel decisionem principalis causæ remedio appellationis excluso, secundum jus & justitiam patiatur.

T I T. XVIII.

De dilationibus, & exceptionibus in judicio præcedentibus breviandis.

IDEM.

Dilationes in judiciis hactenus observatas, quæ non tantum jura no-

δικαστηρίοις διάκρισίν τινα προσώπων λαμβάνεσθαι, ἀλλὰ δικαία σάθμη, εἴτε Φραγκὸς εἴη, εἴτε ῥωμαῖνος, εἴτε λογγιβάρδος, κἂν τε ἐνάγει, κἂν τε ἐνάγεται, τὸ δίκαιον αὐτοῖς ὑπουργεῖσθαι βουλόμεθα· τὰς παλαιὰς παρατηρήσεις καὶ πανουργίας τοῦ δικαίου τῶν Φραγκῶν, τὰς κουιντζάνας καὶ στιγμὰς καιρῶν, ἅτινα μεταξὺ τῶν Φραγκῶν δικαζομένων τῷ ὄπισθεν καιρῷ ἐφυλάττοντο, ἀρτίως δέ τινας ἄλλας παρατηρήσεις τοσοῦτον ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὅσον καὶ ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς ἀποδιώκομεν. Τὴν ποινὴν δὲ μᾶλλον, δι' ἣν ὁ Φράγκος πρὸ κατάρξεως τῆς δίκης κοντοῦμαξ γενόμενος, πάντων τῶν κινητῶν πραγμάτων ὑστερεῖτω, εἰς ποινὴν τοῦ τρίτου μέρους τῶν κινητῶν πραγμάτων, τὴν περιεχομένην τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει, θέλομεν μεταφέρεσθαι. Ἐκεῖνο δὲ, ὅπερ ἀπηνέστερον εἶναι κρίνομεν, τῇ παρέσῃ διατάξει διορθοῦμεν· τουτέστιν ὅτι ὁ Φράγκος τῆς δίκης μετ' αὐτοῦ ἀρξαμένης ἔν τε χρηματικαῖς καὶ ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσι κοντοῦμαξ γενόμενος, εἴτε καλὴν εἴτε κακὴν ὑπόθεσιν εἶχεν, ἐνικᾶτο· τοῦτο γὰρ ἐκ πάσης ὁδοῦ δικαιοσύνης ἀποκεχώρισται, καὶ παντὸς δικαίου ἰσότητα μισεῖ· ἵνα διὰ τήν τινος ἀπουσίαν, ἥτις τῇ τοῦ Θεοῦ παρουσίᾳ μέλλει ἀναπληροῦσθαι, ἐν τῇ αὐτοῦ ἀειδιότητι ἐκλείψειεν, ἢ ἐν τῇ αὐτοῦ ἑδραιότητι ἀλλοίωσις γένηται. Ὁ γενόμενος τοίνυν κοντοῦμαξ, μὴ ὡς τῷ προρηθέντι καιρῷ ἐκπιπτέτω τῆς δίκης, ἀλλὰ κατὰ τὴν νέαν διάταξιν τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος, ἢ νομὴν ἢ διεκδίκησιν πραγμάτων, ἢ βλάβην διηνεκοῦς νομῆς, ἢ ἀπόφασιν τῆς πριγκιπαλίας ὑποθέσεως ἄνευ βοηθείας ἐκκλήτου κατὰ τὸ δίκαιον ὑποστήτω.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΙΗ.

Περὶ τοῦ ἐν ποίᾳ ποσότητι λίβελλος οὐκ ὀφείλει δοθῆναι.

Τὰς ὑποθέσεις τὰς παραφυλαττομένας τῷ ὄπισθεν καιρῷ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, αἰτι-

nostrorum fidelium differebant, verum etiam perimebant, præcidere disponentes: Præcipimus, utraque parte præsente, quocunque jure agatur, sive etiam quis criminaliter privato, aut publico judicio accusetur: statim oblato libello, (quem in judiciis omnibus offerri volumus, prout actionis qualitas, vel accusationis forma deposcit, nisi causa valde sit modica, infra duos augustales scilicet, quæ ipsum non desiderat offerendum) ad litis contestationem, (quæ in principalibus personis per negationem, vel confessionem; in procuratoribus & defensoribus aliorum per ignorantiæ verbum fieri potest,) sequi debere: ut tamen in causis civilibus, quæ coram Bajulis, vel locorum dominis aguntur, [pridie antea] futurus reus citari debeat, & in ipsa citatione contineatur expressim, a quo, & de qua re, & de quo etiam impetitionis genere impetatur: nisi dilatoria competens exceptio opponatur, deliberatoriis tamen judiciis omnino sublatis, sed in continenti guadiis datis in civilibus judiciis, ut est juris, & fidejussoribus post triduum præstitis: nisi conventus possessor rerum immobilium inveniatur, quo casu fidejussoriam cautionem judicio sisti cessare debere censemus, in ipso loco judicii cum amicis, & advocatis suis super principali causa conventus, deliberet responsurus. [Mobilium etiam rerum possessor, si fidejussores dare nequiverit, cautioni juratoriæ committatur: nisi pauper aliquis aut gyrovagus, injuriarum aut de quolibet alio maleficio, cujus cognitio spectat ad Bajulum, impetitus fidejussores dare nequiverit, qui usque ad finem litis per Bajulum carceris custodiæ mancipetur]. 40

αἵτινες ἐ μόνον τὰ δίκαια τῶν ἡμετέρων πιστῶν παρέκτεινον, ἀλλὰ μᾶλλον διέκοπτον, ἀναιρέσθαι σπεδάζοντες, ὁρίζομεν, ἑκατέρε μέρες παρόντος, ὁποίῳ δ' ἂν δικαίῳ ἐναχθῇ τις, εἴτε χρηματικῶς εἴτε ἐγκληματικῶς, δικαστηρίῳ κατηγορηθῇ, εὐθὺς μετὰ τὸ δοθῆναι τὸν λίβελλον ὃν ἐν ἅπασι τοῖς δικαστηρίοις δοθῆναι θέλομεν, καθὼς ἡ τῆς κατηγορίας ποιότης καὶ ὁ τύπος τῆς ἀγωγῆς βέ- 10 λεται αὐτὸν δοθῆναι, εἰ μὴ ἴσως ἡ ὑπόθεσις πάνυ μικροτάτη ᾖ, μέχρι δύο αὐγεσάλια, προκάταρξιν τῆς δίκης, ἥτις ἐν τοῖς πριγκιπαλίοις προσώποις γίνεται δι' ἀρνήσεως ἢ ὁμολογήσεως, ἐν τοῖς προκερράτωρσι καὶ δεφένσωρσι ἄλλων προσώπων διὰ ῥήματος ἀγνοίας γενέσθαι δύναται, ἐπακολεθεῖν ὀφείλειν. Ἵνα ὅμως ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσιν, αἵτινες ἐνώπιον τῶν πρακτόρων κινεῦνται καὶ τῶν δεσποτῶν, ὁ ἐναγόμενος 20 ἐπὶ τὸ ποιῆσαι δίκαιον ἀναζητηθῇ, καὶ ἐν τῇ ἀναζητήσει ἰδικῶς περιεχέσθω, παρὰ τινος καὶ περὶ τινος πράγματος, καὶ ποίῳ γένει ἀπαιτήσεως ἐνάγεται· εἰ μὴ ἁρμοδίος δηλατωρία παραγραφὴ ἀντιτεθῇ, τῶν ἐπὶ τὸ βελεύεσθαι παρεκτάσεων καθόλε ἀποκινεμένων, καὶ παρευθὺς διδομένης ἀσφαλείας μετὰ δόσεως ἐγγυητῶν, ὡς τὸ δίκαιον ἀπαιτεῖ, ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀπολογηθῆναι· εἰ μὴ ὁ ἐνα- 30 γόμενος ἀκινήτων πραγμάτων εὑρεθῇ νομεύς· ᾧ τινι θέματι ἀσφάλειαν ἐγγυητῶν τε παραγενέσθαι τὸν ἐναγόμενον ἐν τῷ δικαστηρίῳ παύεσθαι θέλομεν· ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ τε δικαστηρίε μετὰ τῶν αὐτε φίλων καὶ συνηγόρων ἐπὶ τῇ πριγκιπαλίᾳ ὑποθέσει ὁ ἐναγόμενος ἐλευθέρως ἀπολογήσεται.

TIT. XIX.

TIT. XIX.

De exceptionibus, & dilationibus proponendis in judicio.

IDEM.

EXceptiones dilatorias, prout communis juris regulis est introductum, in ipso judicii exordio proponendas infra triduum a die oblati libelli, vel in civili, vel in criminali judicio objici posse censemus: in quibus si de eis in continenti constare non possit, sed dilationem requirat is, qui eas objicit, sacramento prius, si hoc judex decreverit, praestito, quod non [tantum] causa differendi [, vel frustrandi] judicii, ipsas conventus opponat: sed quod eas ad levamen causae suae se probare posse confidit. Ad probandum eidem octo dierum terminus concedatur, nisi reus in longinquis probationes se habere juraverit: quo quidem casu consideratis locorum distantiis, causarum qualitatibus & conditionibus personarum, terminus longior debebit, & poterit indulgeri. Et si in eorum probatione reus defecerit, in omnes expensas sacramento actoris, cum taxatione judicis declarandas, ab eo occasione praedictae dilationis factas, ipsum decernimus condemnari.

In Codice Graeco

ΚΕΦΑΛΗ ιθ

Περὶ δηλατωρίων παραγραφῶν.

ΤΑ'ς δηλατωρίας παραγραφὰς, καθὼς τῷ κανόνι τοῦ δικαίου περιέχεται, ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ τοῦ δικαστηρίου προτίθεσθαι θέλομεν ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ λίβελλος ἐδόθη, ἔντε χρηματικαῖς καὶ ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσιν, ἐν αἷς εἰ παρ' εὐθὺς βεβαιωθῆναι μὴ δυνηθῶσιν, ἀλλὰ διορίαν ἐπιζητήσωσιν, ὁ ταύτας προβαλὼν ὀμόσει πρότερον, εἰ τοῦτο ὁ δικαστὴς ἀποφήνειεν, ὅτι οὐ διὰ τὸ παρεκτεῖναι τὴν ὑπόθεσιν τὸ δικαστήριον ταύτας προέτεινεν, ἀλλ' ὅτι πρὸς ὠφέλειαν τῆς αὐτοῦ ὑποθέσεως θαῤῥεῖ ταύτας βεβαιῶσαι· καὶ οὕτω βραχυτάτη διορία πρὸς τὸ βεβαιῶσαι αὐτῷ δοθήτω, κατανοηθέντων τῶν διαστημάτων τῶν τόπων καὶ τῶν ποιοτήτων τῶν ὑποθέσεων, καὶ τῶν αἱρέσεων τῶν προσώπων· καὶ εἴπερ ὁ ἐναγόμενος βεβαιῶσαι μὴ δυνηθῇ, ἐν πάσαις ταῖς ἐξόδοις ταῖς πεφανερωμέναις ὅρκῳ τοῦ ἄκτορος, μετὰ ταξατίωνος τοῦ δικαστοῦ ταῖς γενομέναις, χάριν τῆς προτιθεμένης δηλατζίωνος, αὐτὸν τιμωρεῖσθαι ἀποφαίνομεν.

TIT. XX.

De exceptione hostici ponenda.

IDEM.

HOstici exceptionem, quam in judiciis nostris frequenter audivimus, determinare volentes, Statuimus, si quando submonitus ad exercitum citatus extiterit, exceptionem praedictam per se, vel per alium coram eo, qui ipsum citavit, opponat: qua opposita & probata, quindecim

In Codice Graeco

ΚΕΦΑΛΗ Κ.

Περὶ τῆς ἐν στρατείᾳ παραγραφῆς.

ΤΗ'ν τῆς στρατείας παραγραφὴν ἥντινα ἐν τοῖς ἡμετέροις δικαστηρίοις πολλάκις ἠκούσαμεν διορίσαι βουλόμενοι, ὁρίζομεν, ἡνίκα ὁ παροτρυνόμενος ἀπελθεῖν πρὸς στρατείαν ἀναζητηθῇ πρὸς τὸ ποιῆσαι δίκαιον, τὴν προῤῥηθεῖσαν παραγραφὴν δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἄλλου ἐνώπιον ἐκείνου, ὅστις αὐτὸν ἀνεζήτησεν,

decim diebus antequam iter arripiet, & quindecim postquam reversus fuerit, immunitatem responsionis habebit; ita quod nulli per se, vel per procuratorem, quem teneatur relinquere, respondere cogatur: quod inviolabiliter obtinere censemus, etiam cum litis contestatione secuta submonitione facta reum reipublicæ causa prædicto modo abesse debere contingit. Si tamen ambæ partes, actor scilicet & reus, in exercitu inveniantur, exceptionem hostici alter alteri non opponat; dum tamen is, qui voluerit alterum in exercitu convenire, munitus sit in exercitu competentibus equis, & armis, & aliis omnibus opportunis, & necessariis, quæ opportunitas & necessitas more exercitali inducunt. Illo etiam non omisso, ut, si conventus in exercitu per se, & suis expensis militat, is, qui eum impetit, ut adversarium possit hostici exceptione privare, eodem modo & suis expensis militare debebit; ne alterius tædio, sub cujus expensis & necessariis fuerit in exercitu sustentatus, eum, qui cum expensis suis nobis laudabiliter servit, impugnet: quæ omnia per Marescalcum nostrum, vel per alium, qui exercitui de mandato nostro pro tempore præerit, cui omnes, qui ad exercitum venerint, absque discretione aliqua volumus præsentari, probari debebunt. Tamen si eorum amborum conditio sit æqualis, ut ambo, scilicet alienis expensis in exercitu commorentur, alter alteri tenebitur respondere: ut tamen occasione tam inchoati, quam inchoandi litigii, etiam si peremptorium fuerit emissum, a servitio speciali, quod ei per nos, vel per præfatum Marescalcum nostrum in exercitu fuerit injunctum, is qui citatus est, nullatenus avocetur. Bannitos & forbannitos etiam secure in exercitu, & absque alicujus offensione volumus commorari; adeo etiam, ut dum

τησεν, ἀνατιθέσθω· ταύτης ἀντιθεμένης καὶ βεβαιωθείσης, πέντε καὶ δέκα ἡμέρας πρὸ τȣ̃ ἀπελθεῖν, καὶ πέντε καὶ δέκα μετὰ τὸ ἐπανελθεῖν, ἕξει ἀφοβίαν τȣ̃ μὴ ἀπολογηθῆναι· ὅτως ὥςε μηδενὶ προσώπῳ δι' ἑαυτȣ̃ ἢ δι' ἄλλȣ προκȣράτωρος ἀπολογηθῆναι περισφιγχθήσεται· ὅπερ ἀμεταθέτως τηρηθῆναι βȣλόμεθα, ἡνίκα μετὰ προκάταρξιν τῆς δικῆς, γενομένης ἀναζητήσεως συμβῆ ἀπεῖναι τινὰ κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον αἰτίᾳ δημοσίου πράγματος. Εἰ δὲ ἀμφότερα τὰ μέρη ἤγουν ὁ ἄκτωρ καὶ ὁ ῥέος ἐν τῇ ςρατείᾳ εὑρεθήσονται, τὴν τῆς ςρατείας παραγραφὴν θάτερος τῷ ἑτέρῳ ȣ̓ μὴ ἀντιθήσῃ. Ἡνίκα ὅμως ὁ βȣλόμενος κατὰ τȣ̃ ἑτέρȣ ἐν τῇ ςρατείᾳ ἐνάγειν ὀχυρωμένος εἴη ἁρμοζόντως ἵπποις τε καὶ ὅπλοις καὶ ἄλλοις ἀναγκαίοις ἐν τῇ τοιαύτῃ ςρατείᾳ· κᾀκεῖνο ȣ̓ βȣλόμεθα παραληφθῆναι, ὅτι, εἰ ὁ ἐναγόμενος ἐν τῇ ςρατείᾳ δι' ἑαυτȣ̃ ϗ οἰκείοις ἐξόδοις ςρατεύει, ὁ κατ' αὐτȣ̃ ἐνάγων ὁμοίως ὀφείλει οἰκείαις ἐξόδοις ςρατεύεσθαι, μὴ ὁ διοικȣ́μενος ἐξόδοις ἑτέρου τινὸς ἐν τῇ ςρατείᾳ διασεῖσαι τολμάτω τὸν δȣλεύοντα ἡμῖν ἐπαινετῶς ἐν οἰκείοις ἐξόδοις. Ἅτινα πάντα ὁ ἡμέτερος πρωτοςράτωρ, ἢ ὅςις κατὰ τὸν καιρὸν δι' ἡμετέρȣ προςάγματος τυπωθήσεται, ᾧτινι θέλομεν ἅπαντας παρίςασθαι τοὺς ἐρχομένους πρὸς τὴν στρατείαν χωρὶς προσωποληψίας τινὸς, ἐξετάσει. Εἰ δὲ ἡ αἵρεσις τῶν ἀμφοτέρων ὁμοία εἴη, ἵνα ἀμφότεροι δι' οἰκείων ἐξόδων τῇ ςρατείᾳ προσκαρτερȣ̃σιν, ὁ εἷς τῷ ἑτέρῳ ἀπολογήσεται· οὕτω μέντοι ἵνα χάριν τȣ̃ ἀρχθέντος δικαςηρίου ἢ τȣ̃ ἀρχθησομένȣ, εἰ περαιπτωρίαν διορίαν δέξηται, ἀπὸ τῆς βασιλικῆς δουλείας, ἥτις αὐτῷ δι' ἡμῶν ἢ διὰ τοῦ προὔχοντος τῆς ςρατείας ἐπιτεθῇ, ὁ μέλλων ἀναζητηθῆναι μηδαμῶς ἀπολείψῃ. Τȣ̀ς ἐκκηρύκτους δὲ καὶ ἀποκηρύκτους ἀφόβως διάγειν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ στρατείᾳ ὁρίζομεν· καὶ ὅτως ἀφόβως ἵνα μεχρισότου ἐν τῇ ςρατείᾳ παραμένȣσιν, ἐχέτωσαν κοινὸν δίκαιον μετὰ τῶν

dum in exercitu ſint, privilegium habeant commune cum ceteris, quod a nemine valeant conveniri. Banniti tantummodo, non forjudicati ab accuſatoribus ſuis, & his, qui eodem modo muniti equis, & armis ſcilicet in exercitu fuerint, infra annum, juxta pridem a nobis ſtatutum modum, poterunt conveniri. In forjudicatis autem idcirco hoc non concedimus: quia cum ipſis nulla ſit reſervata defenſio, non eſſet aliud eos conveniri permittere, quam ſuſpendi mandare. Salvis per omnia his, quæ in exercitu contrahuntur, aut committuntur, ad quæ præſentem non extendimus ſanctionem, ſed ea juxta exercitalem ritum volumus terminari.

τῶν ἄλλων τῦ μὴ ἐναχθῆναι παρά τινος· οἱ ἐκκήρυκτοι δὲ μόνον, ῦ μὴν δὲ ἀποκήρυκτοι περὶ κατηγοριῶν, καὶ οἵτινες εἰσὶν ὀχυρωμένοι ἵπποις τε καὶ ὅπλοις, ἐν τῇ στρατείᾳ ἐντὸς ἐνιαυτῦ κατὰ τὸν προρηθέντα παρ' ἡμῖν τύπον, δυνήσονται ἐναχθῆναι. Ἐν δὲ τοῖς ἀποκηρύκτοις διὰ τῦτο ῦ παραχωρῦμεν τῦτο, ἐπειδὴ οὐδεμία ἔστιν αὐτοῖς τετηρημένη δεφενσίων, οὐδὲν ἄλλο εἶεν ἐν τῷ παραχωρήσαντι ἐναχθῆναι τούτυς, ἢ ὁρίσασθαι κρεμασθῆναι· ἐξῃρημένων ἐκείνων τῶν ἐν τῇ ςρατείᾳ πλημμεληθέντων· πρὸς ἅτινα τὴν παρῦσαν διάταξιν ῦκ ἐπεκτείνομεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ σύνηθες ἐξετασθῆναι βυλόμεθα.

TIT. XXI.

De litis conteſtatione in criminali, vel in civili ab adverſario proſequenda.

IDEM.

SI civiliter agens ab adverſario criminaliter accuſetur, vel criminaliter accuſans ab adverſario ſimiliter de majori crimine impetatur, non ut olim litis conteſtationem, vel proceſſum judicii volumus impediri, ſed abſque præjudicio aliquo, in utraque cauſa ſimiliter procedendum eſſe cenſemus, etiamſi crimen majeſtatis fuerit objectum: & in utroque judicio ſecundum quod juris eſt, & cauſarum qualitas exegerit, procedatur. Evidens enim videtur eſſe accuſantis nequitia, & fruſtratio manifeſta, quod non prius adverſarium ſuum voluerit accuſare, vel de majori crimine convenire, nec etiam crimen, quod majeſtatem noſtram læſerit, zelo fidelitatis accenſus proponere voluerit, quam eſſet ab eo qui jura, vel injuriam ſuam proſequitur, in judicio laceſſitus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΑ.

Περὶ τῦ χρηματικῶς ἐνάγοντος ἢ ἐγκληματικῶς κατηγορυμένυ.

ἘΑν ὁ ἐνάγων χρηματικῶς, παρὰ τοῦ ἀντιδίκου ἐγκληματικῶς κατηγορηθῇ, ἢ ἐγκληματικῶς κατηγορῶν, παρὰ τῦ ἀντιδίκυ ὁμοίως ὑπὲρ τῦ μειζοτέρυ ἐγκλήματος ὀχληθῇ· ῦ θέλομεν ὡς τὸ πρότερον ἐμποδίζεσθαι τὴν τῆς δίκης προκάταρξιν, ἢ τὸν δρόμον τῆς ὑποθέσεως, ἀλλ' ἄνευ προκρίματος ἐν ἑκατέρᾳ ὑποθέσει ὁμοίως πορεύεσθαι ὁρίζομεν, εἰ μή πως ἔγκλημα τυραννίδος ἀντεπεναχθῇ· καὶ ἐν ἑκατέρῳ δικαςηρίῳ κατὰ τὸ δίκαιον καὶ καθὼς ἡ ποιότης τῶν ὑποθέσεων ἀπαιτήσει, δραμητέον εἶναι. Φανερὰ γὰρ κακία φαίνεται τῦ κατηγορηθέντος, καὶ προφανὴς ματαιολογία, ὅςις ῦκ ἠθέλησεν πρότερον κατηγορῆσαι τὸν αὐτῦ ἀντίδικον περὶ μειζοτέρυ ἐγκλήματος, μήτε περὶ τυραννίδος τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ζήλῳ πίςεως ἀναζοπυρῦμενος τῦτον κατηγορῆσαι ἠθέλησεν. Ἐξυδενωθήσεται γὰρ τὸ δίκαιον τῦ τὰ οἰκεῖα δίκαια ἢ οἰκείαν

Ea-

Eadem censura servanda in quibuslibet præjudicialibus aliis, etiamsi tales sint, ex quibus probatis nullum retro judicium redderetur: dummodo peritorum juris varietate decisa super principali causa tantummodo definitiva condemnationis, vel absolutionis sententia proferatur.

In emergentibus tamen quæstionibus, veluti super incompetentia judicis allegata, aut super dilationibus dandis, vel super personis testium, qui interdum a dicendo testimonio repelluntur, & similibus quæstionibus terminandis, in quibus communis juris altercatio conquievit, præsenti lege nihil volumus innovare.

TIT. XXII.

De accusato coram Justitiario.

IDEM.

Contingit interdum aliquem de crimine capitali coram regionum Justitiario accusatum, pendente causa ipsa, per Magistrum Justitiarium Magnæ Curiæ nostræ citari de pari crimine, vel minori, aut etiam de quæstione civili, castrorum vel aliorum feudalium, quorum cognitio specialiter ad Curiam nostram spectat, sicque prærogativa majoris auditorii, causa, quæ aliquando coram Justitiario usque ad calculum definitivæ sententiæ jam devenerat, necessario prorogatur; nec innocens absolvendus detegitur, nec puniendus debita pœna damnatur. Sancimus itaque priorem causam coram Justitiario motam terminari debere; quæ omnia, scilicet qualitas & in quantum sit in quæstione processum, per litteras Justitiarii Magistro Justitiario pateant. Ac tunc demum si hoc eventus prioris judicii patiatur, puta, quod ex

κείαν ὕβριν διεκδικοῦντος· ὁ αὐτὸς δὲ τύπος τηρηθήσεται ἐν πάσαις ἄλλαις προκριματικαῖς ὑποθέσεσι, καὶ μᾶλλον εἰ τοιαῦτα εἶεν προτεθέντα, ἅτινα βεβαιωθέντα, οὐ βλαβήσεται τὸ προτεθὲν δικαστήριον· μόνον μέντοι διὰ τὴν ἑκατέραν διαφορὰν τοῦ δικαίου ἐπὶ τῇ πριγκιπαλίᾳ ὑποθέσει δοθήτω ἡ ἀπόφασις κατακρίσεως ἢ ἀπολύσεως. Ἐπὶ δὲ τῶν συμβαινουσῶν ὑποθέσεων τοῦ ἀναρμόστου δικαστοῦ δηλονότι, ἢ ὑπὲρ τοῦ δοῦναι ὑπερθέσεις, ἢ κατὰ τῶν λόγων τῶν μαρτύρων, οἵτινες πολλάκις ἀποδιώκονται μαρτυροῦντες, καὶ ἐν ὁμοίαις ὑποθέσεσι, πρότερον ἀναζητηθῆναι ὀφείλουσιν, ἐν οἷς δὲ ἡ τοῦ κοινοῦ δικαίου ζήτησις ἔπαυσε, τῷ παρόντι νόμῳ οὐδὲν ἀνακαινίσαι θέλομεν.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΒ.

Περὶ τοῦ κατηγορηθέντος ἐνώπιον τοῦ δικαιώτου, καὶ παρὰ τοῦ μαΐστορος δικαιώτου ἀναζητουμένου.

Συμβαίνει πολλάκις τινὰ περὶ κεφαλικοῦ ἐγκλήματος κατηγορηθέντα ἐνώπιον τῶν τῶν ἐπαρχιῶν δικαιωτῶν, τῆς ὑποθέσεως καὶ μὴν ἐν ἀμφιβόλῳ οὔσης, διὰ τοῦ μαΐστορος δικαιώτου τῆς ἡμετέρας κόρτης ἀναζητηθῆναι περὶ ἴσου ἢ μειζοτέρου ἐγκλήματος, ἢ περὶ χρηματικῆς ὑποθέσεως, κάστρων δηλονότι, ἢ φίων, ὧν ἡ διάγνωσις ἰδικῶς τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀνήκει· καὶ οὕτω τῷ προνομίῳ τοῦ μειζοτέρου ἡ ἐξετασθεῖσα ἐνώπιον τοῦ δικαιώτου ὑπόθεσις καὶ καταντήσασα μέχρι τελείας ἀποφάσεως, ἐξ ἀνάγκης παρεκτείνεται· μηδὲ τὸ ἀνεύθυνον τὸν ἀπολυθησόμενον ἐφανέρωσεν, μήτε ὁ τιμωρηθησόμενος ὀφειλομένῃ ποινῇ καταδικάζεται. Θεσπίζομεν τοίνυν τὴν προτέραν ὑπόθεσιν τὴν ἀρχθεῖσαν ἐνώπιον τοῦ δικαιώτου ὀφείλειν περαιωθῆναι, καὶ διὰ γραμμάτων τοῦ δικαιώτου δηλωθῆναι τῷ μαΐστορι δικαιώτῃ τὴν τῆς ὑποθέσεως ποιότητα καὶ ὅσον ἐν αὐτῇ προῆλθεν. Καὶ τότε, εἴπερ τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ προ-

ex priori sententia non sit mortuus accusatus, (quo casu jam pœnam aliam sufferre non potest,) citatus ad Curiam nostram venire debebit. Ceterum si de majori crimine per Magistrum Justitiarium citabitur accusatus, privilegio majoris auditorii [cum majoritate judicii concurrente], nisi coram priori judice usque ad definitivam sententiam sit perventum, citatus, si contumax videri noluerit, coram Magistro Justitiario se præsentet.

In omnibus[superioribus] crimina læsæ majestatis excipimus, de quibus convicti, & damnati vitam cum bonis amittant, in quibus, quovis alio capitali crimine coram Justitiario accusati, citati per superiorem judicem ad evitandum contumaciæ pœnam, sui copiam facere non detractent.

προτέρου δικαστηρίου παραχωρήσεις παρὰ μικρὸν, εἰ ἐκ τῆς προτέρας ἀποφάσεως ὁ κατηγορούμενος οὐκ ἐτελεύτησεν· ᾧ θέματι ἄλλην ποινὴν ὑποστῆναι οὐ δύναται, πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην ὀφείλει παραγενέσθαι. Εἰ δὲ περὶ μειζοτέρου ἐγκλήματος παρὰ τοῦ μαΐστορος δικαιώτου αναζητηθῇ ὁ κατηγορούμενος, τῷ προνομίῳ τοῦ μειζοτέρου δικαστηρίου, εἰ μὴ ἐνώπιον τοῦ προτέρου δικάστου μέχρι τελείας 10 ἀποφάσεως ἡ ὑπόθεσις προῆλθεν, εἰ μὴ κοντούμαξ ὀφθῆναι θελήσει, ἐνώπιον τοῦ μαΐστορος δικαιώτου ἑαυτὸν παραστήσῃ, ἐξῃρημένων ἐν ἅπασι τῶν περὶ καθωσιώσεως ἐγκλημάτων, δι' ὧν οἱ καταδικασθέντες τὴν ζωὴν καὶ τὰ πράγματα ἀποβάλλουσιν· ἐν οἷς, οἱῳδήτινι ἄλλῳ κεφαλικῷ ἐγκλήματι ἐνώπιον τῶν δικαιωτῶν οἱ κατηγορηθέντες, παρὰ τοῦ μειζοτέρου δικαστοῦ ἀναζητηθέντες, πρὸς τὸ ἐγκλῖναι τὴν ποινὴν τῆς κοντουματζίωνος ἑαυ20τοὺς παραστῆσαι οὐκ ὀφείλουσιν.

T I T. XXIII.

De lite contestata non retardanda exceptionis objectu.

IDEM.

EXceptione filiationis, generis, sive gentis, & quod heres non sit, qui actionem, vel accusationem intendit tam in civilibus, quam in criminalibus causis, contestationem litis continuo faciendam nolumus retardari: sed eis propositis, in causa principali nihilominus procedatur, eo quod ipsas opponit ad probationem: admissio cujus probationis, eventus judicii qualiter in causa procedere debeat, demonstrabit.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΓ.

Περὶ παραγραφῆς υἱότητος.

ΔΙὰ τὴν τῆς υἱότητος παραγραφὴν γένους ἢ γενεαλογίας, καὶ ὅτι κληρονόμος οὐκ 30 ἐστὶν ὁ κατηγορίαν ἢ ἀγωγὴν ἐνστησάμενος, τοσοῦτον ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὅσον καὶ ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσι, προκάταρξιν τῆς δίκης παρ' εὐθὺς γενησομένην, οὐδαμῶς θέλομεν παρεκτείνεσθαι· ἀλλὰ τούτων προτιθεμένων οὐκ ἔλαττον τὴν πριγκιπαλίαν ὑπόθεσιν ἐξετασθῆναι βουλόμεθα, τοῦ προτιθεμένου ταύτας πρὸς βεβαίωσιν δεχομένου· τὸ ἀποτέλεσμα δὲ τῆς βεβαιώσεως καὶ πῶς δεῖ ἐν αὐτῇ τῇ ὑποθέσει δραμεῖν, ὁ δικάζων ἀποδείξειεν.

TIT. XXIV. In

TIT. XXIV.

De proceſſu judicii.

IDEM.

Lite legitime conteſtata [ſacramentum de calumnia volumus ab utraque parte præſtari juxta divales veterum principum ſanctiones: quo irremiſſibiliter ſubſecuto, principalis] actoris, aut accuſatoris perſona ſimul omnia, quæ ad probationem, ſeu adminiculum ſuæ probationis faciunt, per ſe vel per advocatum ſuum offerat, aut eodem die vel ſequenti ad plus proponat in ſcriptis: ulterius autem de communi jure nullatenus audietur; niſi perſonæ minoris, aut mulieris privilegium, vel cauſa alia ſuperveniens allegetur. Reus ſimiliter principaliter conventus, aut accuſatus defenſiones omnes ſibi de facto competentes in judicio proponere ſtudeat ſimul & ſemel, aut in ſcriptis per ſe, vel per advocatum ſuum in prædicto ſpatio [Curiæ] dare procuret; eundemque terminum ad oblata probanda recipiant ambæ partes. Quod ſi per procuratores, aut defenſores [in iis, in quibus intervenire poſſunt,] cauſæ agantur, ea jura procurator alleget, aut defenſor illas defenſiones opponat, quæ principali parti competere non ignorat. Ceterum ſi ignorantiam forte prætendat, jura ſua principalis partis conſcientiæ poterit reſervare: ut tamen infra prædictum terminum, quem ambæ partes ad probandum acceperint [, procurator tam ea, quæ primo oppoſuit, probet, quam ea, quæ per dominum poſtea ad ipſius ſcientiam pervenerunt]. Terminum autem ad probandum [in omnibus ſupradictis, & aliis, quæ judiciorum natura requirit], quantum ſine cauſæ periculo, & rerum diſpendio fieri poteſt, per judices, qui cognitionibus

In Codiçe Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΑ.

Περὶ τοῦ προβάλλειν τὰς οἰκείας δικαιολογίας τὸν ἄκτωρα καὶ τὸν ῥέον εἴσω τριῶν ἡμερῶν.

ΤΗ͂ς δίκης νομίμως δεξαμένης

τὸ πρόσωπον τοῦ ἐνάγοντος καὶ τοῦ ἐναγομένου ὁμοῦ πάντα τὰ πρὸς σύστασιν καὶ βεβαίωσιν τῆς αὐτοῦ ὑποθέσεως ποιοῦντα, δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ τοῦ ἰδίου συνηγόρου προφερέτω, ἢ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἢ ἐν τῇ ἐρχομένῃ τὸ πλεῖον προτιθέσθω ἐγγράφως· μετὰ ταῦτα δὲ κοινῷ δικαίῳ οὐδαμῶς ἀκουσθήσεται, εἰ μὴ ἴσως ἀντιτεθῇ προνόμιον ἐλάττονος ἢ γυναικός, ἢ ἄλλη ἐπερχομένη εὔλογος αἰτία. Ὁ ῥέος δὲ ἐναγόμενος ἢ κατηγορούμενος ἁπάσας τὰς αὐτοῦ δικαιολογίας ἢ δεφενσίονας αὐτῷ περὶ φάκτου ἀνηκούσας, τῷ δικαστηρίῳ σπουδαζέσθω προτιθέναι ὁμοῦ καὶ ἅπαξ, ἢ ἐγγράφως αὐτὰς διδόναι δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ τοῦ ἰδίου συνηγόρου, ἔσωθεν τῆς προειρημένης διορίας· καὶ τὴν αὐτὴν διορίαν πρὸς τὸ βεβαιῶσαι τὰ προτεθέντα, τὰ ἀμφότερα μέρη δεχέσθωσαν. Εἰ δὲ διὰ προκουράτωρος ἢ ἐντόλεως αἱ ὑποθέσεις ἐξετάζονται, ἐκεῖνα τὰ δίκαια ὁ προκουράτωρ προβαλλέτω, ἢ ὁ δεφένσωρ τὰς δεφενσίονας, ἃς οὐκ ἀγνοεῖ μὴ ἀνήκειν τῷ πριγκιπαλίῳ. Εἰ δὲ ἀγνωσίαν προβάλλει, δύναται διαφυλάξαι τὰ οἰκεῖα δίκαια τῇ γνώσει τοῦ πριγκιπαλίου προσώπου, ὅμως ἐντὸς τῆς διορίας ἣν τὰ ἀμφότερα μέρη ἐδέξαντο πρὸς τὸ βεβαιῶσαι.

Θέλομεν δὲ τὰς διορίας ἁπάσας τὰς διδομένας ἐπὶ τὸ βεβαιῶσαι παρὰ τῶν κριτῶν οἵτινες τῶν ὑποθέσεων διαγινώσκουσι, περιστέλλεσθαι ὅσον αὐτοῖς δυνατὸν

bus præsident, in causis omnibus breviari jubemus.

νατὸν χωρὶς κινδύνου τῆς ὑποθέσεως καὶ βάρους τῶν πραγμάτων.

T I T. XXV.

De exceptionibus malitiose oppositis.

IDEM.

SI exceptio peremptoria, [replicatio, vel triplicatio etiam] opponatur, quæ ex qualitate personæ opponentis, vel causæ, judici malitiosa vel frivola videatur; non prius objicientem ad eam probandam admittat, quam sacramentum præbeat corporale, quod non malitiose, nec causa [tantum] prorogandi judicium eas opponat, sed quod ipsas pro firmo se credat posse probare; quas postea si non probaverit ad terminum sibi datum, opponentem ad expensas omnes sacramento partis cum taxatione judicis declarandas, condemnandum esse censemus.

In Codice Græco

Κ Ε Φ Α Λ Η ΚΕ.

Περὶ περαιπτορίας παραγραφῆς.

10 ἘΑ'ν περαιπτορία παραγραφὴ ἀντιτεθῇ, ἥτις ἐκ τῆς ποιότητος τοῦ προσώπου τοῦ ἀντιθεμένου ἢ ἐκ τῆς ὑποθέσεως τοῦ δικαστηρίου, ματαία καὶ δολερὰ ὀφθῇ· οὐ πρότερον τὸν ἀντιτεθέντα πρὸς βεβαίωσιν εἰσδεχέσθω, εἰ μὴ πρότερον σωματικὸν ὅρκον ποιήσῃ, ὅτι οὐ δολερῶς οὐδὲ διὰ τὸ παρεντεῖναι τὸ δικαστήριον ταύτας προέτεινεν, ἀλλ' ὅτι ἀναμφιβόλως πιστεύει δύνασθαι βεβαιῶσαι· εἰ δὲ μετὰ ταῦτα βεβαιῶσαι οὐ δυνήσεται τὰς ἀντιτεθείσας παραγραφὰς ἐν τῇ διδομένῃ αὐτῷ 20 διορίᾳ, τὸν ἀντιτεθέντα δοῦναι ἁπάσας τὰς ἐξόδους μεθ' ὅρκου τοῦ ἑτέρου μέρους καὶ διὰ τιμήσεως τοῦ δικαστοῦ καταδικάζομεν.

T I T. XXVI.

De interrogandis litigatoribus a judice.

IDEM.

PArtes in judicio litigantes, tam ante litem contestatam, quam post, prout juris ratio & æquitas judicem moverit, de facto interrogari posse decernimus, & interrogatos per se, vel per alium cum advocatorum consilio respondere.

Plerumque etiam vel pro qualitate personæ, vel causæ, vel si judex, quod falsum respondeat, suspectum habeat; respondentem ad sacramenti religionem 40 adducere eum posse censemus.

In Codice Græco

Κ Ε Φ Α Λ Η ΚϚ.

Περὶ τοῦ ἐρωτᾷν τὸν δικαστὴν τὰ μέρη περὶ Φάκτου.

30 ΤΑ' μέρη τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ δικαζόμενα τοσοῦτον πρὸ προκατάρξεως, ὅσον καὶ μετὰ προκάταρξιν, καθὼς ὁ λόγος τοῦ δικαίου κινήσει τὸν δικαστὴν, ὁρίζομεν δύνασθαι ἐρωτῆσαι περὶ Φάκτου· καὶ ἐρωτηθέντας δύνασθαι ἀπολογηθῆναι δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ τοῦ ἰδίου συνηγόρου. Εἰ δὲ ὁ δικαστὴς συνῄδει αὐτὸν ψευδῶς ἀποκρίνεσθαι, καὶ ὕποπτον ἔχειεν τὸν ἀπολογηθέντα, ὁρίζομεν δύνασθαι αὐτὸν ἀπωθεῖν ἀπὸ τῆς εὐλαβείας τοῦ ὅρκου.

TIT. XXVII.

De fide instrumentorum & testium.

IDEM.

INstrumenta de donationibus aut concessionibus, vel quibuscunque contractibus, in quibus nomen alicujus hostis, vel proditoris nostri, & generaliter cujuslibet invasoris Regni nostri, scriptum sit, cassa & inania reputantes, nullam ex eis volumus in judiciis, vel extra judicia probationem assumi, sed ea igni cremari mandamus.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΖ.

Περὶ τῶν ἐν οἷς περιέχεται ὄνομά τινος ἐχθροῦ ἢ προδότου τοῦ βασιλέως.

ΤΑ' ἔγγραφα τὰ περὶ δωρεῶν ϗ σέρξεων ϗ οἱωνδήποτε συναλλαγμάτων, ἐν οἷς ὄνομά τινος ἡμετέρου ἐχθροῦ ἢ προδότου, ἢ τινος τῶν ὑπεισελθόντων τὸ ἡμέτερον κράτος περιέχεται, ἀπόβλητα ϗ μάταια εἶναι θέλομεν, ϗ μηδεμίαν βεβαίωσιν ἐκ τούτων γενέσθαι ἐν δικαστηρίῳ ἢ ἔξω δικαστηρίου, ἀλλὰ πυρὶ καίεσθαι.

TIT. XXVIII.

De revocatione privilegiorum.

IDEM.

PRivilegia, & instrumenta proditorum nostrorum, aut invasorum Regni nostri quorumlibet nomina continentia, & quæ a judicibus factis ab eis, aut tabellionibus scripta, & subscripta inveniuntur usque ad annum a die insinuationis Constitutionum nostrarum, declarari & renovari decernimus, ac appositione nostri nominis roborari; nulla ex instrumentis prædictis, ex præsenti jussione nostra non declaratis, in judiciis, aut extra judicia fide in posterum assumenda.

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Η.

Περὶ τοῦ ἐμφανίζεσθαι τὰ προειρημένα σίγιλλα τῇ κόρτῃ.

ΤΑ' βρεβελέγια ϗ ἔγγραφα ἐν οἷς περιέχονται τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν ἢ τῶν καταδραμόντων τὸ ἡμέτερον κράτος ὀνόματα, ἅτινα εὑρεθήσονται γεγραμμένα ϗ κυρωθέντα παρὰ τῶν κριτῶν ἢ νοταρίων τῶν παρ' ἐκείνων τετυπωμένων, μέχρις ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς φανερώσεως τῶν ἡμετέρων διατάξεων, ἐμφανισθῆναι ϗ ἀνακαινισθῆναι θεσπίζομεν, ἵνα κυρωθῶσιν τῇ ἐπιθέσει τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος. Οὐδεμία δὲ πίστις ἐν δικαστηρίοις ἢ ἔξω δικαστηρίων ἀπὸ τῶν προειρημένων ἐγγράφων τῶν μὴ διορθωμένων ἀπὸ τῆς παρούσης διατάξεως, ὀφείλει λαμβάνεσθαι.

TIT. XXIX.

De privilegiis a Curia Capuana tempore turbationis indultis.

IDEM.

CVm concessiones, & privilegia omnia tam a divis augustis parentibus nostris, quam a nobis ante Curiam Capuanam indulta, quæ per nos post ean-

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΚΘ.

Περὶ ποινῆς τῶν μὴ ἐμφανιζόντων τῇ κόρτῃ τὰ σίγιλλα αὐτῶν.

Ε'Πειδὴ τὰς σέρξεις καὶ ἅπαντα τὰ ἡμέτερα βρεβελέγια παρὰ τῶν μακαρίων αὐγούστων τῶν προγόνων ἡμῶν γεγενημένα, ϗ παρ' ἡμῶν τὰ στερχθέντα πρὸ τῆς καπουα-

eandem Curiam confirmata non essent: necnon ea, quæ proximæ turbationis tempore, post transfretationem nostram usque ad festum Purificationis a nobis, aut Rainaldo Duce Spoleti concessa fuerint, mandaverimus revocari; edicto præsentis legis edicimus, prædictis privilegiis, & concessionibus nullam omnino fidem haberi, sed malivolum eorum propositum, qui ipsa post prohibitionem nostram retinent, prosequentes, jubemus, prædictos omnes in tanta æstimatione damnari nostræ Cameræ applicanda, quanta id, quod concessum fuerat, dignoscitur extitisse.

τῆς κόρτης, ἅτινα δι' ἡμῶν μετὰ τὴν αὐτὴν κόρτην οὐκ ἐκυρώθησαν· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ γεγενημένα παρ' ἡμῶν, ἢ παρὰ Ῥαινάλδου δουκὸς Σπολίτης ἐν τῇ πλησιαζούσῃ ταραχῇ τοῦ καιροῦ μετὰ τὴν ἡμετέραν πρὸς Συρίαν ἀπόπλευσιν μέχρι τῆς ἑορτῆς τοῦ καθαρισμοῦ τῆς Θεοτόκου, ὡρίσαμεν ἀκυροῦσθαι· τῷ δόγματι τοῦ παρόντος νόμου θεσπίζομεν, ἵνα τὰ τοιαῦτα ἔγγραφα καὶ στέρξεις μηδεμίαν ἴσχυν ἔχοιεν, ἀλλὰ τὴν κακίστην προαίρεσιν τῶν κατεχόντων ταῦτα μετὰ τὴν ἡμετέραν κώλυσιν καταδιώκοντες, ὁρίζομεν, ἐν τοσαύτῃ διατιμήσει αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ, ὅσον περιέχει τὸ παρ' αὐτῶν κατασχεθὲν ἔγγραφον.

TIT. XXX.

In quibus casibus audientia testium committatur. Et de pœna contravenire volentium. Et de dolo ejus, cui audientia committitur.

IDEM.

IN peccuniariis litibus omnibus præterquam in quæstionibus Castrorum, & feudorum, quæ specialiter in Curia nostra tractantur, audientiam testium permittimus delegari. In criminalibus autem, & prædictis civilibus causis, testes in Curia nostra præcipimus præsentari; nisi testes adeo senes, & valetudinarii sint, quod sine ipsorum periculo Curiæ præsentari non possint; quo quidem casu ipsorum audientia judicibus electis a partibus, vel datis a Curia committatur: qui eos tantum testes recipient, quos ad Curiam viderint venire non posse. Contra quos auditores, scilicet, per electionem partium, vel a Curia approbatos probationes in contrarium nullatenus admittantur, videlicet, si pars receptos testes sanos, & juvenes fore contendat. Sane si in termino

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ Δ.

Περὶ τοῦ ἐν ποίοις θέμασι ἡ τῶν μαρτύρων ἀκρόασις ἀνατίθεται.

ΕΝ ταῖς χρηματικαῖς δίκαις ἁπάσαις χωρὶς τῶν περὶ κάστρων ὑποθέσεων ἢ φίων, αἵτινες ἰδικῶς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἐξετάζονται, τὴν τῶν μαρτύρων ἀκρόασιν ὁρίζομεν ἀνατίθεσθαι. Ἐν δὲ ταῖς ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσι καὶ ἐν ταῖς προειρημέναις χρηματικαῖς, τοὺς μάρτυρας ὁρίζομεν πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην παρίστασθαι· εἰ μὴ οἱ μάρτυρες τοσοῦτον ἀσθενεῖς εἶεν καὶ γέροντες, ὥστε χωρὶς κόπου καὶ κινδύνου τῇ κόρτῃ παραστῆναι οὐ δυνήσονται· ἡ τούτων ἀκρόασις ἀνατιθέσθω δικασταῖς παρὰ τῶν μερῶν ἐκλεγμένοις, ἢ παρὰ τῆς κόρτης διδομένοις· τούτους δὲ τοὺς μάρτυρας μόνον δεχέσθωσαν, οὓς θεάσονται ἀδυνάτως ἔχειν τῇ κόρτῃ παραγενέσθαι. Κατὰ τούτων δὲ τῶν ἀκροατῶν τῇ ἐπιλογῇ τῶν μερῶν, ἢ παρὰ τῆς κόρτης δεδοκιμασμένων, μάρτυρες τοὐναντίον μὴ δεχέσθωσαν, εἰ τὸ μέρος τούτους τοὺς μάρτυρας ὑγιεῖς εἶναι καὶ νέους διισχυρίζεται.

Ἐ

mino ad probandum dato pars, quæ probare debuerat, in probatione deficiat per defectum testium, qui sibi venire promiserant, vel ipsius judicis, aut coactoris alleget nequitiam: atque propterea terminum exigat prorogari; [non aliter ad hoc ipsum audiri decernimus, quam si infra prædictum terminum hoc alleget, quod infra eundem diem judex, vel coactor alius dari poscatur, tunc] 10 postquam parti alteri fuerit per cognoscentis litteras intimatum, ex justa causa, & necessaria prorogatio termini poterit impetrari. Is tamen, cui commissa est audientia [, seu coactio] testium prædictorum, si in commisso sibi officio dolosus, aut negligens inventus fuerit, Curiæ nostræ in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læsæ omnem damni æstimationem satisfacere teneatur. 20 Eadem pœna testibus irroganda, si per cogentem admoniti venire detrectent, nisi certa pœna ab eo, cui hoc commissum fuerit, testibus sit indicta, quæ prædicta pœna sit major: quo casu pœna imposita exigetur. Hæc in civilibus causis vendicant sibi locum: In criminalibus autem, in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accusatur, æstimatio causæ haberi non potest, pœna 30 tertiæ partis mobilium omnino Curiæ nostræ soluta, testes aut judices impetratos parti læsæ in viaticis, & sumptibus litis sacramento suo, cum taxatione judicis declarandis, volumus esse damnandos. Principali causa nihilominus, non obstante lapsu termini, suo ordine peragenda. Eodem etiam obtinente in civilibus causis [, si testes, aut coactores eorum non solvendo fuerint, ut parti 40 læsæ per restituendæ causæ beneficium succurratur].

Εἰ δὲ ἐν τῇ διορίᾳ τῇ ἐπὶ τὸ βεβαιῶσαι δοθείσῃ τὸ μέρος, ὅπερ ὤφειλεν βεβαιῶσαι, τῇ αὐτοῦ βεβαιώσει ἀπείπῃ, διὰ τὴν τῶν μαρτύρων ἀσοχίαν, οἵτινες αὐτῷ ἐλθεῖν ϗ βεβαιῶσαι ὑπεσχέθησαν, ἢ ἀσοχίᾳ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ ἢ τοῦ συνάκτωρος, ϗ διὰ τοῦτο ζητήσει τὴν διορίαν αὐτοῦ παρεκτείνεσθαι· μεθ' ὃ τῷ ἑτέρῳ μέρει διὰ γραμμάτων τοῦ διαγινώσκοντος τοῦτο φανερωθῇ, ἐκ δικαίας ϗ ἀναγκαίας αἰτίας τὴν διορίαν παρεκτείνεσθαι δυνήσεται. Ἐκεῖνος, ᾧ τινι ἀνετέθη ἡ τῶν μαρτύρων ἀκρόασις, εἰ δολερὸς, εἰ ἀμελὴς ἐν τῷ ἀνατιθεμένῳ αὐτῷ ὀφφικίῳ εὑρεθῇ, εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν κινητῶν πραγμάτων τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ καταδικαζέσθω, καὶ τῷ ζημιωθέντι πᾶσαν ἀποθεραπεύσει τὴν ζημίαν. Ἡ αὐτὴ δὲ ποινὴ τοῖς μάρτυσιν ἐπιτεθήσεται, εἴπερ ἀναζητηθέντες παρὰ τοῦ διαγινώσκοντος ἐλθεῖν οὐκ ἠθέλησαν· εἰ μὴ ῥητὴ παρ' ἐκείνου ᾧτινι τοῦτο ἀνετέθη, τοῖς μάρτυσιν ἐπετέθη, ἥτις ἐστὶ μειζοτέρα· ᾧτινι θέματι ἡ ἐπιτεθεῖσα ποινὴ ἀπαιτείσθω. Τοῦτο δὲ τόπον ἐχέτω ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσιν· ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς δὲ ἐν αἷς διατίμησις γενέσθαι οὐ δύναται, ὁπότε κεφαλικῶς τις κατηγορηθῇ, τὸ τρίτον μέρος τῶν κινητῶν τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀποδοθήτω· Τοὺς δικαστὰς δὲ καὶ τοὺς μάρτυρας θέλομεν τιμωρεῖσθαι ἐν ταῖς ἐξόδοις καὶ ἀγωγίοις τῷ ζημιωθέντι μέρει, μεθ' ὅρκου αὐτοῦ καὶ διατιμήσεως τοῦ κριτοῦ. Ἡ δὲ πριγκιπαλία ὑπόθεσις, οὐκ ἐμποδιζούσης τῆς τοῦ χρόνου παραδρομῆς, τῇ οἰκείᾳ τάξει περαιούσθω. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο παραφυλάττεσθαι βουλόμεθα ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσιν.

TIT. XXXI.

TIT. XXXI.

De legibus paribilibus sublatis.

IDEM.

LEges, quæ a quibusdam simplicibus sunt dictæ paribiles, quæ nec rerum naturam respiciunt, nec veritatem attendunt; Nos qui veram legum scientiam perscrutamur, & errores a nostris judiciis separamus, præsentis nostri nominis sanctionis edicto in perpetuum inhibentes omnibus Regni nostri judicibus, Vt nullus ipsas leges paribiles, quæ absconsæ a veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus nostris indicet, sed communibus probationibus sint contenti, tam antiquis legibus, quam nostris constitutionibus introductis. Eorum etiam sensum, non tam corrigendum duximus, quam deridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepescere, immo [quod est stultius] frigescere nulla justa causa superveniente confidunt, aut qui reum criminis constitutum ob conscientiam læsam tantum asserunt ab aquæ frigidæ elemento non recipi [, quem submergi potius aeris competentis retentio non permittit].

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΑ.

Περὶ τοῦ μὴ ἀποφαίνειν ἀπὸ τοῦ νῦν τοὺς δικαστὰς νόμους φανερούς.

ΤΟὺς παρά τίνων ἁπλῶν ἀνθρώπων λεγομένους νόμους φανερούς, οἵτινες οὐδὲ πρὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ἐπιβλέπουσιν, οὔτε πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιῤῥέπουσιν, ἡμεῖς οἵτινες τὴν ἀληθῆ σοφίαν τῶν νόμων διώκομεν, καὶ τὰς πλάνας ἀποσοβοῦμεν, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων δικαστηρίων ἀποχωρίζομεν, ταῖς ἀποφάσεσι διηνεκῶς κωλύοντες, πάντας τοὺς δικαστὰς τοῦ ἡμετέρου κράτους, ὥστε μὴ ἀποφῆναι κατά τινος νόμους τοὺς λεγομένους παρίβιλες, οἵτινες μᾶλλον ὀνομάζεσθαι ὀφείλουσιν ἀπόκρυφοι τῆς ἀληθείας· ἀλλ᾽ ἐκείναις ταῖς βεβαιώσεσιν ἀρκεῖσθωσαν ταῖς παρὰ τῶν παλαιῶν νόμων καὶ ἡμετέρων διατάξεων ἐπεισαγομέναις. Τὴν ἔννοιαν δὲ τούτων οὐ μόνον ἐκρίναμεν περισφίγξαι, ἀλλὰ καὶ ἀφανίσαι, οἵτινες τὴν φυσικὴν χρόαν τοῦ ἐκκαυθέντος σιδήρου μὴ χλιαίνεσθαι ἢ ψυχραίνεσθαι ἐξ οὐδεμιᾶς ἐπιγενομένης αἰτίας διϊσχυρίζονται· καὶ οἵτινες τὸν ἐγκληματικῶς κατηγορηθέντα διὰ τὴν βλαβερὰν αὐτοῦ συνοίδησιν, λέγουσι μὴ δέχεσθαι παρὰ τοῦ στοιχείου τοῦ ψυχροῦ ὕδατος.

TIT. XXXII.

De pugnis sublatis.

IDEM.

PRosequentes benivolum nostræ voluntatis propositum, quo pugnas a nostra republica, præterquam in quibusdam paucis admodum casibus præexceptis prævidimus submovere. Ingerente se casus præsentis materia, circa Francos, qui personarum suarum, plurimumque rerum suarum omnium, aut majoris

In Codice Græco

ΚΕΦΑΛΗ ΛΒ.

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βεβαιεῖν κατὰ κομήτων καὶ βαρουνίων.

ΤΟ ἀγαθὸν ἐνθύμημα τῆς ἡμετέρας βουλῆς τῶν μονομαχιῶν ἀφαιροῦντες ταύτας ἐκ τῆς ἡμετέρας πολιτείας, χωρὶς εἰ μὴ μόνον ἔν τισι ὀλίγοις θέμασιν, ἀποκινῆσαι προέγνωμεν. Τῆς αἰτίας τοῦ παρόντος θέματος ἐνωτισάσης ἑαυτὴν περὶ τοὺς Φράγκους, οἵτινες τὰς κρίσεις τῶν ἑαυτῶν σωμάτων, πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἑαυτῶν πραγμάτων

ris partis earum fortunam in monomachiam, quæ duellum vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celsitudo nostra providerit, statuendum Constitutione præsenti manifestissime declarantes. Prædictum ergo probationis modum per pugnam, videlicet, quo jure Francorum viventes hactenus utebantur, tam circa principales personas [, eam sibi invicem offerendo], quam circa personas testium invicem productorum, tam in civilibus, quam in criminalibus causis de cetero volumus esse sublatum. Sed si Francus aliquis a Franco, vel etiam Longobardo super aliqua quæstione civili vel etiam criminali exstiterit impetitus, per probationes testium, vel instrumentorum & similium, per quas posset plene probari veritas, convincatur. Probationes verumtamen testium pro personarum qualitatibus videlicet & causarum, volumus esse amodo pinguiores. Præstituentes in primis, quod nullus angararius, vel villicus [, seu quicunque villanus], qui in villis [& casalibus] habitat, & [postremo] nullus vilis conditionis contra Comites, aut Barones, aut etiam simplices milites capitaliter accusatos, vel de personæ conditione, utpote de homagio, aut de omnibus bonis, seu majori parte eorum, vel etiam de uno Castro conventos, in testem possit induci; aut inductus contra prædictos fidem aliquam in judiciis, vel arbitrio, vel extra judicia [in contractibus, seu quasi contractibus,] fidem aliquam faciat, sed perinde habeatur, ac si non esset inductus. Sed contra prænominatas personas, milites tantummodo & burgenses bonæ & honestæ opinionis inducantur in testes, contra quos nulla omnino pugna de cetero offerri valeat ab eisdem. Numerum etiam testium in præscriptis personis, & caussis volumus esse majorem, videlicet: ut contra Comitem cri-

μάτων, εἰς μονομαχίαν ἥτις ἰδικῷ λόγῳ ὀνομάζεται δυέλλοὺν, ἀντώθουν. Τῇ παρούσῃ τοίνυν ἡμετέρᾳ διατάξει δηλωποιοῦμεν· εἴ τι δ' ἂν ἡ ἡμετέρα διάταξις περὶ τούτων ἐνομοτέθησεν· τὰς μονομαχίας τοίνυν ἃς οἱ πολιτευόμενοι τῷ νόμῳ τῶν Φραγκῶν κατὰ μαρτύρων καὶ κατὰ προσώπων τῶν τούτους προσφερομένων προέτεινον, τοσοῦτον ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὅσον καὶ ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς ὑποθέσεσιν, ἀπὸ τοῦ νῦν θέλομεν ἀφαιρεῖσθαι.

Εἰ δὲ τις Φράγκος παρὰ Φράγκου ἢ λογγιβάρδου ἐν οἱαδήποτε ὑποθέσει, χρηματικῇ ἢ ἐγκληματικῇ ὀχληθῇ, αἱ βεβαιώσεις τῶν μαρτύρων ἢ τῶν ἐγγράφων καὶ ἄλλαι ὅμοιαι δι' ὧν δυνηθῇ ἡ ἀλήθεια τελείως βεβαιωθῆναι, ἀντιθέσθωσαν. Ὅμως τὰς βεβαιώσεις τῶν μαρτύρων κατὰ τὴν ποιότητα τῶν προσώπων καὶ τῶν ὑποθέσεων, θέλομεν εἶναι ἀφθονοτέρας· ἐν πρώτοις ἵνα μηδεὶς ἐγγαράριος ἢ ἐναπόγραφος, ἐν χωρίοις διαιτώμενος καὶ τινὸς αἱρέσεως ὢν, κατὰ κόμητος ἢ βαρῶνου ἢ ἁπλοῦ στρατιώτου κεφαλικῶς κατηγορουμένων, ἢ περὶ αἱρέσεως προσώπων ἐναγομένων, ἤγουν περὶ ὁμαντζίου ἢ περὶ πάντων τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, ἢ περὶ τοῦ μειζοτέρου μέρους αὐτῶν, ἢ περὶ ἑνὸς κάστρου εἰς μαρτυρίαν μὴ δεχθῇ· ἢ ἐὰν προσαχθῇ κατὰ τῶν προειρημένων, μηδεμίαν πίστωσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἢ ἐν τοῖς αἱρετοῖς δικασταῖς, ἢ ἔξω δικαστηρίων ἢ, τούτου μαρτυρία ποιήσει· ἀλλὰ οὕτω δεχέσθω, ὡς εἰ τὴν ἀρχὴν μὴ προσεφέρετο. Κατὰ δὲ τῶν προειρημένων προσώπων στρατιῶται καὶ βουργήσιοι καλῆς καὶ σώφρονος ὑπολήψεως εἰς μαρτυρίαν δεχέσθωσαν· καὶ κατὰ τούτων μηδεμία μονομαχία ἀπὸ τοῦ νῦν προσφερέσθω. Τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν μαρτύρων ἐν τοῖς προειρημένοις προσώποις καὶ ὑποθέσεσι θέλομεν εἶναι μειζότερον. Τουτέστιν ἵνα κατὰ κόμητος τοῦ ἐγκληματικῶς κατηγο-

criminaliter accusatum, vel de statu personæ, aut de omnibus bonis suis, vel de majori parte bonorum, seu etiam de castro conventum, duo Comites fidem faciant, vel quatuor Barones, aut octo milites, & sic per consequentiam 16. Burgenses probationem plenam inducant. [Et sic gradatim] contra Baronem duo Barones, aut loco duorum Baronum quatuor milites, & vice quatuor militum, octo Burgenses. Et idem in milite, prout inferioris gradus se habeat conditio, inducatur in testes. Pauciores autem numero in personis prædictis, & causis nullam omnino fidem inducant. Et contra prædictos, aut plures nulla omnino pugnæ probatio vendicet sibi locum. In omnibus tamen prædictis crimen læsæ majestatis excipimus, in quo omnium accusatorum & testium sit conditio exæquata. Militaribus tamen privilegiis in omnibus supradictis, & aliis causis & casibus, in quibus prærogativæ militum aliquid indulgetur, eos tantummodo milites uti volumus, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter observant in equis, & armis, videlicet, & aliis militaribus signis, quibus Barones, & milites condecet decorari. Consuetudinem autem, quæ in quibusdam Regni partibus obtinebat, per quam hi, qui Franci non sunt, sed jure communi censentur, testibus contra se productis in quocunque judicio possint pugnam offerre, funditus extirpamus: sed personarum, & causarum distinctione servata, in eorum causis, juxta novæ Constitutionis nostræ statuta, justitia prævia & æquitate servata, ad definitivam sententiam procedatur.

τηγορουμένου, ἢ περὶ καταστάσεως προσώπου ἢ περὶ πάντων τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἢ περὶ τοῦ μειζοτέρου μέρους τούτων, εἴτε περὶ κάστρου ἐναγομένου, δύο κόμητες εἰς μαρτυρίαν προσφερέσθωσαν, ἢ τέσσαρες βαροῦνοι, ἢ ὀκτὼ στρατιῶται, ἢ δέκα καὶ ἓξ βουργήσιοι, πληρεστάτην μαρτυρίαν ποιήσωσιν. Κατὰ δὲ βαροῦνου, δύο βαροῦνοι, ἢ τεσσάρεις στρατιῶται εἰς τόπον τῶν δύο βαρώνων, καὶ εἰς τόπον τῶν τεσσάρων στρατιωτῶν ὀκτὼ βουργήσιοι· ὁμοίως καὶ κατὰ στρατιώτου, καθὼς ἡ στάσις τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ ἀπαιτήσει, τὴν προσαγωγὴν τῶν μαρτύρων προσφέρεσθαι θέλομεν· ἐλάττονες ὄντες τῷ ἀριθμῷ, μηδεμίαν πίστιν ἐπιφέρωσι κατὰ τῶν προειρημένων προσώπων· καὶ κατὰ τῶν προειρημένων, ἢ πλειόνων ὄντων, ἡ τῆς μονομαχίας βεβαίωσις τόπον οὐκ ἕξειεν. Ἐν πᾶσι δὲ ὑπεξαιροῦμεν τὸ τῆς καθωσιώσεως ἔγκλημα, ἐν ᾧ ἡ τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν μαρτύρων αἵρεσις, οἱασδήποτε εἶεν αἱρέσεως, οὐκ ἐξαιρεῖται· τοῖς στρατιωτικοῖς δὲ προνομίοις, ἅπερ τοῖς στρατιώταις παρακεχωρήσαμεν, ἐκείνους τοὺς στρατιώτας χρᾶσθαι καὶ τέρπεσθαι βουλόμεθα διὰ τὴν τιμὴν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας· οἵτινες ἑτοίμως πολιτεύονται μεθ' ἵππων καὶ ὅπλων καὶ ἄλλων στρατιωτικῶν σημειωμάτων, οἷς δεῖ τοὺς στρατιώτας ἐγκαλλωπίζεσθαι. Τὴν συνήθειαν δὲ ἥτις ἔν τισι μέρεσι τοῦ ἡμετέρου κράτους ἐκράτει, οἵτινες Φράγκοι μὲν οὐκ εἰσὶ, κοινῷ δὲ δικαίῳ πολιτεύονται, ἐν οἱῳδήποτε δικαστηρίῳ, ἠδύναντο μονομαχίαν κατὰ τῶν μαρτύρων τῶν κατ' αὐτῶν προσφερομένων προσαγαγεῖν, ἀπὸ τοῦ νῦν θέλομεν μὴ προσφέρεσθαι· ἀλλὰ τηρουμένης προσώπων τε καὶ ὑποθέσεων διαστίξεως κατὰ τὸν τύπον τῆς νέας διατάξεως, τῆς δικαιοσύνης προαδηγούσης καὶ τῆς τοῦ δικαίου ἰσότητος φυλαττομένης, πρὸς τελείας ἀποφάσεις ἐκπορευτέον.

TIT. XXXIII.

In

TIT. XXXIII.

In quibus casibus pugna locum habeat.

IDEM.

MOnomachiam, quæ vulgariter duellum dicitur, paucis quibusdam casibus præexceptis, inter Barones Regni nostræ ditioni subjectos, in perpetuum volumus locum non habere: quæ non tam vera probatio, quam quædam divinatio dici potest; quæ [naturæ non consonat,] a jure communi deviat, æquitatis rationibus non consentit. Vix enim aut nunquam duo pugiles inveniri poterant sic æquales, ut [vel in totum] non sit alter altero fortior; vel in aliqua parte sui vigore majori, & potentiore virtute, vel saltem ingeniis alter alterum non excedat. Ab hujus autem sanctionis humanitate præcludimus homicidas, qui veneficio, vel quolibet genere furtivæ mortis aliquem alium extinxisse dicuntur; in quibus etiam a pugnæ probatione non permittimus inchoari, sed per probationes ordinarias, si superfint aliquæ, procedi primo debere jubemus: & denique officio Curiæ subtili prius inquisitione præmissa, si per probationes aliquas, vel per inquisitionem plene non poterit facinus comprobari, tunc demum ad pugnæ judicium [indiciis præcedentibus] descendatur: quæ omnia per officium judicis provide cognoscentis volumus explicari, ut inquisitionis probata caute & diligenter discutiat. Et si probatum non invenerit, ut est dictum, offerendi pugnam licentiam tribuat accusanti, nullo ex eo quod ipse ex officio suo fecit, accusatoris juri præjudicio generato. Si tamen accusator [in crimine] prius offerat se probare per testes, & si in eorum probatione deficiat, tunc inquisitionis, & pu-

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΓ.

Περὶ τȣ̃ ἐν ποίοις θέμασιν ἡ μονομαχία τόπον ἔχει.

ΤΗ'ν μονομαχίαν, ἥτις ἰδικῷ λόγῳ δυέλλȣμ προσονομάζεται, ἐξῃρημένων ὀλίγων τινῶν θεμάτων, ἐν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν εἰσαεὶ τό-
10 πον ἔχειν ȣ̓ θέλομεν· ἥτις οὐ τοσȣ̃τον ἀληθὴς βεβαίωσις, ὅσον μαντεία ὀνομάζεσθαι ὤφειλεν· καὶ γὰρ ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ δικαίου διακεχώρισται, καὶ τοῖς τȣ̃ δικαίȣ λόγοις ȣ̓ συμφωνεῖ. Μόλις γὰρ ἢ ȣ̓δέποτε δυνατὸν εὑρεθῆναι δύο τινὰς πολεμιστὰς οὕτως ὁμοίȣς, ὥστε μὴ εἶναι θάτερον τȣ̃ ἑτέρου ἰσχυρότερον, καὶ ἔν τινι μέρει τȣ̃ ἰδίου σώματος μειζοτέραν δύναμιν ἔχειν, ἢ ἴσως μηχαναῖς ἕτερον τȣ̃ ἑτέρȣ ȣ̓χ ὑπερβάλλειν.
20 Ε'κ δὲ τῆς φιλανθρωπίας τῆς παρȣ́σης διατάξεως ἀποδιώκομεν τȣ̀ς φονεῖς, οἵτινες ἰῷ ἢ ἄλλῳ γένει τινὶ θανάτου κρυφίως τινὰ φονεῦσαι λέγονται· ἐν οἷς οὐχ ὁρίζομεν ἄρχεσθαι ἀπὸ μονομαχίας, ἀλλὰ δι' ὀρδιναρίων βεβαιώσεων· εἴπερ ὦσί τινες, αὐτὰς βȣλόμεθα προσαχθῆναι· τέλος δὲ τῷ ὀφφικίῳ τῆς κόρτης γενέσθω ἀκριβεστέρα ἐξέτασις. Εἰ δὲ διὰ μαρτύρων ἢ διὰ τῆς γενομένης ἐξετάσεως τὸ ἔγκλημα βε-
30 βαιωθῆναι μὴ δυνηθῇ, τότε πρὸς τὴν τῆς μονομαχίας κρίσιν, τοῦ Δικαστηρίου ἔτι ἐπιῤῥεποῦς ὄντος, διαβατέον· ἅτινα διὰ τοῦ ὀφφικίου τοῦ δικάζοντος προνενοημένως ἐξεταζέσθωσαν, καὶ διὰ τῆς γενομένης ἐξετάσεως ὁ δικαστὴς τὴν ἀλήθειαν ἐξεταζέτω. Εἰ δὲ ȣ̓χ εὗρε βεβαιωμένον εἶναι καθὼς εἴρηται, δώσει ἄδειαν τῷ κατηγορȣ̃ντι προσφέρειν μονομαχίαν, μηδενὸς προκρίματος γενομένȣ τῷ δικαίῳ τῆς κατηγορίας
40 ἐξ ἐκείνȣ ὅπερ ὁ δικαστὴς τῷ ἰδίῳ ὀφφικίῳ ἐποίησεν. Ο'μῶς δὲ ὁ κατηγορῶν πρότερον προσφέρεται ἑαυτὸν τȣ̃ βεβαιῶσαι διὰ μαρτύρων, καὶ εἴπερ ἀστοχήσει τῆς μαρτυρίας, τότε ἡ τῆς μονομαχίας καὶ τῆς ἐξετάσεως βε-

pugnæ probatione minime locum habente, reusqui nocens non convincitur [& præſumitur innocens,] abſolvatur: quod jus inter omnes tam Francos quam Longobardos, & in cauſis omnibus, volumus eſſe commune. Satis enim militibus, & nobilibus Regni noſtri per probationum impugnationes providimus, & aliis etiam, qui poterant pugnam offerre, prout novella Conſtitutione noſtra evidentius eſt ſtatutum. Crimen etiam læſæ majeſtatis excipimus, in quo [infraſcriptis capitulis] pugnæ judicium reſervamus. Nec mirum ſi læſæ majeſtatis reos, homicidas furtivos, atque veneficos pugnæ ſubjicimus[non tam judicio, quam terrori]; non quod in ipſis noſtra ſerenitas juſtum æſtimet, quod injuſtum in aliis reputavit; ſed quod in eorum pœnam, & aliorum exemplum, publice in conſpectibus hominum ſub tremenda probationis ſpecie tales conſtitui volumus homicidas, qui occultas atque furtivas inſidias vitæ hominum, quos ſola poteſt creare divina potentia, parare minime timuerunt. Eos enim extra omnes modeſtiæ terminos ſtabilimus, qui adverſus ſecuritatem noſtram, per quam omnibus aliis præſtatur ſecuritas, moliri aliquid non verentur.

βεβαίωσις μηδαμῶς τόπον ἐχέτω, ἀλλ' ὁ ῥέος ἀνεύθυνος εὑρεθεὶς ἐλευθερέσθω· ὅπερ δίκαιον μεταξὺ Φραγκῶν καὶ λογγιβάρδων, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὑποθέσεσι βουλόμεθα κοινὸν εἶναι. Ἱκανῶς γὰρ τοῖς εὐγενέσι στρατιώταις τοῦ ἡμετέρου κράτους διὰ τὸ τῆς βεβαιώσεως ἄμαχον προείδομεν, καὶ μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις οἵτινες ἠδύναντο προσφέρειν μονομαχίαν, καθὼς τῇ ἡμετέρᾳ νέᾳ διατάξει φανερώτερον περιέχεται. Ἐξῃρημένου τοῦ περὶ τυραννίδος ἐγκλήματος, ἐν ᾧ τὴν τῆς μονομαχίας κρίσιν παραφυλάττομεν. Οὐ γὰρ θαυμαστὸν, εἴπερ τοὺς κατηγορηθέντας περὶ ἐγκλήματος τυραννίδος, καὶ τοὺς κρυφίους φονεῖς καὶ τοὺς φαρμακοποιοὺς μονομαχίας κρίσει καθυποβάλλομεν· οὐχ ὅτι ἡ ἡμετέρα μεγαλειότης δίκαιόν τι ἐν τούτοις καθυπενόησεν, ἄλλοις βλαβερὸν εἶναι καθυπεδέξατο· ἀλλὰ πρὸς τύπον τῶν ἄλλων καὶ ποινὴν αὐτῶν ἐκφοβουμένην, δημοσίως ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης βεβαιώσεως ἐφεῦρεν. Τοιούτους καθίστασθαι βουλόμεθα τοὺς φονεῖς, οἵτινες οὐδαμῶς ἀπηρνήσαντο κατασκευάσαι κρυφίους καὶ κλοπιμαίους ἐνέδρας τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων, οὓς μόνη ἡ θεία δύναμις ἔπλασεν· αὐτοὺς δὲ ἔξω παντὸς ὅρου μετριοσωφροσύνης ταττόμεθα, οἵτινες κατὰ τῆς ἡμετέρας ἀφοβίας, δι' ἧς πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀδειλία παρασκευάζεται, κατασκευάσαι τὶ οὐ πτοοῦνται.

TIT. XXXIV.

De cauſa depoſiti.

IDEM.

IN cauſa depoſiti, in qua olim pugna locum habebat, pugnæ prorſus interdicimus facultatem. Sed ut de ea dubietas oriri non poſſit; ſub tali cautela volumus depoſitum amodo celebrari, videlicet; ut in depoſito, cujus quantitas infra unam libram auri ſubſiſtit, tres teſtes fide digni, & omni exceptione majo-

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΔ.

Περὶ τοῦ πῶς χρὴ γίνεσθαι τὰς παρακαταθήκας.

ΕΝ τῇ περὶ παρακαταθήκης ὑποθέσει, ἐν ᾗ πρότερον ἡ μονομαχία τόπον εἶχεν, μονομαχίαν δίδοσθαι τὸ καθόλου κωλύομεν· καὶ ἵνα μὴ ἀμφιβολία τις γένηται περὶ τούτου, μετὰ τοιαύτης παρατηρήσεως θέλομεν τὴν παρακαταθήκην γενέσθαι· τουτέστιν εἰ παρακαταθήκη γένοιται μέχρι λίτρας χρυσοῦ, τρεῖς μάρτυρες ἄξιοι πίστεως καὶ κρειττότεροι

jores debeant interesse. Ultra libram autem auri si consistat depositum, debet fieri publicum instrumentum per manus tabellionis, qui intersit ipsi deposito, non qui jussione judicis instrumentum fecisse se dicat, & trium judicum in depositione præsentium subscriptione signatum, vel si unus judex tantum intersit, simul cum eo debent interesse tres testes, qui specialiter una cum judice & tabellione prædictis se in instrumento subscribant.

ροι πάσης ὑποψίας προσλαμβανέσθωσαν. Ὑπὲρ δὲ τὴν προειρημένην λίτραν γενομένης παρακαταθήκης, γενέσθω δημόσιον ἔγγραφον διὰ χειρὸς τοῦ ταβελλίονος ὅστις παρὼν ἔσται τῇ τοιαύτῃ παρακαταθήκῃ, καὶ μὴ ὁ λέγων διὰ προστάγματος τοῦ δικαστοῦ τὸ ἔγγραφον γεγραφέναι, καὶ τὸ ἔγγραφον ἔσται κυρώμενον ὑπογραφῇ τῶν τριῶν κριτῶν ἢ τοῦ ἑνός· ἐὰν εἷς μόνος κριτὴς τῇ παρακαταθήκῃ παρείη, ὁμοίως καὶ μετ' αὐτοῦ τρεῖς ὀφείλουσι συμπαρεῖναι μάρτυρες, οἵτινες ἰδικῶς μετὰ τοῦ κριτοῦ καὶ τοῦ ταβελλίονος τῷ ἐγγράφῳ ὑπογράψωσιν.

TIT. XXXV.

De probationibus & testibus ante litem contestatam producendis.

IDEM.

Probationum cursibus competenti remedio succurrentes, permittimus, lite etiam nondum in judicio contestata, testes valetudinarios & senes, de quorum proxima morte futura timetur, vel eos, de quorum peregrinatione, & longa absentia dubitatur, ab eo, qui sibi per depositiones eorum cavere desiderat, posse produci; præsente tamen eo, qui adversarius futurus speratur, si ejus præsentia facilis possit haberi; vel eo se per contumaciam absentante, omni jure ei, qui præsens non fuerit contra personas & dicta productorum testium reservato. Quarum depositionum vigorem intra annum tantum valere disponimus, & non ultra annum extendi, cum litis contestatio non intercesserit, nec præsens fuerit adversarius; vel absenti parti denunciari potuit, ut receptioni testium interesset.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΕ.

Περὶ τοῦ πότε οἱ μάρτυρες πρὸ προκατάρξεως τῆς δίκης προσφέρονται.

Τῷ δρόμῳ τῶν βεβαιώσεων ἁρμοδίῳ βοηθείᾳ συντρέχοντες, στέργομεν, τῆς δίκης μηδαμῶς ἀρξαμένης, τοὺς ἀσθενεῖς μάρτυρας καὶ γέροντας, οἷς ὁ θάνατος ἐλπίζεται πλησιέστατος εἶναι, κἀκείνους ὧν μακρὰ ἀποδημία καὶ πρὸς ξένην χώραν διατριβὴ, παρ' ἐκείνου ὅστις διὰ τὴν τούτων κατάθεσιν τὸ ἀζήμιον αὐτῷ περιποιεῖσθαι ἐπιθυμεῖ, δύνασθαι προσαχθῆναι· παρόντος ὅμως ἐκείνου τοῦ ἐλπιζομένου εἶναι ἀντιδίκου, εἴπερ παρουσίαν τούτου ἀκινδύνως ἔχειν δυνήσεται· ἢ διὰ κοντουματζίονα ἀπειθοῦντος, παντὸς δικαίου τῷ ἀπόντι παραφυλαττομένου κατὰ προσώπων καὶ καταθέσεων τῶν μαρτύρων. Τὴν δὲ τούτων κατάθεσιν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἰσχύειν ὁρίζομεν, καὶ μὴ μετ' ἐνιαυτὸν παρεκτείνεσθαι, τῆς δίκης μὴ προκαταρξαμένης, μηδὲ παρόντος τοῦ ἀντιδίκου· μηδὲ τῷ ἀπόντι ἀπαγγεῖλαι ἠδυνήθη ὁ δικαστὴς ὥστε παρεῖναι τῇ καταθέσει τῶν μαρτύρων.

TIT. XXXVI.

Quæ probationes in causa homagii exigantur.

IDEM.

PRobationum defectum in causis, quas super homagiis movere contigerit, competenti munimine fulcientes, statuimus: si quando aliquis fuerit ab aliquo de homagio impetitus, ipse autem hominem nostrum immediate se esse contendat: Si quidem per privilegia prædecessorum nostrorum, aut nostra, vel alia legitima & authentica instrumenta, sive per testes fide dignos, & omni exceptione majores, [qui forte concessioni interfuerint,] probare possit, qualiter petitor, aut prædecessores sui hominis petiti dominium, vel prædecessorum suorum adepti fuissent; si nullas exceptiones conventus opponat, & probet, per quas possit se ab ejus dominio liberare, pro actore judex competens ferre sententiam non moretur. Quod si probationes legitimæ de dominio haberi non possint, sufficiat petitori probare, quod homo petitus temporibus Regum prædecessorum nostrorum, prædecessoribus suis vel sibi fidelitatis & homagii præstiterit sacramentum: [& quod ut vassallus ejus ei servierit in omnibus, & per eum in curia sua de persona conventus justitiam fecerit] conquerentibus; & quod prædictorum Regum tempore usque ad ea tempora, quibus de homagio retulerit quæstionem, terram ab actore tenuerit, ne alias recommendatus præsumatur potius, quam vasallus. Quæ omnia in militibus & Baronibus de vasallagio conventis volumus observari. Prædictis autem omnibus, vel aliquo prædictorum cessantibus conventus immediate majestatis nostræ communi dominio relinquatur. In omnibus tamen præ-

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛϚ.

Περὶ τȣ͂ πῶς δεῖ βεβαιεῖν τὰς αἰτȣ͂ντάς τινας χάριν βασάλλων.

ΤΗ'ν ἀποτυχίαν τῶν βεβαιώσεων ἐν ταῖς ὑποθέσεσιν, ἃς κινεῖσθαι συμβαίνει περὶ ὁματζίων, ἁρμοδίῳ ὀχυρώματι ἀναπλη-10ρȣ͂ντες, διατυπȣ͂μεν, εἴποτε τὶς ὀχληθῇ περὶ ὁματζίȣ, αὐτὸς δὲ ἀμέσως εἴπῃ ἑαυτὸν εἶναι ἡμέτερον ἄνθρωπον· εἰ μὲν διὰ βρεβελεγίων τῶν προγόνων ἡμῶν ἢ ἡμετέρων, ἢ δι' ἄλλων τινῶν νομίμων ἐγγράφων, εἴτε διὰ μαρτύρων ἀξιοπίστων καὶ πάσης ὑποψίας κρειττόνων βεβαιῶσαι δυνηθῇ, ὅπερ αὐτὸς ἢ οἱ πρὸ αὐτȣ͂ προσεπορίσαντο τὴν δεσποτείαν τȣ͂ ἀπαιτȣμένου ἀνθρώπου, ἢ τῶν προγόνων αὐτȣ͂· 20

ἐὰν ὁ ἐναγόμενος ȣ̓δεμίαν παραγραφὴν ἀντιθήσῃ, καὶ βεβαιώσῃ, δι' ἧς δυνηθῇ ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς δεσποτείας αὐτȣ͂ ἐλευθερῶσαι, ὑπὲρ τȣ͂ ἐνάγοντος ὁ ἁρμόδιος δικαστὴς ἀποφῆναι σπȣδαζέτω. Εἰ δὲ νομίμȣς βεβαιώσεις ἐν τῷ δεσπανίῳ ȣ̓ δυνήσεται ἔχειν, ἀρκέσει τῷ ἐνάγοντι βεβαιῶσαι, ὅτι ὁ ζητȣ́μενος ἄνθρωπος τοῖς καιροῖς τῶν ῥηγάδων τῶν πρὸ ἡμῶν, τοῖς προγόνοις αὐτȣ͂ ἢ αὐ-30τῷ ὅρκον πίστεως ἢ ἀνθρωπότητος ἐποίησε τοῖς

ἐνάγȣσι· κ̔ ὅτι ἀπὸ τȣ͂ καιρȣ͂ τῶν πρὸ ἡμῶν ῥηγάδων μέχρι ἐκείνȣ τȣ͂ καιρȣ͂ ἐν ᾧ ζήτησιν ἐποίησεν ὁματζίȣ, διακράτησίν τινα παρὰ τȣ͂ ἄκτωρος ἐκράτησεν, μή πως ἀντὶ παρακατατιθεμένȣ νομισθείη μᾶλλον ἤπερ βασσάλλος· ἅτινα πάντα ἐπὶ ςρατιωτῶν κ̔ βαρȣνίων περὶ 40βασσαλατζίȣ βȣλόμεθα τηρηθῆναι. Τῶν προειρημένων ἁπάντων, ἢ τινος τῶν προειρημένων ἐκλελοιπότων, ὁ ἐναγόμενος ἀμέσως καταλιμπανέσθω τῇ κοινῇ δεσποτείᾳ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος. Ε'ν ἅπασι δὲ τὸ τῆς ἐλευθερίας

prædictis libertatis favorem, ac interpretationem benignam pro libertate in dubiis faciendam, prout veteribus legibus est inductum, integre reservamus.

ρίας προνόμιον ϗ τὴν αὐτῆς φιλανθρωποτέραν ἑρμηνείαν ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας γενησομένην. καθὼς τοῖς παλαιοῖς νόμοις περιέχεται, τελείως παραφυλάττομεν.

TIT. XXXVII.

Qualiter Campiones tenentur pugnare.

IDEM.

NVllus Campio, si devictus fuerit [ad faciendum bellum], denuo pro aliquo admittatur, nisi pro se, non cum ipse impetit alium, sed cum fuerit ab aliquo impetitus. Statuimus præterea, ut amodo Campiones habeant clavas æquales, non spinosas, nec cum aguzonibus, nec habentes cornua [, nec ex parte fustis ad modum unguis].

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΖ.

Περὶ ἡττηθέντων πολεμάρχων.

ΜΗδεὶς πολέμαρχος ὅστις ἅπαξ ἡττημένος εἴη, προσδεχέσθω παρά τινος, εἰ μὴ ἴσως ὑπὲρ αὐτȣ̃ μόνȣ, καὶ ȣ̓χ ὅταν αὐτὸς ἄλλȣ τινὸς κατηγορεῖ, ἀλλ' ὅταν αὐτὸς παρ' ἄλλȣ ἐνοχληθῇ. Ὁρίζομεν δὲ πρὸς τȣ́τοις ἵνα ἀπὸ τȣ̃ νῦν οἱ πολέμαρχοι ἔχȣσι σιδηρὰς ῥάβδȣς, ȣ̓χὶ δὲ τραχείας ȣ̓δὲ κέρατα ἐχȣ́σας, μήτε τὸν σειλιόν ἐχȣ́σας ὀξύν.

TIT. XXXVIII.

De sacramento præstando a Campionibus.

IDEM.

PRæsenti lege decernimus, ut Campiones amodo postquam circulum pugnatorium fuerint, prout est moris, ingressi, corporalia subeant sacramenta, quod juxta probabilem credulitatem eorum credunt dominos, pro quibus pugnam intraverint, veritatem fovere; & non per calumniam, seu per astum, ad accusationem propositam, vel defensionem adhibitam processisse: & quod cum omni virtute, & potentia, studio, & vigore partes, pro quibus pugnaverint, adjuvabunt. Pugilibus etiam [expressius] inhibemus, quod se non debeant invicem affidare, quod manibus, vel dentibus, & modis quibuslibet poterunt, alter alterum non offendat: immo unus ad confusionem alterius ex toto posse conetur.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΗ.

Περὶ τȣ̃ ὅρκȣ τῶν πολεμάρχων.

ΤΩ͂ παρόντι νόμῳ ὁρίζομεν, ἵνα οἱ πολέμαρχοι ἀπὸ τȣ̃ νῦν, μεθ' ὃ τὸν κύκλον τῆς μονομαχίας ὑπεισέλθωσιν, ὡς ἔθος ἐςὶν, σωματικȣ̀ς ποιήσωσιν ὅρκȣς· ὅτι κατὰ τὴν δεδοκιμασμένην πίςιν αὐτῶν ἐλπίζȣσι τȣ̀ς κυρίȣς ὑπὲρ ὧν τὸν πόλεμον ὑπεισέρχονται, δίκαιον χειροκρατῆσαι, ϗ μὴ παραγενέσθαι πρὸς τὴν προτιθεμένην κατηγορίαν, ἢ δεχομένην δεφενσίονα κατὰ συκοφαντίαν, ἢ συναρπαγὴν κακίας· ϗ ὅτι μετὰ πάσης ἰσχύος ϗ δυνάμεως ϗ ἐπιμελείας ϗ θάῤῥȣς, τὰ μέρη περὶ ὧν πολεμȣ̃σι, βοηθήσωσι. Τοῖς πολεμάρχοις δὲ κωλύομεν ἵνα μὴ πιςώσωσιν ἑαυτȣ̀ς τȣ̃ μὴ βλάψαι, ἕτερος τὸν ἕτερον, χερσὶν, ὀδȣ̃σι ϗ ἄλλοις τισὶν οἷς δυνήσονται· ἀλλ' ὁ εἷς πρὸς τὴν τȣ̃ ἑτέρου κατάλυσιν διϊσχυρισθήσονται.

T I T. XXXIX.

De fraude, & dolo Campionum.

IDEM.

SVmmo periculo, quod ex pugilum fraudibus, inertia, [vel levi timore] hactenus contingebat, provisione necessaria succurrentes, decernimus, Vt si is, qui pugnæ pro tempore præfuerit, videatur cum aliorum consilio, qui tunc temporis inveniantur esse præsentes, quod Campio in pugnando fraudem adhibeat aut segnitiem manifestam, vel quod melius potuerit se defendere, nec tam cito in recredentis vocem erumpere debuisset: si quidem is, pro quo pugnat, accusatus extiterit, cum si pugnæ succumbat, mori debeat, utpote, reus habitus criminis majestatis, vel de homicidio absconso convictus, Campio similiter periculum mortis incurrat. Ceterum si is, pro quo pugnat, accusat; quia dolorem justum prosequitur pater forte, vel mater, aut filius de morte suorum; qui succumbit in pugna, mori non debet: cum nec ad pugnam fuisset admissus, nisi quia ipsum justi doloris impetus, & indiciorum præcedentium probatio admiserunt. Campio tantum manum amittat; quam exigente legitima pœna perjurii, quilibet alius scienter perjurus amittat. Videbatur etenim impium in causa præsenti capitali supplicio subjacere Campionem, cum is, cujus causam principaliter agit, per casum suum periculo capitis non succumbat. In crimine tamen læsæ majestatis accusatorem etiam, qui in pugna succumbat, sicut & reum, si succubuisset in ea, ultimo supplicio subjugamus.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΛΘ.

Περὶ ποινῆς τοῦ δόλου τῶν πολεμάρχων.

ΜΕτὰ μεγάλου κόπου διορθοῦντες ἀναγκαιοτάτῃ προθεωρίᾳ ἐκεῖνο ὅπερ κατὰ τὸν ὄπισθεν καιρὸν συνέβαινε δόλῳ καὶ ἀμελείᾳ τῶν πολεμιστῶν, ὁρίζομεν, ἵνα εἴ τις 10 ἀπὸ τῶν πολεμιστῶν, ἐν τῷ πολεμεῖν δόλον ἢ φανερὰν ἀμέλειαν πλημμελήσῃ, μετὰ βουλῆς τῶν ἄλλων οἵτινες τῷ τότε καιρῷ παρόντες εὑρεθήσονται, ἢ ὅτι κρειττοτέρως ἠδύνατο πολεμῆσαι, καὶ ὅτι οὐ τοσοῦτον ταχέως ὤφειλεν ἐλθεῖν πρὸς τὴν τῆς ῥεκρεδεντζίονος φωνήν· ἐὰν ἐκεῖνος, ὑπὲρ οὗ ὁ πόλεμος ἐγένετο, κατηγορούμενος ἦν, ὑπὲρ οὗ ἐφαρμοττούσης τῆς μονομαχίας ὤφειλεν, ὡς περὶ καθωσιώσεως κατηγορηθεὶς ἢ περὶ κρυφίου 20 φόνου, θάνατον ὑποστῆναι, ὁ τούτου πολεμιστὴς ὁμοίως θάνατον ὑποστήτω. Εἰ δὲ ἐκεῖνος κατηγορήσει, ὑπὲρ οὗ πολεμεῖ, πατὴρ ἴσως ὢν ἢ μητὴρ ἢ υἱὸς, δίκαιον πόνον καὶ θλῖψιν ὑπὲρ θανάτου τῶν ἑαυτῶν ἰδίων διεκδικῶν, καὶ ἐν τῇ μονομαχίᾳ ἡττώμενος θανεῖν οὐκ ὀφείλει· ἐπειδὴ οὐδὲ πρὸς μονομαχίαν ἐδέχετο, εἰ μὴ ὅτι ὁ θυμὸς τῆς δικαίας θλίψεως καὶ ἡ βεβαίωσις τῶν προηγησαμένων τεκμηρίων ἐδέξαντο· ὁ πολεμι- 30 στὴς τὴν χεῖρα μόνον ἀποβαλλέτω, ἣν οἱοσδήποτε ἄλλος ἀποβαλλέτω ἐν γνώσει ἐπίορκος ὤν. Ὑπολαμβάνεται γὰρ ἀπηνὲς εἶναι τῇ παρούσῃ αἰτίᾳ τὸν πολεμιστὴν κολάζεσθαι· ἐπειδὴ ἐκεῖνος οὗτινος τὴν ὑπόθεσιν πριγκιπαλίως διεκδίκει, διὰ τὴν οἰκεῖαν ἧτταν κεφαλικὴν τιμωρίαν ὑποστῆναι οὐκ ὤφειλεν. Ἐν δὲ τῷ περὶ τυραννίδος ἐγκλήματι τὸν κατηγοροῦντα, εἰ ἐν τῇ μονομαχίᾳ ἡττηθῇ, καθὼς καὶ τὸν ῥέον ἡττηθέντα, τελευταίῳ κιν- 40 δύνῳ καθυποβάλλομεν.

TIT. XL.

De qualitate & ætate pugnatorum.

IDEM.

Consuetudinem pravam & a tramite rationis cujuslibet alienam, quæ in Regno nostro obtinuit hactenus, funditus extirpantes statuimus, Ut is, qui alii pugnam obtulerit, in his casibus, in quibus est pugnæ judicium reservatum, juxta conditionem & qualitatem illius pugnare debeat, quem convincere per oblatam pugnam intendit, non ut olim, ad electionem illius, qui ipsam pugnam obtulerit, fieri debere. Præmeditari namque debet primitus accusator, & secum perpensa deliberatione pensate, quis & qualis conditionis existat is, cui pugnam intendit offerre, & reus, qui favorem a jute prometuit, & præter spem omnem ad pugnæ dispendium advocatur, cum se defendat ab alio propulsatus, suæ defensionis modum non debet amittere per eum, qui antequam veniret ad pugnam, consilio forsitan fraudulento tractaverat impugnationis speciem contra omnem veritatem, aliquando confundere valeat accusatum; sed si miles fuerit is, qui pugna impetitur, & eques se voluerit defendere, adversarius ejus quamvis miles non sit, eques similiter ipsum impugnet. [E contrario si pedes fuerit, qui se defendete nititur, licet is, qui pugnam obtulerit, fuerit miles, non ut miles, sed ut quilibet alius pugil accusatum impugnet.] Defendentis se namque debet esse electio, qualiter melius se defendete valeat ab alio impetitus. Illud etiam præsenti sanctioni duximus adnectendum, ut [si is, qui pugnam obtuletit, læsus fuerit in aliqua parte sui corporis, propterea is, qui pugna impetitur, in nullo suæ defensionis auxilium minorabit. Ceterum] si im-

In Codice Græco

ΚΕΦ. Μ.

Περὶ τȣ͂ ἔχειν ἐπιλογὴν τὸν κατηγορȣ́μενον, ὡς βȣ́λεται πολεμεῖν.

ΤΗ'ν κακίστην συνήθειαν ϗ τὴν ἐκ τῆς ὁδȣ͂ τȣ͂ δικαίȣ ἐγκλίνουσαν, ἥτις ἐν τῷ ἡμετέρῳ κράτει κατὰ τὸν ὄπισθεν καιρὸν ἐνκράτει, παντελῶς ἐκριζȣ͂ντες ὁρίζομεν, 10 ἵνα ὁ προφέρων ἄλλῳ τινὶ πόλεμον ἐν ἐκείνοις τοῖς θέμασιν, ἐν οἷς πολέμȣ κρίσιν παρεφυλάξαμεν, κατὰ τὴν αἵρεσιν καὶ ποιότητα ἐκείνȣ πολεμῆσαι ὀφείλει, ὃν διὰ πολέμȣ νικῆσαι ἐπιθυμεῖ· ϗ ȣ̓ κατ' ἐπιλογὴν τȣ͂ προσφέροντος τὸν πόλεμον, καθὼς τὸ πρότερον ἐγένετο, ἡ μονομαχία γενέσθω. Ὀφείλει γὰρ πρότερον προβλέπειν ὁ κατηγορῶν, ϗ καθ' ἑαυτὸν μεριμνᾷν, οἵας αἱρέσεώς ἐστιν ἐκεῖνος καθ' ȣ͂ τὴν μονομα- 20 χίαν ἐπιφέρει· μηδὲ ὁ ῥέος ὁ παρὰ τȣ͂ δικαίȣ θαλπόμενος, ϗ χωρὶς πάσης ἐλπίδος ἀνακαλούμενος, ἡνίκα παρ' ἄλλου ὀχληθῆ ἑαυτὸν δεφενδεύων, τὸν τύπον τῆς αὐτȣ͂ δεφενσίονος ἀπολλύειν ȣ̓κ ὀφείλει· ὃς πρὸ τȣ͂ ἐλθεῖν εἰς μονομαχίαν, ἴσως δολερᾷ βȣλῇ, ἤπερ κατηγορίας δυνήσειε τὸν κατηγορȣ́μενον ἀφανίσαι. Εἰ δὲ ϛρατιώτης εἴη ὁ διὰ πόλεμον ἐνοχλȣ́μενος, ϗ ἔφιππος πολεμῆσαι θελήσει, ὁ ἀντίδικος αὐτȣ͂, εἴπερ ȣ̓κ 30 εἴη ϛρατιώτης, ἔφιππος ὁμοίως αὐτὸν πολεμήσει.

Τȣ͂ γὰρ δεφενδευομένου ὀφείλει εἶναι ἡ ἐπιλογὴ πῶς βȣ́λεται ἑαυτὸν δεφενδεῦσαι. Κἀκεῖνο δὲ τῇ παρόσῃ διατάξει προ- 40 ϛίθεμεν, ἵνα

ἐὰν

ſi impetitus forte ſit læſus in quacunque parte corporis, quæ neceſſaria ſit ad pugnandum :.is qui eam obtulit, in ea parte ſe debilitare debebit, in qua debilitatus eſt, cui duellum offertur : veluti ſi unum tantum oculum habeat impetitus, is qui pugnam offert, aliquibus diebus antea illum oculum appoſito aliquo ſibi claudet, in quo pati dignoſcitur accuſatus. Similiter & in digitis, & in membris aliis hoc volumus obtinere, juxta proborum virorum conſilium, & diſcretionem providam judicantis. Nec illud prætermittendum vidimus, quod neceſſario gratiam noſtræ benignitatis expoſcit: ut qui ætatis annum ſexageſimum [tetigerunt], & qui nondum xxv. annorum circulum impleverunt, per ſe pugnare minime teneantur ; ſed poſſint ad defenſionem ſuam, non cum alios impetunt, ſubjicere Campiones, ne vel ætates [in altero] naturali frigeſcente calore, vel juvenalis virtutis [in altero] robore non impleto, non tam incerto, quam periculoſo pugnæ judicio, quod eſſet aſperrimum, relinquamus.

ἐὰν ὁ κατηγορούμενος βλαβῇ ἔν τινι μέρει τοῦ σώματος ὅπερ ἀναγκαῖον εἴη αὐτῷ πρὸς τὸν πόλεμον, ἐκεῖνος ὁ τὸν πόλεμον προσφέρων ὀφείλει βλάψαι ἑαυτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος, ἐν ᾧ ἀσθενής ἐστιν ἐκεῖνος ᾧτινι τὸ δούελλον προσκομίζεται· ἤγουν ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχει ἐκεῖνος, ὅτινι τὸ δουέλλον προσκομίζεται, ὁ προσφέρων τὸν πόλεμον, τισὶν ἡμέραις τὸν ὀφθαλμὸν ἀφανιζέσθω, ἐπιτιθεμένου τινὸς καλύμματος, ἐν ᾧ πάσχει ὁ κατηγορούμενος· ὁμοίως καὶ ἐν δακτύλοις καὶ ἄλλοις μέλεσι θέλομεν τοῦτο παρατηρεῖσθαι, κατὰ τὴν βουλὴν τῶν φρονίμων ἀνδρῶν καὶ τὴν διάκρισιν τοῦ δικάζοντος. Οὐδὲ κἀκεῖνο καταλιμπάνομεν ὅπερ ἀναγκαίως ἡ χάρις τῆς ἡμετέρας εὐσπλαγχνίας ἐπιζητεῖ· ἵνα ὁ πληρώσας τὸν ἑξηκοστὸν ἐνιαυτὸν καὶ ὁ μὴ πληρώσας τὸν εἰκοστὸν πέμπτον, δι' ἑαυτῶν πολεμῆσαι μηδαμῶς κρατηθῶσιν· ἀλλὰ δυνήσονται τιθέναι πολεμιστὴν χάριν τῆς ἑαυτῶν δεφενσίονος, καὶ οὐχ ὅταν αὐτοὺς ἄλλοι ἐνοχλοῦσιν, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ψυχραινομένης τῇ φυσικῇ συνοχῇ, ἢ τῆς νέας ἰσχύος οὐ τελειουμένης, οὐ τοσοῦτον ἐν ἀμφιβόλῳ ὅσον ἐν κινδύνῳ τῇ κρίσει τοῦ πολέμου, ὅπερ ἦν ἀπηνέστερον, τούτους ἐγκαταλείψωμεν.

T I T. XLI.

De reſtitutione mulierum.

REX ROG.

MVlieribus, ubi non modice læſæ ſunt propter fragilem ſexum, legum æquitatem ſectantes, tam per nos, quam per officiales noſtros [viſceribus pietatis] ſubveniendum eſſe decernimus, ſicut & decet, quatenus & oportet.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΜΑ.

Περὶ τοῦ συντρέχειν ταῖς γυναιξὶ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν.

ὉΡίζομεν συντρέχειν ταῖς γυναιξὶν, καθὼς δεῖ καὶ ὅσον δεῖ, ἡνίκα οὐ μικρὰν βλαβὴν ὑποστήσονται διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ἐπακολουθοῦντες τῷ δρόμῳ τοῦ δικαίου, τοσοῦτον δι' ἡμῶν ὅσον καὶ διὰ τῶν ἡμετέρων ὀφφικιαλίων.

TIT. XLII.

In

TIT. XLII.

De restitutione minorum.

IMPER. FRE.

Minorum jura, qui in judiciis, vel extra judicia [immodice] læsi probantur, præcipimus inviolata servari, quibus in illis casibus tantum succurrimus beneficio in integrum restitutionis indulto, in quibus eisdem leges veteres succurrebant, videlicet, si facilitate sui, vel tutorum, curatorum, [baliorum, seu etiam procuratorum] fraude, vel negligentia, aut dolo adversariorum suorum læsi probantur. Eis autem [delinquentibus,] si delictum procedat ex animo, nisi quatenus miseratio ætatis judicem moverit, minime subvenimus. Illud etiam [expressim] constitutione præsenti duximus admittendum, ut in causis non tantum civilibus, verum etiam [criminalibus, &] publicis, tutorum vel curatorum seu bajulorum auctoritas ipsis assistat. Abundantiorem etiam providentiam de sinu gratiæ nostræ [pupillis] volumus impartiri: ut causas criminales & publicas, etiam per tutores, aut curatores eorum [ad lites datos] in judicium deducere valeant, dum suam vel suorum injuriam prosequuntur, sive accusent, sive ab aliis accusentur, pœnis [ex accusationibus] debitis, Constitutionibus nostris & antiquo jure statutis, personis principalibus infligendis. Minores autem tam masculos quam fœminas intelligimus eos, easve, qui, vel quæ nondum ætatis suæ decimum octavum annum excesserint: quo completo, ipsos tam in contractibus, quam in judiciis, & in omnibus perfectæ ætatis volumus reputari.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΜΒ.

Περὶ ἀποκαταςάσεως ἐλαττόνων.

ΤΑ` τῶν ἐλαττόνων δίκαια, οἵτινες ἐν τοῖς δικαςηρίοις ἢ ἔξω τῶν δικαςηρίων βεβαιῶσιν ἑαυτοὺς βεβλάπται, ὁρίζομεν ἀμείωτα τηρηθῆναι· οἷς τισιν ἐν ἐκείνοις τοῖς 10 θέμασι βοηθοῦμεν τῇ βοηθείᾳ τῆς εἰς ἀκέρεον ἀποκαταςάσεως, ἐν οἷς τὰ παλαιὰ δίκαια παρεῖχον αὐτοῖς βοήθειαν· τουτέςιν εἰ διὰ τὴν ἑαυτῶν ἐλαφρότητα, ἢ τουτώρων ἢ κυρατόρων δόλῳ ἢ ἀμελείᾳ, ἢ δόλῳ τῶν αὐτῶν ἀντιδίκων βεβλάπται βεβαιωθῶσιν. Ἡνίκα δὲ τὸ ἁμάρτημα ἐκ ψυχῆς πονηρᾶς προέρχεται, οὐδαμῶς αὐτοῖς βοηθοῦμεν· εἰ μὴ ὅσον εὐσπλαγχνία τῆς ἡλικίας κινήσῃ τὸν δικαςήν. Κἀκεῖνο τῇ παρούσῃ διατάξει 20 προςίθεμεν, ἵνα οὐ μόνον ἐν τοῖς χρηματικοῖς δικαςηρίοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πουβλίκοις, μὴ προσόδης τῆς τῶν τουτώρων ἢ κυρατώρων ἢ βαλιούρουμ αὐθεντίας, ἀφθονωτέραν πρόνοιαν παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος παραχθῆναι βουλόμεθα· ἵνα τὰς ἐγκληματικὰς ὑποθέσεις καὶ πουβλίκας διὰ τῶν κουρατώρων αὐτῶν δυνήσονται ἐν δικαστηρίῳ κινῆσαι, καὶ τῶν ἑαυτῶν ἰδίων ὕβριν διεκδικῆσαι, εἴτε ἐνάγουσιν, εἴτε πάρ' ἄλλων 30 κατηγορηθῶσι, τῶν ὀφειλομένων ποινῶν, αἳ ταῖς ἡμετέραις διατάξεσι περιέχονται, καὶ τῷ παλαιῷ νόμῳ, τοῖς πριγκιπαλίοις προσώποις ἐπιτιθεμένων. Τοὺς ἐλάττονας δὲ νοοῦμεν τοσοῦτον ἄῤῥενας ὅσον καὶ θηλείας, ἐκείνους καὶ ἐκείνας, οἵτινες ἢ αἵτινες οὐ παρῆλθον τὸν ὀκτωκαιδεκατὸν ἐνιαυτὸν, οὗτινος πληρωθέντος, αὐτοὺς ἢ αὐτὰς ὅσον ἄῤῥενας καὶ θηλείας, τοσοῦτον ἐν συναλλάγμασιν, ὅσον καὶ ἐν δικαςηρίοις καὶ ἐν ἅπασι τελείως λογί- 40 ζεσθαι βουλόμεθα.

T I T. XLIII.

De restitutione reipublicæ.

IDEM.

BEneficium restitutionis [in integrum] nostræ reipublicæ in judiciis, & contractibus, antiquis legibus reservatum, non ipsi præcidimus, sed illud nobis integre reservamus [, sanctioni præsenti manifestius inserentes], Vt ad petendam restitutionem eandem speciale mandatum, quod in minoribus, & mulieribus exigitur, quorum procuratores, & defensores restitutionem implorant, a procuratoribus statutis a nobis, vel a Magistro Justitiario [nostro], aut regionum Justitiariis, quibus in causis nostris civilibus, & criminalibus statuendi procuratores, & defensores concedimus facultatem, nullatenus exigatur.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΜΓ.

Περὶ ἀποκαταστάσεως τοῦ δημοσίου.

ΤΗ'ν τῆς ἀποκαταστάσεως βοήθειαν τοῦ ἡμετέρου δημοσίου τὴν παραφυλαχθεῖσαν ἐν τοῖς παλαιοῖς νόμοις, ἐν συναλλάγμασι καὶ ἐν δικαστηρίοις ἡμεῖς οὐκ ἀφαιροῦμεν, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον παραφυλάττομεν,

ἵνα πρὸς τὸ ἀπαιτῆσαι τὴν τοιαύτην ἀποκατάστασιν, ἰδικῶν μανδάτον, ὅπερ τοῖς ἐλάττοσι καὶ ταῖς γυναιξὶν ἐπιζητεῖται, ὑπὲρ ὧν οἱ προκουράτωρες καὶ δεφένσωρες ἀποκατάστασιν αἰτοῦσι, παρὰ τῶν κουρατόρων τῶν παρ' ἡμῶν τετυπωμένων, ἢ παρὰ τοῦ μαΐστορος δικαιώτου ἢ τῶν δικαιωτῶν τῶν ἐπαρχιῶν, οἷς δίδομεν ἄδειαν ἐν ταῖς ἡμετέραις ὑποθέσεσι χρηματικαῖς ἢ ἐγκληματικαῖς τυπῶσαι προκουράτωρας ἢ δεφένσωρας, μηδαμῶς ζητηθῇ.

T I T. XLIV.

De in integrum restitutione mulierum.

IDEM.

OBscuritatem legis divi Regis Rogerii avi nostri de restituendis mulieribus editam declarantes, Mulieres Longobardorum seu Francorum jure viventes, [in judiciis tantum] restituendas esse sancimus, cum per negligentiam vel fraudem mundualdorum, seu procuratorum suorum, [enormiter] læsæ probantur, & adversus prædictos [mundualdos, vel procuratores], dum forte non sint solvendo, indemnes servari non possunt. Idem si propter nimiam simplicitatem ipsorum enorme damnum incurrant: nam licet [præscriptorum] simplicitas ipsos excuset: simplicitas tamen eorum in damnum mulierum reverti non debet. In contractibus autem, in quibus non tam

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΜΔ.

Περὶ ἀποκαταστάσεως γυναικῶν.

ΤΗ'ν ἀσάφειαν τοῦ νόμου τοῦ ῥηγὸς Γουλιέλμου, τοῦ ἡμετέρου πάππου, τὴν γενομένην περὶ ἀποκαταστάσεως γυναικῶν σαφηνίζοντες, τὰς γυναῖκας εἴτε λογγιβάρδῳ, εἴτε δικαίῳ τῶν Φράγκων πολιτευομένας, ἡνίκα δι' ἀμέλειαν ἢ δόλον τῶν μουνδουαλδόρων ἢ τῶν αὐτῶν προκουρατόρων ζημιωθῶσι, καὶ κατὰ τῶν προειρημένων διὰ πενίαν ἴσως, τὸ ἀζήμιον αὐταῖς περιποιεῖσθαι οὐ δυνατὸν, ἀποκαθίστασθαι βουλόμεθα· ὁμοίως καὶ εἰ διὰ μεγάλην αὐτῶν ἁπλότητα ζημίαν ὑποστῶσι. Κἂν γὰρ ἡ ἁπλότης τούτους ἐξσκουσατεύει, ὅμως οὐκ ὀφείλει εἰς ζημίαν τῶν γυναικῶν περιστρέφεσθαι.

Ε'ν τοῖς συναλλάγμασι δὲ, ἐν οἷς οὐ τοσοῦτον αὐ-

ται

tam ipsæ præsentes esse possunt, quam & aliorum præsentiam judicum, & mundualdorum, atque procuratorum habere, ipsis non vidimus succurrendum: nisi forte per circumventionem, aut fragilitatem sexus immoderatam dotem, ultra [patrimonium, vel ultra] vires patrimonii sui videlicet, promisisse, vel constituisse probentur. Casus etiam, in quibus antiqua jura mulieribus jus ignorantibus succurrebant in suo robore reservamus; videlicet, si per errorem, non precio accepto, ab accusatione desistant; si incestus crimen per ignorantiam juris committant; [vel si instrumenta edenda per fragilitatem sexus ignorantes non edant]. Succurritur etiam eis, si in satisdationibus in judiciis præstandis per juris ignorantiam inveniantur esse deceptæ; item si solverint ex intercessione, ignorantes se beneficio Vellejani munitas. Quos omnes, & si quos alios probata juris antiquitas introduxit, in suo robore volumus remanere.

ταὶ συμπαρῆναι οὐ δύνανται, ὅσον παρουσίαν ἄλλων κριτῶν καὶ μουνδουαλδώρων ἢ προκουρατώρων ἔχειν, αὐταῖς βοηθῆσαι οὐ προεγνώκαμεν· εἰ μὴ ἴσως διὰ τὴν ἀπάτην ἢ σαθρότητα τῆς φύσεως ἄμετρον προῖκα ὑπὲρ τὴν ποσότητα τῆς πατρῴας κληρονομίας ὑπεσχέθησαν, ἢ διατυπώσασθαι βεβαιωθεῖεν. Τὰ θέματα δὲ ἐν οἷς τὰ πάλαια δίκαια ταῖς ἀπατωμέναις γυναιξὶν ἐβοήθουν, ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύει παραφυλάττομεν· ἤγουν εἰ διὰ πλάνην τιμήματος δεξαμένου τῆς κατηγορίας ἀποστῶσιν, ἢ τὸ ἔγκλημα τῆς ὁμομιξίας δι' ἄγνοιαν νόμου ἀποβάλωσι.

Βοηθοῦμεν δὲ αὐταῖς εἰ περὶ τὰς ἱκανοδοσίας τὰς διδομένας ἐν δικαστηρίῳ δι' ἄγνοιαν νόμου πλανηθῶσι, καὶ αὖθις εἰ δώσουσί τι περὶ ἐγγυήσεως, ἀγνοοῦσαι τὴν βοήθειαν τοῦ βελλεάνου δόγματος. Ταῦτα δὲ τὰ θέματα καὶ ἄλλα τινὰ παρὰ τοῦ παλαιοῦ δικαίου ἐφευρεθέντα τῇ ἰδίᾳ ἰσχύει θέλομεν παραμένειν.

TIT. XLV.

De alienationibus rerum in judicio deductarum.

IDEM.

EOrum fraudibus occurrentes, qui res mobiles vel immobiles, seu etiam incorporales ante litem contestatam, vel etiam ante citationem factam, in alium quomodolibet potentiorem transtulerit causa mutandi judicii, decernimus ipsos, non ut olim, tantum ad interesse, cujus probatio est difficilis & incerta, sed in tertia æstimationis rei, quam transtulerit, condemnari, quam sacro nostro ærario præcipimus applicari. Quod si post litem motam res in judicium litigiosi cadentes aliquis scienter transtulerit,

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΕ.

Περὶ τῶν εἰς δυνατοὺς τὰς δίκας μεταφερόντων.

Fratribus ob dotes sororum suarum, si mobilia, vel hereditagia non habeant, sororibus suis partem feudi permittimus obligare: & si etiam tria feuda, aut plura habeant, unum ex eis in dotem sorori dare possunt. Vt tamen in omnibus supradictis, quando feudum alienatur, vel obligatur, aut in dotarium constituitur, matrimonium ipsum de speciali nostra licentia contrahatur. Aliter omnes conventiones nullas vires habebunt.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΖ.

Περὶ τοῦ ἐνοχοποιεῖν τοὺς βαρουνίους μέρος τοῦ φίου χάριν τῆς προικὸς τῶν ἀδελφῶν.

Χάριν τῆς προικὸς τῶν οἰκείων ἀδελφῶν, εἰ κληρονομιαῖα πράγματα οὐκ ἔχουσι, παραχωροῦμεν τοῖς βαρουνίοις μέρος τοῦ φίου ἐνοχοποιῆσαι. Εἰ δὲ τρία ἢ πολλὰ φία ἔχουσιν, ἓν ἐξ αὐτῶν δύνανται δοῦναι ἐν προικὶ τῇ αὐτῶν ἀδελφῇ. Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς προειρημένοις ἡνίκα τὸ φίον ἐκποιεῖται ἢ ἐνοχοποιεῖται, ἢ δουδάριον γίνεται, τὸ συνοικέσιον γενέσθω δι' ἡμετέρου ἰδικοῦ ἐντάλματος. Ἄλλως δὲ εἰ γενήσεται, πᾶσαι αἱ ἐνοχαὶ οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχουσιν.

TIT. XVIII.

De assecuratione dominorum a vasallis.

IMPE. FRE.

Domini a vasallis suis assecurari debent, videlicet de vita, membris & ca-

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ τοῦ ὅρκου τῶν βασσάλλων.

Οἱ δεσπόται ὀφείλουσι παρὰ τῶν ἑαυτῶν βασσάλλων [δι' ὅρκου] πιστωθῆναι, ὑπὲρ ζωῆς

& captione corporis sui, & terreno honore; consilium, quod eis crediderint, nulli revelent, & si aliquod sinistrum de eis audierint, quod per se, vel per alium disturbare non possunt, eis aut aliis pro parte eorum, per se, vel per alios, quam citius poterunt, nunciare curabunt; non erunt in arte, consilio, vel consensu qualiter domini terram, quam habent, amittant; immo eam ipsis, contra omnem hominem defendere pro posse curabunt, salvo per omnia fidelitate, mandato, & ordinatione nostra, & heredum nostrorum.

ζωῆς ϗ μελῶν ϗ κρατήσεως τȣ̃ ἰδίου σώματος, τρίτον δὲ καὶ περὶ τῆς τιμῆς αὐτῶν· βȣλὴν ἣν αὐτοῖς καταπιςεύȣσιν, ȣ̓δενὶ φανερώσȣσι, ϗ ἐὰν τι κακὸν ἀκȣ́σȣσι περὶ αὐτῶν, ὅπερ δι' ἑαυτȣ̃ ἢ δι' ἄλλȣ ȣ̓ δυνήσεται καταπαῦσαι, αὐτοῖς ἢ ἄλλοις ἐκ μέρȣς αὐτῶν ἢ δι' ἄλλων δηλωποιῆσαι φροντίσουσιν. Οὐχ εὑρήσȣσι δὲ τέχνην, βȣλὴν, ȣ̓́τε συναινέσȣσιν, ὅπως οἱ δεσπόται τὴν γῆν ἣν ἔχȣσιν ἀποβάλωσιν· ἀλλὰ φροντίσȣσιν κατὰ δύναμιν δεφενδεύειν αὐτὴν κατὰ παντὸς προσώπȣ, σωζομένης ἐν ἅπασι πίςεως μανδάτȣ ϗ διατυπώσεως ἡμετέρας ϗ κληρονόμων ἡμετέρων.

TIT. XIX.

De fidejussione dominorum a vassallis.

IDEM.

SI vasallus a domino suo publice requisitus pro eo fidejubere noluerit, vel felloniam contra ipsum, filios vel uxorem commiserit, vel servitium, quod ei debet, ter submonitus non præstiterit, vel rationem pro eo in Curia sua conquerentibus de eo, quod ad dominum spectat, per sententiam judicis facere noluerit, dominus potest de eo, quod tenet ab ipso, ipsum per exguardium disfasire.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΞΘ.

Ἐν ὁποίοις θέμασιν οἱ βασσάλλοι ἀπόλλυȣσι εἴ τι δ' ἂν κρατȣ̃σι παρὰ τῶν δεσποτῶν αὐτῶν.

ΕἊν ὁ βασσάλλος ἀναζητηθεὶς φανερῶς παρὰ τȣ̃ ἑαυτȣ̃ δεσπότȣ μὴ βȣληθῇ αὐτὸν ἐγγυήσασθαι, ἢ δόλον ποιήσει κατ' αὐτȣ̃ ἢ κατὰ τῆς γυναικὸς αὐτȣ̃, ἢ κατὰ τῶν υἱῶν αὐτȣ̃· ἢ ἐὰν τὴν δȣλείαν ἣν αὐτῷ μέλλει ποιῆσαι, ἐκ τρίτȣ ἀναζητάμενος ȣ̓ ποιήσῃ, ἢ δίκαιον ȣ̓ βȣ́λεται ποιῆσαι τῷ ἐνάγοντι κατ' αὐτȣ̃ ἐν τῇ κόρτῃ ὑπὲρ ἐκείνης τῆς ὑποθέσεως ἥτις τῷ δεσπότῃ ἀνήκει διὰ ἀποφάσεως τῶν δικαςῶν, δύναται ὁ δεσπότης μετὰ διασκέψεως ἀπεκδῦσαι τȣ̃ πράγματος ἐκείνȣ ὅπερ κρατεῖ παρ' αὐτȣ̃.

E contrario si dominus pro vasallo suo, qui sit in Curia criminaliter accusatus, de eo quod ad regiam majestatem non spectat, fidejubere noluerit, vel ipsum sine justa causa verberaverit, vel cum uxore sua adulterium commiserit, vel filiam ejus invitam defloraverit, ho-

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ο.

Ἐν ὁποίοις θέμασιν οἱ δεσπόται ἀπολλύȣσι τὸ ὁμάτζιον τῶν βελλάνων αὐτῶν.

ΕἊν ὁ δεσπότης ȣ̓ βȣ́λεται ἐγγυήσασθαι τὸν βασσάλλον αὐτȣ̃ ἐγκληματικῶς κατηγορȣ́μενον τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ περὶ ἁμαρτήματος ὃ πρὸς τὴν βασιλικὴν μεγαλοφροσύνην ȣ̓κ ἀφορᾷ· ἢ ἐὰν χωρὶς δικαίας αἰτίας τύψῃ, ἢ μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτȣ̃ μοιχεύσῃ, ἢ θυγατέρα αὐτȣ̃ ἀκȣσίως φθείρει,

τὸ

homagium ejus amittat, & homo prædictus [immediate] ad Curiam nostram pertineat.

τὸ ὁμάτζιον αὐτȣ̃ ἀπολέσει, καὶ ὁ ῥηθεὶς ἄνθρωπος τῇ κόρτῃ προσπορισθήσεται.

Τέλος τȣ̃ δευτέρȣ βιβλίȣ.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

TIT. XX.

De adjutoriis exigendis ab hominibus.

REX GVIL.

QVamplurium Regni nostri fidelium ad nos querela pervenit, quod Prælati Ecclesiarum, Comites, Barones, & Milites in necessitatibus suis pro suæ voluntatis arbitrio, ab hominibus suis adjutoria exigunt & extorquent. Volentes igitur tam duræ subjectorum nostrorum oppressioni misericorditer providere, statuimus, dominos nonnisi in subscriptis casibus ab hominibus eorum adjutorium petere; videlicet, in redimenda persona domini, si forte ab inimicis nostris in servitio nostro captus fuerit; pro faciendo filio milite; pro maritanda filia, vel sorore; pro emenda terra, videlicet una tantum vice, cum eam emerit pro servitio nostro, vel exercitus nostri, moderate tamen in his, quæ pro nostro corredo dantur. De Prælatis tamen Ecclesiarum statuimus, ut in his tantum casibus ab hominibus suis adjutorium petant; videlicet, pro consecratione sua; cum ad Concilium a domino Papa fuerint vocati; pro servitio exercitus nostri, siquidem in exercitu nostro fuerint; vel si vocemus eos, vel miserimus eos pro servitiis nostris; vel corredo nostro, cum in terris eorum nos hospitari, vel corredum ab eis recipere contigerit.

In omnibus prædictis casibus moderate tamen domini ab eis adjutorium exigant & requirant.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Α.

Περὶ τȣ̃ πότε ὀφείλȣσιν οἱ δεσπόται ζητεῖν βοήθειαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν.

ΓΟ'γγυσις ȣ̓κ ὀλίγων πιϛῶν τȣ̃ ἡμετέρȣ κράτȣς πρὸς ἡμᾶς ἀνήνεκται, ὅτι οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεϛῶτες, κόμητες ϗ βαρȣ̃νοι ἐν ταῖς ἑαυτῶν χρείαις κατὰ τὴν σκέψιν τῆς οἰκείας βȣλῆς, ζητȣ̃σι ϗ ἀφαιρȣ̃σι βοηθείας τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν. Θέλοντες τοίνυν φιλευσπλάγχνως προβλέψαι τῷ βάρει τῶν ὑπηκόων, ὁρίζομεν, τȣ̀ς δεσπότας μὴ δύνασθαι ἀπαιτῆσαι βοήθειαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν, εἰ μὴ ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις θέμασι· τȣτέϛιν, ἐπὶ τὸ ἐξαγοράσαι τὸ τȣ̃ δεσπότȣ σῶμα, εἰ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν ἐν ταῖς ἡμετέραις δȣλείαις κρατηθῇ· ἐπὶ τὸ ποιῆσαι υἱὸν ϛρατιώτην· ἐπὶ τὸ μνηϛεύσασθαι ἀνδρὶ τὴν ἑαυτῶν θυγατέρα ἢ ἀδελφήν· ἐπὶ τὸ ἀγοράσαι χώραν, τότε ϗ μόνον, ἡνίκα ταύτην ἀγοράσῃ διὰ τῆς ἡμετέρας δȣλείας, ἢ τῆς ἡμετέρας ϛρατείας, μεμετρημένως ὅμως ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν, ἅτινα δίδονται χάριν τῆς τȣ́των οἰκονομίας. Περὶ δὲ τῶν προεϛώτων τῶν ἐκκλησιῶν διατυπȣ̃μεν, ἵνα ἐν τȣ́τοις τοῖς θέμασι ζητήσωσι βοήθειαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν, τȣτέϛιν χάριν τῆς χειροτονίας αὐτȣ̃· ϗ ἡνίκα εἰς σύνοδον παρὰ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ Πάπα προκληθῶσι· διὰ δȣλείαν τῆς ἡμετέρας ϛρατείας, ἐὰν ἐν τῇ ϛρατείᾳ ὦσι· ϗ ἡνίκα ἡμεῖς καλέσωμεν αὐτȣ̀ς, ἢ ἀποϛείλωμεν αὐτȣ̀ς χάριν τῶν ἡμετέρων δȣλειῶν· ἢ διὰ τȣ̃ ἡμετέρȣ κοῤῥέδȣ, ἡνίκα συμβῇ καταντῆσαι ἡμᾶς ἐν ταῖς αὐτῶν χώραις, ἢ δέξασθαι παρ' αὐτῶν κȣῤῥέδον. Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς προειρημένοις θέμασι μεμετρημένως ζητήτωσαν βοήθειαν ϗ λαμβανέτωσαν:

TIT. XXI.

T I T. XXI.

De adjutoriis pro militia fratris.

IMP. FRE.

COmitibus, Baronibus, ac universis militibus Regni nostri, qui feuda tenent, concedimus facultatem pro militia fratris, cum Comes vel Baro, aut miles suis expensis militem fecerit, ab hominibus suis adjutorium exigere moderatum, pro facultatibus hominum & expensarum etiam quantitate. Tamen pro faciendo fratre milite non minus, quam pro sororibus maritandis, occasione eorum, quæ a communi patre frater major habere dignoscitur, ex debito teneatur. Et licet frater minor a familia fratris, fratre etiam contradicente, discesserit, dum forte ad fortunæ melioris compendium aspirat, rediens tamen quolibet tempore militiam sibi debitam absque alicujus repulsæ timore de bonis patris a fratre majore petere poterit & habere.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. Β.

Περὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ βαρώνου ζητοῦντος στρατείαν παρὰ τοῦ μειζοτέρου ἀδελφοῦ.

TΟῖς κόμησι καὶ βαρωνίοις καὶ πᾶσι τοῖς στρατιώταις τοῦ ἡμετέρου κράτους, οἵτινες κρατοῦσι Φία, κοινὴν παρέχομεν ἄδειαν, χάριν τῆς στρατείας τοῦ ἀδελφοῦ, ἡνίκα ὁ κόμης ἢ ὁ βαρῶνος ἢ στρατιώτης οἰκείαις ἐξόδοις στρατιώτην ποιήσῃ, βοήθειαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων αἰτῆσαι μεμετρημένην, κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ποσότητα τῆς ἐξόδου· ὅμως οὐκ ἔλαττον χάριν τοῦ ποιῆσαι ἀδελφὸν στρατιώτην. ὅσον καὶ διὰ τὸ συνάψαι ἀνδρὶ τὰς ἑαυτῶν ἀδελφὰς, ἃς ὀφείλει ὁ μειζότερος ἀδελφὸς ἐξ ὧν ἔχει πραγμάτων ἀνδρὶ συνάψαι· καὶ εἴπερ ὁ ἐλαττότερος ἀδελφὸς ἀναχωρήσει ἀπὸ τῆς Φαμιλίας τοῦ ἀδελφοῦ, ἀντιλέγοντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἡνίκα ἴσως ἐκεῖνος πρὸς εὐημερίαν [κινητῶν πραγμάτων καὶ] κρειττοτέρας τύχης ἀναπνῇ, ἀποστραφεὶς δὲ οἱῳδήποτε καιρῷ, τὴν ὀφειλομένην αὐτοῦ στρατείαν παρὰ τῶν πραγμάτων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ μειζοτέρου ἀδελφοῦ αὐτοῦ ζητῆσαι δυνήσεται, καὶ ἀπολαβεῖν.

T I T. XXII.

De matrimoniis contrahendis.

REX ROG.

SAncimus lege præsenti, volentibus omnibus contrahere matrimonium necessitatem imponi universis hominibus Regni nostri, & nobilibus maxime, post sponsalia celebrata solemnitate debita, & sacerdotali benedictione præmissis, matrimonium solemniter, & publice celebrari. Alioquin noverint amodo morientes contra nostrum regale edictum, neque ex testamento, neque ab intestato se habituros heredes legitimos ex clandestino & illicito contra nostram sanctionem matrimonio procreatos. Mulie-

In Codice Græco

Κ Ε Φ. Γ.

Περὶ παρατηρήσεως συνοικεσίου.

ΘΕσπίζομεν τῷ παρόντι νόμῳ πᾶσι τοῖς βουλομένοις ποιῆσαι συνοικέσιον, ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις τοῦ ἡμετέρου κράτους καὶ μάλιστα τοῖς εὐγενέσι, μετὰ τοῦ γενέσθαι τὰς μνηστείας μετὰ τῆς ὀφειλομένης παρατηρήσεως καὶ εὐλογίας ἱερατικῆς, τὸ συνοικέσιον Φανερῶς καὶ ἑορταστικῶς γίνεσθαι· εἰ δὲ μὴ, γνώτωσαν ἀπὸ τοῦ νῦν τελευτῶντες, μήτε ἐκ διαθήκης μήτε ἐξ ἀδιαθέτου δύνασθαι ἔχειν νομίμους κληρονόμους, τοὺς γεγεννημένους ἐκ τοῦ κρυφίου καὶ ἀθεμίτου συνοικεσίου, διὰ τῆς ἡμετέρας γενομένης διατάξεως· τὰς γυναῖκας δὲ

lieres etiam dotes aliis nubentibus legitime debitas non habere. Rigorem cujus sanctionis omnibus illis remittimus, qui promulgationis hujus tempore jam matrimonium contraxerunt. Viduis etiam volentibus ducere virum, hujus necessitatis vinculum relaxamus.

δὲ ἄλλοις νομίμως γεγαμημένας τὴν ἑαυτῶν προῖκα ἔχειν βϐλόμεθα. Τὴν ἰσχὺν δὲ ταύτης τῆς διατάξεως ἐν ἐκείνοις μὴ κρατῆσαι βϐλόμεθα, οἵτινες τῷ καιρῷ τῆς Φανερώσεως ταύτης συνοικέσια ἦσαν πεποιηκότες. Τοῖς βϐλομένοις δὲ χήρας πρὸς γάμον ἀγαγεῖν, τὸν δεσμὸν τῆς τοιαύτης ἀνάγκης ἀπολύομεν.

TIT. XXIII.

De uxore non ducenda sine permissione Curiæ.

IMP. FRED.

HOnorem nostri diadematis debitum conservantes, præsenti constitutione sancimus, ut nullus Comes, Baro, vel Miles vel quilibet alius, qui baronias, castra, vel feuda [in capite] a nobis teneat, vel ab alio, quæ in quaternionibus dohanæ nostræ inveniuntur in scriptis, sine permissione nostra uxorem ducere audeat, maritare filias, sorores, aut neptes, [vel quaslibet alias,] quas ipsi possint, aut debeant maritare, aut filios uxorare, cum immobilibus aut mobilibus, huic legi consuetudine, quæ in aliquibus Regni partibus obtinuisse dicitur, non obstante.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Δ.

Περὶ τϐ μὴ τολμᾷν ἀγαγεῖν γυναῖκα ὁ βαρῶνος. ὅτε ἁρμόζειν τὲς υἱὲς ἢ τὰς θυγατέρας χωρὶς ἀδείας τῆς χόρτης.

ΠΑραφυλάττοντες τιμὴν τϐ ἡμετέρϐ διαδήματος τῇ παρϐσῃ διατάξει, θεσπίζομεν, ἵνα μηδεὶς κόμης ἢ βαρῶνος ἢ ἄλλος τις ὅςις παρ' ἡμῶν ἔχει κάςρα ἢ Φία, ἢ παρ' ἄλλων, ἅτινα περιέχονται τοῖς τετραδίοις τῆς ἡμετέρας δϐάνας τῶν βαρϐνίων, τολμήσῃ ἀγαγεῖν γυναῖκα χωρὶς στέρξεως ἡμετέρας, ἢ ἁρμόσαι ἀνδρὶ θυγατέρας ἢ ἀδελφὰς ἢ ἀνεψιὰς, ἃς αὐτοὶ ὀφείλϐσι καὶ δύνανται ἀνδρὶ συναρμόσαι, ἢ υἱὲς γυναικίσαι, εἴτε μετὰ κινητῶν εἴτε μετὰ ἀκινήτων πραγμάτων, ἐκ ἐναντιϐσης τῷ παρόντι νόμῳ τινὸς συνηθείας, ἥτις τῷ ὄπισθεν καιρῷ ἔν τισι μέρεσιν ἐκράτει.

Nova Constitutio.

IDEM.

CUm hereditarium Regnum nostrum Siciliæ, cujus præclara nobis hereditas, laudabiles mores suorum incolarum consueverit enutrire, ac processu temporis habitatores ipsius servitii, & fidei exhibitione claruerunt in necessitatibus dominorum: sæpe jam contigisse dolemus, quod post diversarum mixturam gentium passa est ex alienis moribus Regni sinceritas corruptelam. Itaque ex quo homines Regni

Deest in Græco Codice.

gni Siciliæ se cum alienigenarum filiis miscuerunt, denigrata est puritas hominum, & excrescente dierum malitia, & infirmitate mentium inquinata conversationibus ac usibus ceterorum, veritas decrevit in populis, & ab illorum fermento grex est fidelium maculatus. Ne timeatur ergo deinceps cohabitantium in Regno diversitas nationum, magna illatura discrimina, vel ad Regni majus incommodum progressura; volentes hominum diversitatibus competens adhibere remedium, præsertim ne in Regno nostro gentium infirmitas nutriatur, edicto generali solemniter duximus statuendum universis de Regno, & singulis inhibendo, ut nulli liceat amodo de filiis, & filiabus Regni matrimonium cum exteris, & alienigenis, qui vel quæ non sunt de Regno, absque speciali requisitione, & mandato ac consensu nostræ Curiæ contrahere. Eo videlicet modo, ut nec aliqua de regno nubere alienigenis audeat, nec aliqui filias alienigenarum ducere in uxores suas. Eos, qui contra præsumpserint, bonorum omnium spoliatione mulctamus.

T I T. XXIV.

De successione nobilium in feudis.

IDEM.

COmite, vel Barone viam universæ carnis ingresso, filii eorumdem, aut nepotes eorum recipere ab hominibus sacramenta non audeant, nisi prius de sacramentis ipsis recipiendis ab excellentia nostra, prout moris est, obtentis licentia, & mandato. Quod qui contra fecerit, tam baroniam prædictam, & feudum, quam reliqua bona sua tam mobilia, quam stabilia, noverit publicanda.

TIT. XXV.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. Ε.

Περὶ τȣ̃ μὴ ζητεῖν τȣ̀ς υἱȣ̀ς τῶν κομήτων ϗ βαρȣνίων ὅρκον παρὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν χωρὶς ἀδείας τῆς κόρτης.

ΤΕλευτήσαντος τȣ̃ κόμητος ἢ βαρȣ́νȣ, οἱ τȣ́τȣ υἱοὶ ἢ ἀνέψιοι μὴ θαῤῥήτωσαν λαβεῖν ὅρκον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ πρότερον περὶ τοιȣ́τȣ ὅρκȣ ἄδειαν ϗ μανδάτον δέξωνται παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ὡς ἐςι σύνηθες. Ὅπερ εἴ τις ποιήσει, τὸ προρηθὲν Φίον ἢ βαρȣνία μετὰ τῶν ἄλλων κινητῶν ϗ ἀκινήτων πραγμάτων δημοσιευέσθωσαν.

In

TIT. XXV.

De morte Baronis nuncianda Imperatori.

IDEM.

POst mortem Baronis, seu militis, qui a Comite, vel Barone alio baroniam aliquam, vel feudum tenuerit, quæ in quaternionibus dohanæ nostræ inveniuntur in scriptis: defuncti mortem per Comitem, vel Baronem, a quo prædicta tenuerit, excellentiæ nostræ volumus nunciari, & quid & quantum sit illud, quod defunctus ab ipso tenebat. Mobilia etiam decedentis scribi volumus seriatim; & ea omnia in publica documenta redacta ad nostram Curiam destinari jubemus, ut ex jussione nostra, quibus prædicta assignari debeant, injungatur. Baroniam etiam, sive feudum, quod ad concessionem munificentiæ nostræ spectat, si quando a nobis concedi contigerit, ut est moris, litteras nostras ad eum, a quo feudum tenetur, curabimus destinare:& quod id quod tenetur ab eo, sive sit Castrum, sive sit terra plana, ei, cui nos concesserimus, debeat assignare, suscepto autem mandato nostro, & nulla mora protracta, Comes vel Baro, illud exequi procurabit. Recepto verum tamen aliquo relevio, ut est moris, quod quantitatem decem unciarum auri non excedat pro assignanda possessione terræ concessæ.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ τοῦ γνωρίζεσθαι τὸν θάνατον τοῦ βαρώνου ἢ στρατιώτου τῇ κόρτῃ παρ᾽ ἐκείνου ἐξ οὗ τὸ Φίον ἐκράτει.

ΜΕτὰ τὸν θάνατον τοῦ βαρώνου ἢ στρατιώτου, ὅστις ἀπὸ τοῦ κόμητος ἢ παρ᾽ ἄλλου βαρώνου Φίον ἢ βαρουνίαν ἐκράτει, ἅτινα περιέχονται τοῖς τετραδίοις τῆς δουάνας τῶν βαρουνίων, τὸν θάνατον τοῦ τελευτήσαντος διὰ τοῦ κόμητος ἢ τοῦ βαρώνου ἐξ οὗ τὰ προρηθέντα ἐκράτει, τῇ ἡμετέρᾳ μεγαλειότητι βουλόμεθα δηλωθῆναι, τί καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ Φίον, ὅπερ ὁ τελευτήσας ἐκράτει παρ᾽ αὐτοῦ· τὰ κινητὰ δὲ τοῦ τελευτήσαντος πράγματα κατὰ τάξιν γραφῆναι βουλόμεθα, καὶ πούβλικα ἔγγραφα γίνεσθαι· καὶ τούτων γεγενημένων πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην θέλομεν προσκομισθῆναι, ἵνα δι᾽ ἡμετέρου προστάγματος προτεθῇ τίσιν αὐτὰ ὀφείλουσιν ἀποδοθῆναι. Τὴν βαρουνίαν δὲ ἢ τὸ Φίον [ὅπερ ὁ τελευτήσας ἐκράτει παρ᾽ αὐτοῦ], ὅπερ ἀνήκει τῇ στέρξει τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ἡνίκα παρ᾽ ἡμῶν, ὡς ἐστι σύνηθες, στερχθῆναι συμβῇ, γράμματα ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον ἐξ οὗ τὸ Φίον ἐκράτει, φροντίσωμεν ἀποστεῖλαι· καὶ ἐκεῖνο ὅπερ ἐκράτει παρ᾽ αὐτοῦ, εἴτε κάστρον εἴτε ὁμαλὴ γῆ, ἐκείνῳ ᾧ τινι ἡμεῖς ταύτην ἐστέρξαμεν, ὀφείλει ἀποδοῦναι. Δεχόμενος δὲ τὸ ἡμέτερον ἔνταλμα ὁ κόμης ἢ ὁ βαρῶνος, χωρὶς βραδύτητος ἐκπληρῶσαι σπουδαζέτω· δεχόμενός τι ὡς ἔστι σύνηθες, ὅπερ τὴν ποσότητα τῶν δέκα ὀγκιῶν οὐχ ὑπερβήσεται, χάριν τῆς ἀποδιδομένης νομῆς τῆς στερχθείσης χώρας.

TIT. XXVI.

De successione filiorum Comitum, & Baronum.

IDEM.

IN aliquibus Regni nostri partibus consuetudinem pravam audivimus ha-

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ζ.

Περὶ διαδοχῆς κομήτων καὶ βαρουνίων.

ΕΝ τισι μέρεσι τοῦ κράτους κακίστην συνήθειαν κατὰ τὸν ὄπισθεν καιρὸν κρατῆσαι

hactenus obtinuisse, quod in bonis Comitis, Baronis, vel militis, qui decesserit filiis masculis non relictis, filiæ non succedunt; sed consanguinei [quantumcunque remoti] masculini sexus, tam balium pupillarum ipsarum post mortem patris accipiunt, quam successionem usurpant, & ipsas pro ipsorum dispositione maritant: quod quidem [& naturæ] dignoscitur esse contrarium,[quæ parentum votis absque discretione sexus, tam masculos, quam feminas commendavit,] & juri tam communi, quam nostro [specialiter] derogatur. Hac igitur lege nostra per universas partes, & singulas regni nostri valitura sancimus, Patre mortuo tam filios, quam filias puberes, aut majores, minoresve ad parentum successionem absque sexus discretione vocari. Si autem filii masculi una cum filiabus feminis, aut etiam sororibus patri decedenti superfint, cujuscunque conditionis pater fuerit, Francus videlicet, aut etiam Longobardus, miles, vel burgensis, in successione bonorum præferri volumus masculos feminis: dum tamen sorores, aut amitas, [fratres, aut nepotes] pro modo facultatum suarum, & filiorum superstitum numero, secundum paragium debeant maritare. Ceterum si tantum feminæ [superstites] fuerint, ipsas, si majores sint, exclusis aliis consanguineis, volumus ad successionem admitti: si vero minores filiæ Comitum, Baronum, aut militum superstites fuerint, ipsarum balium nostra excellentia recipiat, ipsum vel sibi tenendum, vel alii, qui ex fide illud gerere debeat, juxta approbatam Regni consuetudinem, concedendum: ac deinde ipsas, cum ad nubilem ætatem pervenerint, & balium nostrum, vel alterius supervenientem quintumdecimum annum excesserint, de provisione mansuetudinis nostræ Deum ha-

σαι ἠκȣ́σαμεν, ὅτι πράγματα τȣ̃ κόμητος ἢ τȣ̃ βαρώνȣ ἢ τȣ̃ ςρατιώτȣ, τελευτήσαντος καὶ υἱὰς μὴ ἔχοντος ἄῤῥενας, αἱ θυγατέρες ȣ̓ διεδέχοντο, ἀλλ' οἱ συγγενεῖς οἱ κατεγόμενοι ἐξ ἀῤῥενογονίας τὸ βάλιον τῶν ἐλαττόνων θυγατέρων δέχονται μετὰ τὴν τελευτὴν τȣ̃ πατρὸς, καὶ τὴν διακατοχὴν ἁρπάζȣσιν, αὐτὰς δὲ κατὰ τὴν αὐτῶν οἰκονομίαν καὶ βȣ́λησιν ἀνδράσιν ἁρμόζȣσιν· ὅπερ 10 ἐναντίον γινώσκεται εἶναι,

καὶ περιγράφειν τῷ κοινῷ καὶ τῷ ἡμετέρῳ δικαίῳ. Τῷ παρόντι τοίνυν νόμῳ τῷ μέλλοντι πᾶσι τοῖς μέρεσι τȣ̃ ἡμετέρȣ κράτȣς ἰσχύειν, ὁρίζομεν, τελευτήσαντος τȣ̃ πατρὸς, τοσȣ̃τον τȣ̀ς υἱȣ̀ς ὅσον καὶ τὰς θυγατέρας, κἂν τε ἀνήβους, 20 κἂν τε μείζȣς, κἂν τε ἐλάττονας, καλεῖσθαι πρὸς τὴν διαδοχὴν τῶν πατρῴων χωρίς τινος διαφορᾶς φύσεως. Εἰ δὲ υἱοὶ ἄῤῥενες μετὰ τῶν θυγατέρων καὶ ἀδελφῶν περιέσονται τῷ τελευτήσαντι πατρὶ, οἱασδήποτε αἱρέσεως ἦν ὁ πατὴρ, Φράγκος δηλονότι ἢ λογγιβάρδος, ςρατιώτης ἢ τῶν βȣργησίων, εἰς τὴν διαδοχὴν προτιμᾶσθαι τȣ̀ς ἄῤῥενας θέλομεν· ȣ̓̃τω μέντοι ἵνα τὰς ἀδελφὰς ἢ θείας κατὰ τὴν ποσότητα τῶν ὑπάρξεων αὐ- 30 τῶν, καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐναπομεινάντων ἀδελφῶν, ἐν ἰσότητι ὀφείλȣσι ἀνδράσιν ἁρμόσαι. Εἰ δὲ μόναι θηλεῖαι ὦσι, ταύτας θέλομεν διαδέχεσθαι, εἰ μείζονες εἶεν, ἀποδιωκομένων τῶν ἄλλων συγγενῶν· εἰ δὲ ἐλάττονες θυγατέρες τῶν κομήτων ἢ βαρωνίων, ἢ ςρατιωτῶν περιέσονται, τὸ τȣ́των βάλιον ἡ ἡμετέρα μεγαλειότης δέξηται, τȣ̃ ςέρξαι αὐτὸ ἢ αὐτῇ, ἢ ἄλλῳ τινὶ, ὅςις μετὰ πίςεως διοικήσειν ὀφείλει, κατὰ τὴν δεδοκιμασμένην 40 τȣ̃ κράτȣς συνήθειαν· αὐτὰς δὲ εἰς ἡλικίαν γάμȣ ἐρχομένας καὶ ἀπολιμπανȣ́σας τὸ ἡμέτερον βάλιον ἢ ἄλλȣ τινὸς, πληρȣμένων τῶν εἴκοσι καὶ πέντε ἐνιαυτῶν, ἐκ προνοίας τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, ἔχοντες ἡμῖν τὸν θεῶν

habentes præ oculis, cum bonis omnibus, quæ patris fuerunt, ſecundum paragium curabimus maritare.

TIT. XXVII.

De ſucceſſione nobilium in feudis.

IDEM.

VT de ſucceſſionibus Comitum, & Baronum & eorum omnium, qui feuda a nobis in capite tenent [vel ab aliis etiam], nulla omnino [regulariter in poſterum] dubietas poſſit oriri, dilucida conſtitutione ſancimus: [Feuda tenenti] filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & uſque in infinitum ex deſcendenti linea deſcendentes, cujuſcunque ſexus ſint, libere & abſolute poſſe ſuccedere; ſervata tamen ſexus prærogativa, ut mulieri maſculus præferatur, necnon majoris ætatis inter eos, qui vivunt [in regno] ſpecialiter jure Francorum; ex collaterali linea venientes, ut fratres, ſive ex utroque parente, ſive ex altero tantum; & ſorores in capillo, excluſo etiam communi patre ſuperſtite, omnino ſuccedunt: conjugatæ autem, & dotatæ a fratrum ſucceſſionibus repelluntur. Filii autem fratrum in iis, quæ communis patris fuerunt, avi eorum, ſcilicet, idem jus quod pater eorum habeant. In acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo, jure ſuo nepotes ex fratribus non ſuccedunt. In ulteriori autem gradu poſitis, ſcilicet, filiis nepotum ex fratribus, & ſequentibus, in iis etiam, quæ communis proavi fuerunt, ſucceſſio non defertur. Filiæ autem in capillo poſt mortem patris in domo manentes, majores ſorores conjugatas & dotatas de bonis patris excludunt. Ceterum ſi de bonis paternis dotatæ non ſunt, majores minoribus præferun-

θεὸν πρὸ ὀφθαλμῶν, μετὰ πάντων τῶν πραγμάτων τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ἐν ἰσότητι φροντίσωμεν αὐτὰς ἀνδράσιν ἁρμόσαι.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Η.

Περὶ διαδοχῆς ὁμοίως κομήτων καὶ βαρωνίων.

ΙΝα μηδεμία ἀμφιβολία ἀναφύεσθαι δυνηθῇ, πάντων τῶν συγγενῶν τῶν κομήτων ἢ βαρωνίων οἵτινες φία παρ' ἡμῶν κεφαλικῶς κρατοῦσι, φανερᾷ διατάξει ὁρίζομεν, τοὺς υἱοὺς δύνασθαι διαδέχεσθαι καὶ ἀνεψιοὺς, ἐγγόνους καὶ προεγγόνους εἰς ἀπέραντον, τοὺς καταγομένους ἀπὸ τῶν κατιόντων, οἱασδήποτε φύσεως εἶεν, ἐλευθέρως καὶ ἀκωλύτως· φυλαττομένης ὅμως τῆς τοῦ γένους προτιμήσεως, ἵνα οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν προτιμηθῶσι· ναὶ μὴν καὶ οἱ τῇ ἡλικίᾳ μείζονες, ἐν ἐκείνοις οἵτινες ζῶσι, τῷ ἰδικῷ νόμῳ τῶν Φραγκῶν, ἐκ πλαγίου προιόντες, οἷοί εἰσιν οἱ ἀδελφοὶ ἀπὸ ἑκατέρων πατρῶν γεννηθέντες, εἴτε παρ' ἑνὸς μόνου, καὶ αἱ περιοῦσαι ἀδελφαὶ διαδεχέσθωσαν τὸν κοινὸν πατέρα μέχρι τριχός. Αἱ δὲ ἁρμοσθεῖσαι καὶ προικοθεῖσαι ἀποβαλλέσθωσαν τῆς τῶν ἀδελφῶν διακατοχῆς. Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀδελφῶν ἐν τοῖς πράγμασι τοῦ κοινοῦ πάππου αὐτῶν τὸ αὐτὸ δίκαιον ἔχουσιν, ὅπερ εἶχε καὶ ὁ τούτων πατήρ. Ἐν δὲ τοῖς προσπορισθεῖσι πράγμασι τῷ θείῳ δι' ἡμετέρας δωρεᾶς, ἢ ἄλλῳ τίτλῳ τινὶ, οἰκείῳ δικαίῳ οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν ἀνεψιοὶ μὴ κληρονομήτωσαν· τοῖς δὲ τιθεμένοις τῷ τελευταίῳ βαθμῷ, ἤγουν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνεψιῶν τῶν λεγομένων ἐξαδέλφων καὶ τοῖς μετέπειτα, ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν ἅτινα ὑπῆρχον τοῦ κοινοῦ πάππου, διακατοχὴ οὐ δίδοται· Αἱ δὲ θυγατέρες ἄχρι τριχὸς παραμένουσαι ἐν τῷ οἴκῳ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς, ἀποκινοῦσι τὰς μειζοτέρας ἀδελφὰς αὐτῶν ἀνδράσι συναρμοσθείσας καὶ προικοθείσας ἀπὸ τῶν πατρικῶν πραγμάτων. Εἰ δὲ μὴ ἐδέξαντο προῖκα ἀπὸ τῶν πατρικῶν πραγμάτων, αἱ μειζότεραι τῶν ἐλαττόνων προτιμῶνται, ἐὰν ζῶσι

runtur, si Francorum jure vivant. Si autem vivant jure Longobardo, collatis dotibus in viriles partes successione divisa, portionem suam [conjugata seu] conjugatæ [, quæcunque sint,] poterunt vendicare. In omnibus autem, in quibus prædiximus aliquos velut ulteriori gradu, sive in communium prædecessorum rebus, sive in acquisitis excludi debere, spem nostræ gratiæ petentibus non negamus; imo ipsos aliis in liberalitate nostra præferre disponimus; si ejusdem feudi ad nos rationabiliter devoluti simul competitores existant, dummodo a consanguineis tantum nostræ Curiæ offeratur, quantum ab extraneo est oblatum. Si tamen nos, vel in demanio nostro feuda ipsa tenere velimus, vel aliis ex mera liberalitate donare, injuriam nullus sibi fieri existimet; si quod ad jus nostrum juste devolvitur, vel retineamus nobis, vel aliis, qui a nobis præstolantur beneficia, conferamus.

ζῶσι δικαίῳ Φράγκῳ. Εἰ δὲ δικαίῳ λογγιβάρδῳ ἡ προὶξ ἐδόθη, διαιρουμένης τῆς διακατοχῆς εἰς ἀνδρῶν μέρη, αἱ συναρμοσθεῖσαι ἀνδράσι [ἢ προικοθεῖσαι] δυνήσονται διεκδικῆσαι τὰ ἴδια μέρη. Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς προειρημένοις τινὰς οἱονεὶ τελευταίους τῷ βαθμῷ, εἴτε ἐν τοῖς πράγμασι τῶν προαπελθόντων κοινῶν πατρῶν, εἴτε ἐν τοῖς προσπορισθεῖσιν ἀποκλείεσθαι θέλομεν, τὴν ἐλπίδα δὲ τῆς ἡμετέρας 10 χάριτος τοῖς πλησιεστέροις τῷ βαθμῷ οὐκ ἀπαρνέμεθα· ἀλλὰ τούτους προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων ἐν τῇ ἡμετέρᾳ μεγαλοδοσίᾳ ὁρίζομεν· εἴπερ ὁμοῦ αἰτοῦντες ἔσονται τὸ φίον, ὅπερ δικαίως πρὸς ἡμᾶς ἐπιστρέφεται· ἡνίκα μέντοι τοσοῦτον τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ προσφέρειεν, ὅσον παρὰ τῶν ἄλλων προσκομισθῇ. Εἰ δὲ ἡμεῖς ἐν τῷ ἡμετέρῳ δομανίῳ αὐτὰ κρατῆσαι βουλόμεθα, ἢ ἄλλῳ τινὶ δοῦναι ἐκ τῆς συνήθους ἡμῶν μεγαλοδοσίας· μηδεμίαν ὕβριν γίνεσθαι αὐτῷ τις ἀπολαμβανέτω, εἴπερ ἐκεῖνο ὅπερ πρὸς τὸ ἡ- 20 μετέρον δίκαιον δικαίως ἐπιστρέφεται, ἢ ἡμῖν αὐτοῖς παραφυλάττομεν, ἢ ἄλλοις τισὶ παρέχομεν, οἵτινες τὴν ἡμετέραν εὐεργεσίαν περιμένουσι.

T I T. XXVIII.

De filiis clericorum.

Deest in Græco Codice.

IDEM.

SIcut accepimus nostrorum servitia 30 subditorum, & ipsos quoties expedit, ad nostra mandata, & beneplacita nostra in personis, & rebus expositos invenimus: ita spectat ad nostri culminis dignitatem, ipsorum commoda digna provisione pensare, ut si quis defectus impediat, auctoritate nostri remotus edicti, commodum Curiæ nostræ proveniat, unde nostrorum fidelium utilitas procuratur. De ordinatione igitur nostra pro- 40 cedit, ut, quia filii clericorum in paternis & maternis bonis vel rebus, pro legitimo defectu natalium jus successionis amittunt, beneficio Curiæ de potestatis pleni-

nitudine, quam habemus, subveniatur eisdem: ut ea, quæ per successionem habere non possunt, jure locationis a nostra clementia recognoscant. Quare mandamus, quatenus per totam jurisdictionem tuam, in quibuslibet civitatibus, villis & castris, super possessionibus, quæ paterno vel materno jure debentur filiis clericorum, objectione prolis illicitæ non obstante, certum & annuum 10 reditum, pro quantitate rerum, adjici facias, sicut commodius videris expedire. Deinde de auctoritate nostræ Curiæ, filios clericorum in sarcinam paternarum & maternarum rerum & possessionum, immittas: salvo certo & annuo reditu, de quo teneantur annis singulis, in festo Natalis Domini nostræ Curiæ respondere. Itaque si in constituto censu defecerint, a paternis, & maternis bonis 20 penitus excludantur. Adjicimus insuper, ut donec parentes ipsorum vixerint, nisi de bonis, & possessionibus suis cesserint spontanea voluntate, bona & possessiones suas libere teneant, usque ad obitum eorundem, censu in quaternionibus Curiæ nihilominus annotato, quem filii, postquam ad eos paterna & materna bona pervenerint, nostræ Curiæ solvere teneantur; nec bona ipsa 30 possint devolvi ad alios, vel alias alienari, in præjudicium filiorum per parentes eorum, nisi quatenus nostris legibus est permissum.

TIT. XXIX.

Deest in Græco Codice.

De rebus stabilibus non alienandis Ecclesiis.

40

IDEM.

PRædecessorum nostrorum veterum Principum Constitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis anti-

Aa

tiquarat, nova provisione novantes, edicimus, quod nulli subjectorum nostrorum Clerico, vel Laico liceat Domibus Templi, vel Hospitalis, seu cuilibet alii loco religioso, de quo nostræ Curiæ certum servitium minime debeatur, possessiones hereditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter vivos aliquo donationis modo, nisi ex æqualis causa permutationis transferre. Ceterum si in ultima voluntate aliquem de prædictis locis heredem instituerit, tunc Domus, quæ institutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximis defuncti, vel de Burgensibus nostris relicta stabilia vendere; at si ultra annum facere prædicta distulerit, possessiones ipsas post anni lapsum Fisci nostri juribus volumus applicari. De rebus autem quibuscumque mobilibus, quantumcumque pretiosis, relinquendi prædictis Domibus, & aliis religiosis locis concedimus facultatem.

T I T. XXX.

De jure balii.

IDEM.

Minoribus, qui ætatis suæ suffragio juvari non possunt, imperialiter providentes, statuimus, si quando balium impuberum masculorum, aut feminarum gerendum alicui serenitas nostra concesserit, ii qui balium gesserint pupillorum, postquam balium ipsum pubertate superveniente dimiserit, de administratione balii reddere debeant rationem, præsente Justitiario regionum, aut alio, cui hoc specialiter duxerimus delegandum: Ita videlicet, quod deducto eo, quod [Curia] pro ipso balio, prout moris est, dederit; necnon deductis justis, & moderatis

In Codice Græco

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ τοῦ ποιεῖν τὸν βάλλιον λόγον τοῖς ἀνήβοις χάριν διοικήσεως.

Τοῖς ἐλάττοσιν οἵτινες οὐ δύνανται ἑαυτοὺς βοηθῆσαι διὰ τὸ ἀβοήθητον τῆς ἡλικίας, βασιλικῶς προθεωροῦντες διατυποῦμεν, εἴποτε ἡ ἡμετέρα γαληνότης στέρξει τινὶ διοικῆσαι βάλιον ἀνήβων τινῶν ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν, ὁ τὸ βάλιον διοικῶν τῶν ἀνήβων, μεθ᾽ ὃ τὸ βάλιον ἀποβάλωσι τῆς ἥβης ἐπερχομένης, ὀφείλει ἀποδοῦναι λόγον τῆς διοικήσεως τοῦ βαλίου, ἐνώπιον τῶν δικαιωτῶν τῆς ἐπαρχίας, ἢ ἄλλου τινὸς ᾧτινι τοῦτο ἰδικῶς ἀναθήσωμεν· οὕτω μέντοι ἵνα ἐξῃρημένου ἐκείνου ὅπερ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ βαλίου, ὡς ἔστι σύνηθες· καὶ μὴν ἐξῃρημένων τῶν

tis expensis, quas pro victu & vestitu suo, & quas in persona, aut rebus pueri, vel pro servitio debito Curiæ nostræ de iis, quæ minor tenet, ipsum balium fecisse constabit; reliqua pupillo integre reddere teneatur. Quod si fraudulenter eum res minoris administrasse fuerit manifeste comprobatum, omne damnum, quodcunque per fraudem ipsam pupillo contigerit, eidem de rebus suis resarcire cogatur, & tantundem sacris nostris largirionibus inferre, prava consuetudine, quæ hactenus balios a ratiociniis eximebat, in posterum quiescente.

τῶν δικαίων ϗ μεμετρημένων ἐξόδων, ἃς βεβαιωθῇ πεποιηκέναι χάριν ἐνδύματος ϗ τροφῆς αὐτοῦ ϗ ἐν τῷ σώματι ἢ ἐν τοῖς πράγμασι τοῦ ἀνήβου, ἢ διὰ τὴν ὀφειλομένην δουλείαν τῇ κόρτῃ, χάριν τῶν πραγμάτων ἐκείνων ἃ ὁ ἄνηβος νέμεται· τὰ ἐπίλοιπα δὲ τελείως ἀποδοῦναι περισφιγγέσθω. Εἰ δὲ φανερῶς ἀποδειχθῇ δολίως αὐτὸν διοικῆσαι τὰ τοῦ ἀνήβου πράγματα, πᾶσαν τὴν ζημίαν ἣν ὑποστῆ- 10 ναι συμβῇ διὰ τὸν δόλον αὐτοῦ, ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ πραγμάτων, ἀποδοῦναι περισφιγγέσθω, ϗ ἄλλο τοσοῦτον τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ. Τὴν κακίστην δὲ συνήθειαν ἥτις τὸ πρότερον ἐλεύθερον ἐποίει τὸ βάλιον, μὴ δοῦναι λόγον τῆς αὐτοῦ διοικήσεως, διηνεκῶς ἀποβάλλομεν.

TIT. XXXI.

De administrationibus rerum ecclesiasticarum post mortem prælatorum.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ι.

Περὶ κουρατώρων τῶν ἐκκλησιῶν αἵτινες 20 ὑστεροῦνται ποιμένος.

REX GUIL.

Pervenit ad audientiam nostram, quod Bajuli, qui olim statuti fuerant super ecclesiis, pastoribus carentibus, ad custodiendas & salvas faciendas res ecclesiarum, quandiu eisdem de pastoribus provideatur, non ita fideliter & studiose, sicut a nostra Curia erat injunctum, ipsum servitium peragebant, sed male tractabant[& custodiebant res ipsarum ecclesiarum]. Verum quia omnes ecclesias Regni nostri, & specialiter ipsas, quæ pastoribus carent, in manu & protectione nostra habemus, nolentes, ut res ecclesiarum illarum in aliquo minuantur [vel defraudentur, statuimus &] sancimus, ut deinceps, si quis Archiepiscopus, vel Episcopus Regni decesserit, res ipsius ecclesiæ in custodia, & cura trium de melioribus, & fidelioribus, necnon & sapientioribus personis ipsius ecclesiæ ad custodiendas & conservandas eas ad opus ecclesiæ, usque dum de pastore [in ea-

Ἀννηνέχθη πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀκρόασιν, ὅτι οἱ πράκτορες οἵτινες ἐτυποῦντο πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, αἵτινες ὑστεροῦντο ποιμένος, ἐπὶ τὸ διατηρῆσαι καὶ σῶα φυλάξαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα μέχρι τῆς τοῦ ποιμένος ἐλεύσεως, οὐ πιστῶς οὐδὲ σπουδαίως, καθὼς παρὰ τῆς ἡμετέρας κούρτης αὐτοῖς ἀν- 30 ετίθετο, διῴκουν τὰ πράγματα, ἀλλὰ κακῶς αὐτὰ διένειμον.

Ἐπεὶ δὲ πάσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ ἡμετέρου κράτους, ϗ μάλιστα τὰς χηρευούσας ποιμένων, εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας ϗ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν σκέπην ἔχομεν, μὴ θέλοντες τὰ τούτων πράγματα μειωθῆναι,

ὁρίζομεν, ἵνα ἀπὸ τοῦ νῦν εἴ τις ἀρχιεπίσκοπος, ἢ ἐπίσκοπος τοῦ κράτους τελευτήσει, τὰ πράγματα τῆς ἐκ- 40 κλησίας ἀνατιθέσθωσαν τῇ φυλακῇ καὶ τῇ φροντίδι τριῶν πιστοτάτων ϗ κρειττοτάτων ϗ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, διὰ τὸ τηρῆσαι ϗ φυλάξαι αὐτὰ λόγου τῆς ἐκκλησίας μέχρι ἐλεύσεως τοῦ ποιμένος·

eadem ecclesia] provideatur, committantur; tantummodo de reditibus & proventibus ipsius ecclesiæ ad usum servientium ibidem morantium, necessaria rationabiliter & sufficienter ministrentur; ex eis ipsi ecclesiæ multum bene, & rationabiliter serviatur; residuum ab ipsis custodibus ad opus ipsius ecclesiæ salve, & integre custodiatur, donec ibi pastor fuerit constitutus. Constituto autem in ecclesia pastore, quicquid de rebus & introitibus ipsius ecclesiæ remanserit, ipsi pastori eorum assignent, & ei rationem inde reddant.

TIT. XXXII.

De novis ædificiis.

IMP. FRE.

CAstra, munitiones, & turres ab obitu divæ memoriæ Regis Guilelmi [consobrini nostri] erecta, super quibus minime diruendis majestatis nostræ licentia non præcesserit, prout in Capuana Curia per nos extitit stabilitum, revocata constitutione nostra denuo dirui debere mandamus, publicationis pœna [ipsius castri, vel novi ædificii,] constitutionis nostræ contemptoribus imminente, si usque ad Nativitatem Domini proximam diruere ædificia contemnant. Illud etiam præsenti adjungimus sanctioni, ut nec munitiones alicui reficere dirutas liceat, sine nostri culminis jussione.

TIT. XXXIII.

De prohibita in terra demanii constructione castrorum.

IDEM.

IN locis demanii nostri ædificia erigi in posterum prohibemus, per quæ [ipso-

οὕτω μέντοι ἵνα ἐκ τῶν προσόδων τῆς ἐκκλησίας ὑπουργήσωσι τὰ ἀναγκαῖα ϗ χρειώδη τοῖς δουλεύουσι τῇ ἐκκλησίᾳ, δικαίως μὲν ϗ αὐτάρκως, ϗ ἐξ αὐτῶν καλῶς ϗ δικαίως δουλεύσουσι τῇ ἐκκλησίᾳ· τὸ ἀπόλοιπον δὲ φυλαχθήσεται τελείως ϗ ἀνελλιπῶς παρ᾽ αὐτῶν λόγου τῆς ἐκκλησίας, μεχρισότου ποιμὴν αὐτόθι καταςαθῇ· καταςαθέντος δὲ τοῦ ποιμένος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἴ τι δ᾽ ἂν ἐναπέμεινεν ἀπό τε προσόδων ϗ πραγμάτων τῆς ἐκκλησίας, αὐτῷ ἀποδώσουσι ϗ αὐτῷ λόγον ποιήσουσι περὶ τούτων.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΑ.

Περὶ τοῦ καταχαλᾶσθαι τὰ ὀχυρώματα καὶ πύργους, τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ῥηγὸς Γουλιέλμου ἀνεγερθέντας.

ΤΑ᾽ κάςρα ϗ τὰ ὀχυρώματα ϗ τοὺς πύργους τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ῥηγὸς Γουλιέλμου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει ἀνεγερθέντας, ϗ ἐπὶ τὸ καταβαλεῖν τούτους οὐδαμῶς προῆλθεν ἄδεια τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος, καθὼς τῇ Καπουανῇ κόρτῃ ἦν παρ᾽ ἡμῶν τετυπωμένον· τῇ νέᾳ διατάξει ἐκ δευτέρου ὁρίζομεν, καταχαλᾶσθαι, δημεύσεως ποινῆς ἐπιτιθεμένης τοῖς παραβάταις τῆς ἡμετέρας διατάξεως, εἴπερ ἀμελήσουσι καταβαλεῖν τὰ τοιαῦτα κτίσματα, μεχρὶ τῆς πλησιαζούσης ἑορτῆς τῶν Χριςογέννων. Κἀκεῖνο δὲ προςίθεμεν τῇ παρούσῃ διατάξει, ἵνα μὴ ἐξείη τινὶ ἀνοικοδομῆσαι τοιαῦτα κτίσματα ϗ ὀχυρώματα τὰ καταβληθέντα, χωρὶς ἐντάλματος τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΒ.

Περὶ τοῦ μὴ ἀνεγείρεσθαι ἀπὸ τοῦ νῦν ὀχυρώματα ϗ πύργους.

ΕΝ τοῖς τόποις τοῦ ἡμετέρου δουμανίου κωλύομεν ἀπὸ τοῦ νῦν ὀχυρώματα γίνεσθαι,

[ipsorum locorum defensio, vel munimen, aut] liber introitus, aut exitus valeat impediri. In prædictis locis turres erigi amodo per privatos, expressius inhibemus. Munitiones etenim nostras[, & quod est securius, protectionis nostræ munimen,] omnibus regni nostri fidelibus plene sufficere credimus ad tutelam.

σθαι, δι' ὧν ἡ ἐλευθέρα εἰσοδοέξοδος αὐτῶν ἐμποδίζεσθαι δυνηθῇ. Ἐν τοῖς προειρημένοις τοίνυν τόποις πύργους ἀπὸ τοῦ νῦν διὰ ἰδιωτῶν προσώπων ἀνεγείρεσθαι κωλύομεν. Τὰ γὰρ ἡμέτερα ὀχυρώματα ἀρκέσειν πιστεύομεν εἰς καταφυγὴν πᾶσι τοῖς πιστοῖς τοῦ ἡμετέρου κράτους.

TIT. XXXIV.

De servis & ancillis fugitivis.

REX GUIL.

SErvos, & ancillas omnes fugitivos ab aliquo capi generaliter omnibus prohibemus, nisi captos, quam citius potuerint, domino suo restituant, vel si dominum ignoraverint, Bajulis Curiæ nostræ assignent; & Bajuli Magnæ Curiæ nostræ transmittant eosdem, scituri, quod quicunque amodo aliquo modo servum aliquem, vel ancillam fugitivam capere vel quomodolibet detinere præsumpserit, ipse cum omnibus bonis suis pœnæ Curiæ subjacebit, Bajulis, nisi Magnæ Curiæ nostræ transmiserint, eandem pœnam laturis.

10 *In Codice Græco*

ΚΕΦ. ΙΓ.

Περὶ φυγάδων δούλων.

ΤΟὺς δούλους καὶ τὰς δούλας φυγάδας γενικῶς κωλύομεν κρατηθῆναι παρά τινος· ἀλλὰ κρατηθέντας ταχέως τοῖς δεσπόταις ἀποδοθῆναι. Εἰ δὲ τὸν δεσπότην ἀγνοήσουσι, παραστήσουσιν αὐτοὺς τοῖς πράκτωρσι τῆς κόρ-20 της τῶν τόπων· οἱ δὲ πράκτωρες τούτους τοῖς οἰκείοις δεσπόταις ἀποδώσωσι. Γινωσκέτωσαν δὲ ὅ τι εἴτις ἀπὸ τοῦ νῦν δοῦλον, ἢ δούλην φυγάδα κρατῆσαι θαῤῥήσει, ἢ παραφυλάξαι τρόπῳ τινὶ, αὐτὸς μετὰ πάντων τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ὑποκείσεται τῇ ποινῇ τῆς κόρτης· οἱ δὲ πράκτωρες τὴν αὐτὴν ποινὴν ὑποστήσονται, εἰ μὴ ἀποστείλωσιν αὐτοὺς πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην.

TIT. XXXV.

De pecunia inventa in rebus alienis.

IDEM.

PEcuniam si quis invenerit, aurum, vel argentum, lapides pretiosos, vel quaslibet res alias, quæ suæ non sint, [animalibus exceptis, de quibus fiat, sicut præordinatum est, inventor] Justitiariis nostris, vel Bajulis ipsarum partium statim ostendat, & sine dilatione ipsemet ad magnam nostram Curiam deferat, & assignet; alioquin & ipse furti pœna tenebitur. Scire etenim debet unusquisque, in-

30 *In Codice Græco*

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ θησαυρῶν εὑρεθέντων.

ΘΗσαυρὸν εἴ τις εὗρε χρυσίον ἢ ἀργύριον ἢ λίθους τιμίους ἢ ἄλλα τινὰ πράγματα, ἅτινα ἴδια οὐκ ἔσονται, παρευ-40 θὺς τοῖς δικαιώταις ἢ τοῖς πράκτωρσι τῶν τόπων δειξάτωσαν, καὶ χωρὶς ὑπερθέσεως αὐτοὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην τοῦτο ἀναφερέτωσαν· εἰ δὲ μὴ καὶ αὐτοὶ τῇ τοῦ φόρτου ποινῇ ὑποκείσονται. Ὀφείλει γὰρ γινώσκειν ἑκα-

inventiones omnes Regni nostri, quarum dominus non apparuerit, ad fiscum specialiter pertinere. Pietas enim nostra propter absentes misericorditer statuit, res ipsas, postquam ad manus nostræ Curiæ pervenerint, usque ad annum completum per se conservare, ut si quis forte infra annum venerit, & de rebus ipsis aliquas suas fore probaverit, quod suum fuerit, consequatur: alioquin post transactum annum fiscalibus utilitatibus ascribantur.

T I T. XXXVI.

De mancipiis fugitivis.

IMP. FRE.

MAncipia fugitiva, quæ constitutio Regia per bajulos ad magnam Curiam nostram debere transmitti constituit, nec quid de eis fieri debebat, statuit, per annum præcipimus dominorum commodis reservari: ut si infra annum is, qui se legitimis documentis dominum probare potuerit, appareat, supradicta mancipia ei restitui debere censemus, salvo jure, quod ex obtenta veteri consuetudine perinde Curiæ nostræ debetur: alias si domini non appareant, privatis nostris utilitatibus aggregentur. Statuimus etiam, ut inventas res, & pecunias, quarum veri, & legitimi domini non apparent, & quas per inventores earum constitutio regia ad magnam Curiam debere deferri præscripsit, locorum bajulis sufficiat assignari. Nec enim æquum vidimus, ut is, qui zelo fidei, quo tenetur, Curiæ totum, quod invenit, assignet: propter fidem suam incommodum sentiat, ut cogatur invitus ad Curiam remotam multis locorum distantiis forsitan laborare. Quicunque autem res inventas hujusmodi bajulis nostris non assignaverint,

ἕκαστος, ὅτι τὰ εὑρήματα τοῦ ἡμετέρου κράτους, ὧν οἱ δεσπόται οὐ φαίνονται, ἰδικῶς πρὸς τὸν ἡμετέρον Φίσκον ἀνήκουσιν. Ἡ δὲ ἡμετέρα φιλανθρωπία χάριν τῶν ἀπόντων φιλευσπλάγχνως προνοήσασα, ἐτύπωσε τὰ τοιαῦτα πράγματα, ἅτινα εἰς τας χεῖρας τῆς ἡμετέρας κόρτης καταντήσουσι, μέχρι ἑνὸς ἐνιαυτοῦ τηρηθῆναι· ἵνα ἐάν τις ἴσως ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἔλθῃ καὶ βεβαιώσῃ τινὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἴδια εἶναι, λήψηται τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα· εἰ δὲ μὴ, μετὰ τὴν τοῦ χρόνου παρέλευσιν τῷ Φίσκῳ προσπορισθήσονται.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΙΕ.

Περὶ τί μέλλει γίνεσθαι περὶ τῶν φυγάδων δούλων κὴ τῶν εὑρεθέντων πραγμάτων.

ΤΟὺς φυγάδας δούλους οὓς ἡ ἡμετέρα διάταξις διὰ τῶν πρακτόρων τοῦ τόπου πρὸς τὴν μεγάλην κόρτην ἀποστέλλεσθαι ἐτύπωσεν, οὐ διετύπωσε δὲ τί περὶ τούτων μέλλει γίνεσθαι, ὁρίζομεν, ἑνὸς ἐνιαυτοῦ τηρηθῆναι λόγου τῶν δεσποτῶν· ἵνα ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἐκεῖνος ὅστις βεβαιώσει δικαίοις τρόποις ἑαυτὸν εἶναι δεσπότην, ὁ δοῦλος ἀποδοθῇ, σωζομένου τοῦ δικαίου ὅπερ κεχρεώστηται τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἐκ παλαιᾶς συνηθείας· εἰ δὲ ὁ δεσπότης οὐκ ἀναφανεῖ, προσποριζέσθωσαν ταῖς ἡμετέραις ἰδιωτικαῖς χρείαις. Ὁρίζομεν δὲ ἵνα τὰ ἐφευρεθέντα πράγματα, ὧν οἱ ἀληθεῖς κὴ νόμιμοι δεσπόται οὐκ ἀναφαίνονται· τοὺς δὲ τούτους ἐφευρετὰς πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην ἀναφέρεσθαι ἡ ἡμετέρα διάταξις ὥρισεν· ἀρκέσει ἀποδοθῆναι τούτους τοῖς πράκτορσι τῶν τόπων. Οὐ γὰρ δίκαιον εἶναι προείδομεν, ὁπότε ὁ ἀποδιδοὺς τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ὅλον τὸ παρ᾽ αὐτῷ ἐφευρεθὲν τῷ ζήλῳ τῆς πίστεως ᾧ κρατεῖται, διὰ τὴν αὐτοῦ πίστιν βλάβην κὴ ζημίαν ὑποστῆναι, περισφιγγόμενος ἄκων πρὸς τὴν ἡμετέραν κόρτην παραγενέσθαι, καὶ πολλοῦ διαστήματος ὑποστῆναι κόπον. Εἴ τις τοίνυν τὰ εὑρεθέντα πράγματα οὐκ ἀποδώσει τοῖς ἡμετέροις πράκτορσι, καὶ

rint, & bajuli etiam, qui assignatas [ad Curiam nostram] non miserint, furti pœna [nostro ærario inferenda, pro certo] noverit se fore damnandos.

TIT. XXXVII.

De præscriptionibus.

IDEM.

DUram consuetudinem, & iniquam, quæ circa præscriptiones in aliquibus regni nostri partibus obtinebat, in posterum silere præcipimus, & præsentem legem circa ipsas inducimus, omnibus aliis ipsi contrariis inter regni nostri fideles omnino sublatis. Sancimus igitur præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ, per quam aliquis de dominio suæ rei cadebat, & Francus de dissasina queri non poterat, penitus amoveri; sed generales præscriptiones communis juris locum habere, scilicet inter præsentes decennii, inter absentes vicennii, præcedente scilicet titulo, & bona fide, ex utraque parte undique concurrente. Per tricennalem etiam præscriptionem inter privatos, excepta hypothecaria actione, cujus vita interdum in annos quadraginta protenditur; omne jus, & omnem actionem volumus submoveri. Quadragenaria etiam præscriptione inter fratres lege Longobardorum inducta, super adæquatione stantium partium minime facienda; & super rebus, quas alter ex fratribus tempore prædictæ possessionis aliunde habere se jurat, in suo robore duratura [, & ad omnes Regni nostri fideles per præsentem constitutionem nostri culminis prorogata: usucapionibus, quæ in rebus mobilibus juris communis inductæ sunt, in sua firmitate servatis].

TIT. XXXVIII.

καὶ ὁ πράκτωρ ὁ τὰ ἀποδοθέντα μὴ ἀποςείλας, τῇ φόρτου ποινῇ ὁμοίως κατηγορείσθωσαν.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΣ.

Περὶ παραγραφῆς τῆς χρονίας νομῆς.

ΤΗ'ν τραχυτάτην καὶ κακίςην συνήθειαν, ἥτις περὶ τὰς παραγραφὰς ἐκράτει ἔν τισι μέρεσι τοῦ κράτους, σιγᾷν ἀπὸ τοῦ νῦν ὁρίζομεν, καὶ τὸν παρόντα νόμον περὶ αὐτὰς ἐπεισφέρομεν, πάντων τῶν ἐναντιούντων τούτοις ἀποκινουμένων. Θεσπίζομεν τοίνυν τὴν παραγραφὴν τοῦ χρόνου, μηνὸς, ἡμέρας, καὶ ὥρας, δι' ἧς ἀπὸ τῆς δεσποτείας τοῦ οἰκείου πράγματος ἔκπιπτον· καὶ ὁ μὲν Φράγκος περὶ ἀφαιρεθείσης αὐτοῦ νομῆς ἐνάγειν οὐκ ἐδύνατο, τὸ καθόλου ἀποβάλλομεν. Ἀλλὰ τὰς γενικὰς παραγραφὰς τοῦ κοινοῦ δικαίου τόπον ἔχειν βουλόμεθα, ἐπὶ μὲν τῶν παρόντων δεκαετίας, ἐπὶ δὲ τῶν ἀπόντων εἰκοσαετίαν· προηγουμένου ὅμως πανταχόθεν δικαίου τίτλου καὶ καλῆς πίςεως. Διὰ δὲ τῆς παραγραφῆς τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν ἐν τοῖς πριβάτοις χωρὶς τῆς ὑποθηκαρίας ἀγωγῆς, ἥτις ἐπεκτείνεται πολλάκις μέχρι ἐνιαυτῶν τεσσαράκοντα, πᾶν δίκαιον καὶ πᾶσαν ἀγωγὴν ἀποσβέννυσθαι βουλόμεθα. Τῆς δὲ παραγραφῆς τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν μεταξὺ ἀδελφῶν δικαίῳ λογγιβάρδῳ ἐπεισαχθείσης, πρὸς τὸ μὴ ποιεῖσθαι ἰσότητα ἀδελφικῶν μερῶν, καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν ἅτινα εἷς τῶν ἀδελφῶν ἀλλαχόθεν ὀμνύει ἔχειν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς προειρημένης παραγραφῆς, τῇ ἰδίᾳ ἰσχυὶ μενούσης.

In

T I T. XXXVIII.

De rei actione, & exceptione.

IDEM.

CONſuetudinem hactenus in judiciis obtinentem de medio tollere diſponentes, per quam feuda quamvis magna temporum longinquitate poſſeſſa præſcribi non poterant: & ſic poſſeſſio poſſeſſori, vel etiam petitori ad probandum de dominio rerum, quas forſitan [ipſi, &] anteceſſores ſui tempore, cujus memoria aliquando non extabat, poſſederant, in nullo valebat: Præcipimus, eum, qui in poſterum triginta annis feudum integrum, vel quotam partem feudi, de quo certum & deſignatum ſervitium noſtræ Curiæ, vel cuilibet alii debeatur, continue, & ſine interruptione civilis, vel naturalis temporis, vel minoris ætatis adverſarii, præſente etiam in Regno adverſario ſuo, poſſederit, in perpetuum fore ſecurum, & actionem ei contra quemlibet poſſeſſorem, ſi a poſſeſſione ceciderit, & exceptionem contra petentem quemlibet indulgemus. Quod etiam ad illos porrigimus, qui uſque ad hæc tempora triginta annis præteritis tenuerint, in quibus etſi non plene juſtitiam potuerunt conſequi conquerentes, in hoc ſaltem de evidenti deſidia excuſari non poſſint, quod interruptionem præſcriptionis apud eos, qui a nobis adminiſtrationem habebant, per conventionem legitimam, aut conteſtationem litis, prout veteribus legibus eſt inductum, inducere potuerunt.

Prædicta autem omnia ita ſane accipi volumus, ut tricennalis præſcriptio in feudis integris, & eorum quotis partibus locum habeat, ex quibus præſcriptis nullum poteſt reipublicæ præjudicium irrogari, cum apud quemcunque reſideat ſervitium deſignatum, & debitum, quod non tam

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΙΖ.

Περὶ τοῦ πῶς τὰ φίε διὰ τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζονται.

ΤΗν συνήθειαν τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις πάλαι κρατήσασαν ἐκ μέσου ἀφελέσθαι βουλόμενοι, δι' ἧς τὰ μακρότητι χρόνου παρά τινος νεμεθέντα φία οὐκ ἠδύναντο παραγράφεσθαι· καὶ οὕτως εἰς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἡ νομὴ τῷ νεμηθέντι, ἢ τῷ ἀπαιτοῦντι ἐπὶ τὸ βεβαιῶσαι τὴν τῶν πραγμάτων δεσποτείαν, ἅτινα ἴσως οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐνεμήθησαν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ οὗτινος μνήμη ποτὲ οὐ κατελιμπάνετο· θεσπίζομεν, ἡνίκα τις ἀπὸ τοῦ νῦν νεμηθῇ φίον τέλειον ἢ μέρος αὐτοῦ τριάκοντα ἐνιαυτοὺς, ὑπὲρ οὗ ῥητὴ δουλεία τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἢ ἄλλῳ τινὶ χρεωστεῖται, συναπτῶς καὶ χωρίς τινος διασείσεως πολιτικῆς ἢ φυσικῆς, ἢ ἐλάττονος ἡλικίας τοῦ ἀντιδίκου, ἐν τῷ κράτει παρόντος, εἰς τὸ διηνεκὲς τοῦτον ἄφοβον εἶναι βουλόμεθα, καὶ δίδομεν αὐτῷ ἀγωγὴν κατὰ παντὸς νομέως, εἰ τῆς νομῆς ἐκπεσεῖται, καὶ παραγραφὴν κατὰ τῶν ἀπαιτόντων τὰ ῥηθέντα πράγματα παρ' αὐτοῦ· ὅπερ κἀκείνοις παρέχομεν οἵτινες μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ, τριακονταετίας παρελθούσης, ἐνεμήθησαν, ἐν οἷς εἴπερ τελείως οὐκ ἠδυνήθησαν ἀπολαβεῖν δίκαιον γογγύζοντες, ἐν τούτῳ τῆς φανερᾶς ἀμελείας ἐξσκουσατεύεσθαι μὴ δυνηθῶσιν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσάγειν παρεκκοπὴν τῆς παραγραφῆς διὰ νομίμου κονβεντζίονος, ἢ διὰ προκατάρξεως τῆς δίκης, καθὼς τοῖς παλαιοῖς νόμοις παρακεχώρηται. Τὰ δὲ προειρημένα ἅπαντα οὕτω μὲν ὑγιειῶς νοεῖσθαι θέλομεν, ἵνα ἡ τῆς τριακονταετίας παραγραφὴ ἐν τοῖς τελείοις φίοις καὶ ἔν τισι μέρεσι τούτων τόπον ἔχῃ, ἐξ ὧν οὐδὲ πρόκριμα προσεναχθῆναι δύναται τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ· ἐπειδὴ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐπικεῖται δουλεία τετυπωμένη καὶ κεχρεωστημένη, ἥτις οὐ το-

tam personæ, quam rei ipsi adscriptum esse dignoscitur, minime amitti poterit, vel in aliquo minorari. Ceterum si super aliquo prædio, vel prædiis ad feudum, seu partem feudi certam, pertinentibus, quæ velut libera a servitiis, vel qualitercunque aliter quis præscribat, de quibus nullum est certum servitium prætaxatum, præscriptionem quanticunque temporis in nullo prodesse sibi censemus; cum iis de feudo subtractis, de necessitate per consequens ipsum servitium minoretur.

ȣ τοσȣ̃τον τῷ προσώπῳ, ὅσον αὐτῷ τῷ πράγματι γινώσκεται εἶναι ἐγγεγραμμένη, καὶ ȣ̓δαμῶς αὐξηνθῆναι ἢ ἔν τινι μειωθῆναι δύναται· ἐπί τινι δὲ χωραφίῳ ἢ χωραφίοις τοῖς ἀνήκȣσι τῷ φίῳ, ἢ τινι μέρει τȣ̃ φίȣ, ἅτινα οἱονεὶ ἐλεύθερα δουλείας, ἢ οἱῳδήτινι ἄλλῳ τρόπῳ τὶς παραγράφεται, ἐξ ὧν ȣ̓δεμία ῥητὴ δȣλεία ὥρισαι, ἡ παραγραφὴ ἡ οἱȣδήτινος μακρȣ̃ χρόνȣ ἐν ȣ̓δενὶ αὐτὸν ὠφελήσει. Τȣ́των γὰρ ἀπὸ τȣ̃ φίȣ διηρπαγμένων, δι' ἀνάγκην τȣ̃ διώκοντος ἡ τοιαύτη δȣλεία ἐμβραδύνεται.

TIT. XXXIX.

De prorogatione præscriptionis.

IDEM.

QVadragenalem præscriptionem & sexagenariam, quæ contra fiscum in publicis hactenus competebat, usque ad centum annorum spatium prorogamus; minoribus præscriptionibus adversus fiscum inductis, quadriennii scilicet in rebus donatis a nobis, & triennii a sententiis contra nos latis, in suo robore duraturis.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ τῶν κατὰ φίσκȣ διδομένων παραγραφῶν.

ΤΗ'ν παραγραφὴν τῶν τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν καὶ ἑξήκοντα, ἥτις κατὰ τȣ̃ φίσκȣ ἕως ἄρτι ἐδίδοτο, ἑκατὸν ἐνιαυτῶν διορίᾳ παρεκτείνομεν· τῶν ἐλαττοτέρων παραγραφῶν τῶν εὑρεθεισῶν κατὰ τȣ̃ φίσκȣ, τῆς τετραετίας δηλονότι ἐν τοῖς δωρȣμένοις παρ' ἡμῶν πράγμασι, ϗ τριετίας κατὰ τῶν καθ' ἡμῶν διδομένων ἀποφάσεων, ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ παραμενȣσῶν.

TIT. XL.

De injuriis Curialibus personis seu quibuslibet aliis irrogatis.

REX ROG.

OBservent diligentissime judices, ut in accusatione injuriarum, Curialium personarum dignitatem considerent: & juxta personarum qualitatem eorum, quibus fuerit facta injuria, & eorum qui faciunt, & quando, & ubi hujusmodi temeritates præsumuntur, sententiam ferant. Ipsis autem facta injuria, non ipsis duntaxat, sed etiam ad Regiæ dignitatis spectat offensam.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΙΘ.

Περὶ διαφορᾶς προσώπων ὑβριζόντων ϗ ὑβριζομένων.

ΤΗρείτωσαν οἱ δικασαὶ ἀκριβῶς ϗ σκοπείτωσαν ἐν τῇ περὶ ὕβρεων ἀγωγῇ, τῶν κȣριαλέων προσώπων τὴν ἀξίαν, ϗ κατὰ τὴν ποιότητα τῶν προσώπων ἐκείνων, οἷς ἡ ὕβρις γίνεται, ϗ παρ' ὧ γίνεται, ϗ ὅπȣ τὰ τοιαῦτα ἀφόβως πλημμελȣ̃νται, ἀπόφασιν δȣ̃ναι προνοείτωσαν. Ἡ γὰρ εἰς αὐτȣ̀ς γενομένη ὕβρις, ȣ̓κ εἰς αὐτȣ̀ς, ἀλλὰ κατὰ τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος φαίνεται πλημμελεῖσθαι.

TIT. XLI.

De repulſa officialium, & pœna pro eorum exceſſibus conſtituta.

IMP. FRED.

De falſariis.

IDEM.

QVi literas regias, aut mutat, aut eas notho ſigillo ſignat, capitali ſententia feriatur.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΛΘ.

Περὶ τῶν μεταβαλόντων τὰ ῥηγικὰ γράμματα.

Ὁ Τὰ ῥηγικὰ γράμματα μεταβαλὼν, ἢ ἐπικυρῶν αὐτὰ νόθῳ σιγιλλίῳ, κεφαλικῶς τιμωρείσθω.

TIT. LXII.

De cudentibus monetam adulterinam.

IDEM.

ADulterinam monetam cudentibus, vel ſcienter accipientibus, pœnam capitis irrogamus, & eorum ſubſtantiam publicamus; conſentientes etiam hac pœna ferimus.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Μ.

Περὶ τῦ πωλήσαντος νομίσματα νενοθευμένα.

ΤΟῖς πωλῦσι νομίσματα νενοθευμένα, ἢ τοῖς δεχομένοις αὐτὰ ἐν εἰδήσει, κεφαλικὴν τιμωρίαν ἐπιφέρομεν, ϗ τὴν τύτων ὑπόϛασιν δημεύομεν· ϗ τὺς συναινῦντας τῇ ὁμοίᾳ ποινῇ πλήττομεν.

TIT. LXIII.

De raſione monetæ.

IDEM.

QVi nummos aureos, vel argenteos raſerint, vel quocunque modo minuerint, tam perſonas eorum, quam bona omnia publicamus.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΑ.

Περὶ τῦ κλέψαντος νομίσματα ἀργυρᾶ ἢ χρυσά.

Ὁ Κλέψας νομίσματα ἀργυρᾶ ἢ χρυσὰ, ϗ ὁ ἐλαττώσας αὐτά τινι τρόπῳ, μετὰ τῶν αὐτῦ πραγμάτων δημοσιευέσθω.

TIT. LXIV. In

TIT. LXIV.

De falsis instrumentis utentibus.

IDEM.

QVi falso instrumento nescius utitur, falsi crimine non tenetur.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΒ.

Περὶ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ χρωμένων πλαστῷ συμβολαίῳ.

Ὁ ἐν ἀγνοίᾳ χρώμενος πλαστῷ συμβολαίῳ, τῷ περὶ πλαστογραφίας ἐγκλήματι ȣ̓ κατακριθήσεται.

TIT. LXV.

De falsitate cujuslibet in testibus producendis.

IDEM.

QVi falsitatem astruxerit testibus, falsi pœna coercetur.

10

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΓ.

Περὶ τῶν ἐκδιδασκόντων πλαστὴν μαρτυρίαν τοῖς μάρτυσι.

Ὁ πλαστὴν μαρτυρίαν ἐκδιδάσκων τοῖς μάρτυσι, τῇ τῆς πλαστογραφίας ποινῇ κατακρινέσθω.

TIT. LXVI.

De celantibus testamenta.

IDEM.

TEstamentorum publicorum deletor, celator, [perversor] eadem pœna tenentur.

20

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΔ.

Περὶ τȣ̃ ἐξαλείψαντος τȣ̀ς λόγȣς τῶν μαρτύρων.

Ὁ ἐξαλείψας τȣ̀ς λόγους μαρτύρων ἢ κρύψας, τῇ αὐτῇ ποινῇ ὑποκείσεται.

TIT. LXVII.

De paterno testamento deleto.

IDEM.

SI quis patris testamentum aboleverit, ut quasi ab intestato succedat, patris hereditate privetur.

30

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΕ.

Περὶ τȣ̃ ἐξαλείψαντος τὴν διαθήκην τȣ̃ ἰδίȣ πατρός.

Ὁ ἐξαλείψας τὴν διαθήκην τȣ̃ πατρὸς αὐτȣ̃, ἵνα ἐξ ἀδιαθέτȣ κληρονομήσει, τῆς τȣ̃ πατρὸς ȣ̓σίας ϛερηθήσεται.

TIT. LXVIII.

De judiciis.

IDEM.

QValitas personæ gravat, & relevat pœnam falsi.

40

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜϚ.

Περὶ πλαστογραφίας.

Ἡ ποιότης τȣ̃ προσώπȣ αὔξει τὴν ποινὴν τῆς πλαστογραφίας ϗ μειεῖ.

TIT. LXIX.

De veneficiis.

REX ROGE.

MAla & noxia medicamenta ad alienandos animos, seu venena qui [dederit,] vendiderit, vel habuerit, capitali sententia feriatur.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΖ.

Περὶ τοῦ δόσοντος ἰατρείας κακὰς καὶ βλαβεράς.

ΕΙ' τις δώσει ἰατρείας κακὰς καὶ βλαβεράς, ἐπὶ τὸ σκοτίσαι καὶ ἀφελέσθαι τὸν νοῦν ἀνθρώπου τινός, καὶ ὁ πωλήσας φαρμακείαν, ἢ ἔχων αὐτά, κεφαλικῶς τιμωρίσθω.

TIT. LXX.

De correctione poculum amatorium porrigentium.

REX ROGE.

POculum amatorium, vel quemlibet cibum nocivum, quisquis instruxerit, etiamsi neminem læserit, impunis non erit.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΗ.

Περὶ τοῦ ποιήσαντος βρῶμα ἢ πόμα περὶ ἀγάπης.

ΕΙ' τις ποιήσει πόμα περὶ ἀγάπης ἤ τινα βρῶσιν, εἰ καὶ μηδένα βλάψῃ, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.

TIT. LXXI.

De pœna emptoris.

IMP. FRE.

EAmdem pœnam ferre debet emptorem.

Deest in Græco Codice.

TIT. LXXII.

De vendentibus venenum.

IDEM.

QVicunque toxicum, aut malum venenum, quod ad confectionem utile, vel necessarium non sit, [habuerit, vel] vendiderit, suspendatur.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΜΘ.

Περὶ τοῦ δόσοντος φάρμακον ἢ ἄλλον ἰὸν τινα κακόν.

ΕΙ' τις δώσει δηλητήριον ἢ κακὸν ἰόν, ἅτινα εἰς σύγκρασιν οὔτε ἀναγκαῖα εἰσὶν οὔτε χρήσιμα, κρεμασθήτω.

Taxum etiam vel herbas hujusmodi, de quibus pisces mortificantur, aut moriuntur,

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ν.

Περὶ τοῦ μὴ ἐμβάλλεσθαι ἐν τοῖς ὕδασι παρὰ τῶν ἁλιέων χόρτον τι.

ΚΩλύομεν ἐμβάλλεσθαι ἐν τοῖς ὕδασι παρὰ τῶν ἁλιέων χόρτον τι, ἢ δηλητήριον,

tur, a piscatoribus in aquis projici vetamus: propter hæc enim & ipsi pisces redduntur infecti, & aquæ, de quibus homines, & bestiæ interdum sæpius potum assumunt, nocivæ redduntur. Quod qui fecerit, per annum cum ferris operibus publicis deputetur.

T I T. LXXIII.

De poculis amatoriis.

IDEM.

AMatoria pocula porrigentes, vel cibos quoslibet noxios, illicita vel exorcismata astruentes, tali decernimus pœna constringi: ut si ii, quibus talia sunt porrecta, vitam proinde, vel sensum amittant, mortis periculo subjici volumus talia perpetrantes. Si vero qui prædicta susceperint, in nullo lædantur, tunc committentium voluntates inultas non volumus remanere: sed publicatis bonis ipsorum omnibus carcerali per annum custodiæ ipsos decernimus mancipari. Et quanquam veritatem, & rerum naturam intuentibus videri possit hoc frivolum, & ut proprie loquamur, fabulosum, quod per cibos, aut potus, [ad amores, vel odia,] mentes hominum moveantur, nisi quatenus recipientis læsa suspicio hæc inducat; ipsorum tamen præsumptionem temerariam, qua saltem nocere desiderant, etsi nocere non possint, relinquere nolumus impunitam.

T I T. LXXIV.

De adulteriis, & lenociniis.

IDEM.

LEgum asperitate lenita, non ut olim contra adulteros, ad aliorum conjuges accedentes, gladio est agendum: Sed

ριον, ἐξ ȣ̃ οἱ ἰχθύες ἀπόλλονται, πρὸς τὸ διαφθεῖραι τὰ ὕδατα ϗ τὰς ἰχθύας, ἐξ ὧν πολλάκις οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ ζῶα ἀπόλλονται· ὅπερ εἴ τις ποιήσειε, μετὰ κλοιῶν σιδηρείων πρὸς χρόνον εἰς δημοσιακὰ δώματα τετάχθω.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΝΑ.

Περὶ τῶν πιόντων βρῶμα ἢ πομα περὶ ἀγάπης, ϗ ἐξορκισμȣ̀ς ἐφευρισκόντων.

ΟἹ παρέχοντες πόματα ἀγάπης, ἢ βρώματα βλαβερὰ, ἢ ἐξορκισμȣ̀ς ἐφευρίσκοντες· τοιαύτῃ ποινῇ περισφίγγεσθαι ὁρίζομεν, ἵνα εἴπερ ἐκεῖνοι οἷσισι ταῦτα ἐδόθησαν, τὴν ζωὴν ἢ τὸν νȣ̃ν ἀπώλεσαν, θανάτου κινδύνῳ βουλόμεθα τȣ̀ς ἐργάτας τῶν τοιȣ́των καθυποβάλλεσθαι. Εἰ δὲ ὁ ταῦτα δεξάμενος μηδεμίαν βλάβην ὑποςῇ, τότε μὴ θέλοντες ἀτιμώρητον εἶναι τὴν ἐκείνων κακίαν, δημοσιευομένων πάντων τῶν πραγμάτων αὐτῶν, δι' ἐνιαυτȣ̃ ἐν φυλακῇ κρατηθήτωσαν· ϗ εἴπερ τοῖς σκοπȣ̃σι τὴν ἀλήθειαν ϗ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, μάταιον εἶναι φαίνεται ϗ οἱονεὶ μυθῶδες, ὥςε διὰ βρωμάτων ἢ πομάτων ἢ χόρτȣ

τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν ταραχθῆναι· εἰ μὴ ὅσον τȣ̃ δεχομένȣ ἀσθενὴς ὑπόληψις τȣ̃το καταδέχεται· ὅμως τὴν τολμηρὰν τȣ́των ἐπιχείρησιν, οἵτινες βλάψαι μὴ δύνανται, ἀτιμώρητον ἐᾶσαι ȣ̓ θέλομεν.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΝΒ.

Περὶ μοιχῶν ϗ μοιχευομένων γυναικῶν.

ΤΗ͂ς τῶν νόμων τραχύτητος ὁμαλισθείσης κατὰ μοιχῶν τῶν ἀπερχομένων εἰς τὰς γυναῖκας ἑτέρων, ȣ̓ δραμητέον μετὰ μαχαί-

Sed rerum ad eos pertinentium confiscatio inducetur, si filios legitimos, ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerint. Periniquum est enim eos successione fraudari, qui nati sunt eo tempore, quo hujus tori lex legaliter servabatur. At viro tradenda est mulier, nullatenus vitæ periculo sævituro; sed ultionem tori violati nasi truncatio, quod sævius & atrocius inducitur, prosequatur. Vltra enim neque viro, neque parentibus sævire licebit. Quod si vir ejus in eam vindictam dare noluerit, nos hujusmodi maleficium non sinemus inultum, sed ipsam præcipimus publice flagellandam.

χαίρας καθὼς τὸ πρότερον· ἀλλ' εἰσαγέσθω κατ' αὐτῶν δήμευσις τῶν πραγμάτων τῶν ἀνηκόντων αὐτοῖς. Εἰ δὲ υἱοὺς νομίμους ἐκ τοῦ μιανθέντος συνοικεσίου ἢ ἐξ ἄλλου ἔχοιεν, ἄδικόν ἐστιν ὑστερεῖσθαι τούτους τῆς ἐκείνων διαδοχῆς· ἐκείνους δηλονότι οἵτινες ἐγεννήθησαν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ὁ τοῦ λέχους νόμος νομίμως παρεφυλάττετο. Ἡ δὲ γυνὴ μὴ παραδιδόσθω τῷ ἀνδρὶ τῷ θρασυνομένῳ κατ' αὐτῆς ἐν κινδύνῳ θανάτου· ἀλλὰ ἀντὶ τῆς διεκδικήσεως τοῦ μιανθέντος λέχους ἐπαγέσθω ἐκκοπὴ τῆς ῥινός. Οὐκ ἔξεσι γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἢ τοῖς γονεῦσι τῆς γυναικὸς περαιτέρω τούτου θρασύνεσθαι. Ἐὰν δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς τὴν τοιαύτην διεκδίκησιν λαβεῖν μὴ θελήσῃ, ἡμεῖς τὸ τοιοῦτον κακούργημα οὐκ ἐάσομεν ἀτιμώρητον· ἀλλ' ὁρίζομεν αὐτὴν δημοσίως μαστίζεσθαι.

TIT. LXXV.

De pœna adulterii.

REX ROG.

QVi coram se spectante, [vel alio] permittit cum ganeis suam conjugem lascivire, non facile poterit eam judicio accusare; viam quippe mœchandi aperit, qui cum possit prohibere, consentit.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΝΓ.

Περὶ τοῦ παραχωροῦντος ἔμπροσθεν αὐτοῦ μοιχεύεσθαι τὴν αὐτοῦ γυναῖκα.

Ὁ παραχωρῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ θεωροῦντος μοιχεύεσθαι μετὰ μοιχῶν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα, οὐ δύναται αὐτὴν ἐνώπιον τοῦ δικαστοῦ περὶ μοιχείας κατηγορῆσαι. Ὁδὸν γὰρ πάντως παρέχει τῇ μοιχείᾳ ὁ συναινῶν, κωλῦσαι δυνάμενος.

TIT. LXXVI.

De prohibita quæstione feminæ.

REX ROG.

QVamvis uxorem suam suspectam quis habeat, [si tamen ei fidem habeat,] eum lenocinii non damnamus: quis enim alieni tori jure inquietet quietem? Quod si patenter deprehenderimus quempiam habere uxorem quæstuosam, digna [nostris temporibus] mox sequatur pœnæ vindicta. Eum quoque pœna infamiæ condemnamus.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΝΔ.

Περὶ τοῦ ἔχοντος ὕποπτον τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

Ἐάν περ ἔχῃ τις τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ὕποπτον, περὶ μαστροπείας αὐτὸν οὐ καταδικάζομεν. Τίς γὰρ δικαίως ἐνοχλῇ τῇ γαλήνῃ καὶ εἰρήνῃ τοῦ ξένου λέχους; Εἰ δέ τις κατασχεθῇ ἔχων γυναῖκα μοιχευομένην, εὐθὺς ὑποστήτω τὴν διεκδίκησιν τῆς ἀξίας ποινῆς, καὶ ἄτιμος ἔστω.

TIT. LXXVII.

De submota conversatione inter bonas feminas quæstuosæ.

REX ROG.

QVæ passim venalem formam exhibuit, hujus criminis accusationem amovit. Violentiam tamen ei ingeri [prohibemus], & inter boni testimonii feminas ejus habitationem vetamus.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΝΕ.

Περὶ τῶν δημοσίως πορνευουσῶν γυναικῶν.

Ἡ Δημοσίως πορνεύουσα οὐ κατέχεται τούτῳ ἐγκλήματι. Δυναστείαν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι κωλύομεν, καὶ κατοίκησιν ἔχειν μετὰ 10 γυναικῶν τῶν οὐσῶν καλῆς ὑπολήψεως.

TIT. LXXVIII.

De repudiis concedendis.

IDEM.

REpudium in hac accusatione semper est permittendum, neque violentia, seu detentio adhibenda.

In Codice Græco

ΚΕΦ. Νϛ.

Περὶ τοῦ γίνεσθαι πάντοτε ἀποχὴν τῆς κατηγορίας.

ΠΑ'ντοτε παραχωροῦμεν ἀποχὴν γίνεσθαι τῆς κατηγορίας, καὶ μὴ γενέσθω βία 20 ἢ κατακράτησις.

TIT. LXXIX.

De lenis.

IDEM.

LEnas, sollicitantes alienam scilicet castitatem, genus criminis pessimum, tamquam ipsas adulteras puniendas esse, præsenti lege sancimus. 30

Deest in Græco Codice.

TIT. LXXX.

De matribus suas filias exponentibus.

IDEM.

MAtres, virgines filias prostituentes [, & maritalia fœdera fugientes], ut lenas ipsas prosequimur; ut nasus eis similiter abscindatur. Castitatem enim suorum viscerum vendere, inhumanum est & crudele. Quod si filia se ipsam prostituerit, mater vero solummodo

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΝΖ.

Περὶ μητρῶν αἵτινες ὑποστρωννύουσι τὰς ἰδίας θυγατέρας.

ΤΑ`ς μητέρας τὰς ὑποτιθεμένας τὰς οἰκείας θυγατέρας οὔσας παρθένους ἐπὶ 40 τὸ μοιχεύεσθαι, ὡς μαστροπὰς αὐτὰς διώκομεν, καὶ ῥινοκοπεῖσθαι ὁρίζομεν. Α'πάνθρωπον γὰρ ὄντως ἐστὶ τὰ οἰκεῖα ἔγκατα ἀπεμπωλεῖν. Ε'ὰν δὲ ἡ θυγάτηρ ἑαυτὴν ἐπὶ τὸ μοιχεύεσθαι παραδώσει, ἡ μήτηρ συναινοῦσα

modo consentit, judicis arbitrio relinquatur.

σα τῇ σκήψει τοῦ δικαστοῦ τιμωρείσθω.

TIT. LXXXI.

De pœna uxoris in adulterio deprehensæ.

IDEM.

SI maritus uxorem in ipso actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΝΗ.

Περὶ τοῦ κρατήσαντος τὴν ἰδίαν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ.

ΕʼΑ᾽ν ὁ ἀνὴρ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τῆς μοιχείας τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κρατῆσαι, ἔξεσιν αὐτῷ φονεῦσαι τοσοῦτον τὸν μοιχὸν, ὅσον καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα, χωρὶς ἀναβολῆς καὶ βραδυτῆτος.

TIT. LXXXII.

De pœna mariti, ubi adulter aufugit.

IDEM.

MAritum lenocinii pœna coercet, qui uxorem in adulterio deprehensam retinuit, adulterumque dimisit, nisi forte sine sua culpa aufugit.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΝΘ.

Περὶ τοῦ κρατήσαντος τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ, τὸν δὲ μοιχὸν ἐάσαντος.

Ο᾽ Ἀνὴρ τῇ περὶ μαστροπείας ποινῇ τιμωρείσθω, ὁ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα κατέχων μοιχείᾳ κρατηθεῖσαν, τὸν δὲ μοιχὸν ἐάσας, εἰ μὴ ἴσως χωρὶς δόλου τούτου διέφυγεν.

TIT. LXXXIII.

De adulteriis coercendis.

REX GUIL.

MAjestati nostræ quorundam prælatorum querimonia patefecit: Quod ecclesiæ suæ a Justitiariis, Camerariis, & Bajulis Regni nostri privantur, & minuuntur jure suo, videlicet, de adulteriis, quæ non permittunt judicari, & corrigi in curia Ecclesiæ, sicut debet; & de personis clericorum, quæ ab eis [, ut laici] judicantur, & incarcerantur: quod si verum est, nobis displicet, & grave videtur. Non enim decet, neque volumus, ut ea, quæ ab Ecclesia judicari, & coerceri debent, ab aliis puniantur, & judicentur, aut corrigantur. Quare mandamus, & præcipimus firmiter, ut amodo de adulteriis judicandis Justitiarii, Came-

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ξ.

Περὶ τοῦ ὅπως τὰς μοιχείας ἐξετάζεσθαι χρή.

ΓΟγγυσμός τινων προεστώτων τῇ ἡμετέρᾳ μεγαλειότητι ἐδήλωσεν, ὅτι αἱ ἐκκλησίαι παρὰ τῶν δικαιωτῶν καὶ καμμερλίγγων τῶν ἰδίων δικαίων ὑστεροῦνται· ἤγουν περὶ μοιχείας, ἃς οὐ παραχωροῦσι κρίνεσθαι καὶ κολάζεσθαι ἐν τῇ κορτῇ τῆς ἐκκλησίας· καὶ ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πρόσωπα παρ᾽ αὐτῶν κρίνονται καὶ τιμωροῦνται. Ο῞περ εἰ ἀληθές ἐστιν, ἡμῖν ἀπαρέσκει, καὶ βαρετὸν ἔχομεν. Οὐ θέλομεν γὰρ ἐκεῖνα, ἅτινα ὀφείλουσι παρὰ τῆς ἐκκλησίας κριθῆναι καὶ περισφίγγεσθαι, παρ᾽ αὐτῶν τιμωρηθῆναί τε καὶ κριθῆναι ἢ περισφιχθῆναι· ὅθεν στεῤῥῶς στέλλομεν καὶ ὁρίζομεν, ἵνα ἀπὸ τοῦ νῦν οἱ δικαιῶται, καμμαρλίριοι καὶ πράκτορες μὴ ἐπιχειρήσωσι διαγνῶναι καὶ κρίναι περὶ μοιχείας· καὶ ἐάν τις ἀπὸ τῆς

merarii, & Bajuli non se intromittant. Sed & si quis de parochia alicujus ecclesiæ de adulterio accusatus, vel deprehensus fuerit, ad judicium ipsius Ecclesiæ, in quo ipsa adulteria judicari debent, consistat, & a curia ipsius Ecclesiæ judicetur, & corrigatur; excepto si per insultum, vel per violentiam adulterium committatur. Quod si acciderit, judicetur ab Ecclesia de adulterio, quod spectat ad judicium Ecclesiæ. Et hoc, quod spectat ad judicium sæculare, videlicet de insultu & violentia, in nostra curia judicetur. Præterea mandamus omnibus nostris officialibus, ut de adulteriis coercendis omnibus prælatis, quibus opus fuerit, auxilium tribuant.

ἐνορίας τινὸς ἐκκλησίας περὶ μοιχείας κατηγορηθῇ, ὀφείλει παρίςασθαι κ̔ κριθῆναι τῷ δικαςηρίῳ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης, ἐν ᾗ τὴν μοιχείαν ἐπλημμέλησε, κ̔ παρὰ τῆς κόρτης τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας κατακρινέσθω· εἰ μὴ μετὰ βίας ἢ ἐπαναςάσεως ἡ μοιχεία ἐγένετο. Ὅπερ εἰ συμβήσεται, περὶ μὲν τῆς μοιχείας παρὰ τῆς ἐκκλησίας κατακρινέσθω, ἥτις τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνήκει· περὶ δὲ τῆς βίας κ̔ τῆς ἐπαναςάσεως, ἅτινα τῇ ἡμετέρᾳ κόρτῃ ἀνήκουσιν, ἐν τῷ ἡμετέρῳ δικαςηρίῳ κατακρινέσθωσαν· ςέλλομεν δὲ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ὀφφικιαλίοις, ἵνα ἐπὶ τὸ περισφίγξαι τὰς μοιχείας, τοῖς προεςῶσιν ἡνίκα χρεία γένηται, βουλὴν καὶ βοήθειαν παρέξωσιν.

TIT. LXXXIV.

De lenonibus.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΞΔ.

Περὶ ποινῆς τῶν μαςροπῶν.

IMP. FRE.

Lenas sollicitantes pudicitias uxorum, filiarum, sororum, & postremo quarumlibet virginum, vel aliarum honestarum mulierum, quas vir bonus aliquis intra septa domus suæ tenere noscitur, detruncatione nasi ipsas, tanquam adulteras, juxta divæ memoriæ regis Rogerii avi nostri statuta puniri censemus. Aliarum tamen mulierum animos attrahentes, quæ velut sui arbitrii existentes a nemine custode [virorum voluntatibus & voluptatibus se dederunt aliquando, licet non esset juste credibile, quod dare se vellent prima vice; quia talia perpetrantes], si fuerint legitima probatione convictæ, fustigari censemus, & ipsas in recognitionem semel attentati facinoris in fronte signari. Scituris firmiter lenis hujusmodi, quod si tentaverint denuo reiterare commissa, detruncationis nasi pœnæ procul dubio subjacebunt.

Τὰς μαςρωποὺς τὰς διεγειρούσας τὴν σωφροσύνην τῶν παρθένων γυναικῶν ἢ τῶν ἄλλων σωφρόνων, ἅς τις ἀγαθὸς ἀνὴρ ἔσωθεν τοῦ ἰδίου οἴκου κρατεῖ, ῥινοκοπεῖσθαι ὁρίζομεν κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ῥηγὸς Ῥογερίου τοῦ ἡμετέρου πάππου·

τὰς δὲ ἐφελκούσας τὰς ψυχὰς τῶν ἄλλων γυναικῶν, τῶν παρ᾽ οὐδενὸς φυλαττομένων,

ὑπὲρ τῆς πρώτης φορᾶς μαςιχθῆναι ὁρίζομεν· ὁμολογούσας δὲ τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐν τῷ μετώπῳ σημειωθῆναι. Εἰ δὲ κ̔ αὖθις τὰ ὅμοια πειράσονται διαπράξασθαι, ῥινοκοπηθῆναι ὁρίζομεν.

TIT. LXXXV.

TIT. LXXXV.

De pœna matris filiam publice prostituentis.

IDEM.

MAtres, quæ publice prostituunt filias, pœnæ nasi truncati a divo Rege Rogerio statutæ subjacere saocimus. Alias etiam conseotientes, & filias, quas forte propter ioopiam [,nedum maritare, sed etiam outrire noo possunt,] alicujus voluptatibus exponentes, a quo & sustentationem vitæ, & gratiam præstolantur, pœnæ subjacere non tam injustum credimus, quam severum.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΞΒ.

Περὶ τῶν δι' ἔνδειαν ὑποστρωννυμένων γυναικῶν.

ΤΑ'ς μητέρας αἵτινες φανερῶς ἀπεργάζουσι μοιχεύεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, ῥινοκοπεῖσθαι ὁρίζομεν· τὰς δὲ ἄλλας γυναῖκας τὰς συναινούσας καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν, αἵτινες ἴσως δι' ἔνδειαν τῷ θελήματί τινων ἑαυτὰς καθυπέστρωσαν, παρ' ὧν δι' οἴκησιν τῆς ζωῆς ἢ ἄλλην τινὰ χάριτα προσδέχονται, καθυποβάλλειν ποινῇ οὐ μόνον ἄδικον, ἀλλὰ καὶ ἀπηνὲς εἶναι ἐκρίναμεν.

TIT. LXXXVI.

De venditione liberi hominis.

REX ROG.

QVi sciens liberum hominem vendiderit, hac pœna [legitima] teneatur, ut ex bonis suis, si possibile est, venditus redimatur: ipse vero maleficus Curiæ servus fiat, bonorum suorum residuo publicato. Quod si oon poterit redimi, pro servo tradatur parentibus venditi, bonis suis Curiæ addictis. Quocunque autem casu venditus redeat, maleficus Curiæ servus fiat, filiis etiam post hunc casum nasceotibus Curiæ subjectis perpetuæ servituti.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΞΓ.

Περὶ τοῦ ἐν εἰδήσει πωλοῦντος ἄνθρωπον ἐλεύθερον.

Ο' Ε'ν εἰδήσει πωλήσας ἐλεύθερον ἄνθρωπον, ταύτην τὴν ποινὴν ὑποστήτω, ἵνα ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ ὁ πωληθεὶς ἐξαγορασθῇ· αὐτὸς δὲ ὡς κακοποιὸς δοῦλος τῆς ἡμετέρας κόρτης γενέσθω, καὶ τὸ ἐπίλοιπον τῶν αὐτοῦ πραγμάτων τῇ κόρτῃ προσποριζέσθω. Εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐξαγορασθῆναι μὴ δυνηθῇ, παραδοθήτω τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις τοῦ πωληθέντος, τῶν αὐτοῦ πραγμάτων τῷ φίσκῳ προσποριζομένων. Ε'ν οἱῳδήποτε δὲ θέματι πωλούμενος γενέσθω δοῦλος τῆς ἡμετέρας κόρτης. Οἱ δὲ μετέπειτα γενόμενοι τούτου υἱοὶ, δοῦλοι ἔστωσαν τοῦ ἡμετέρου φίσκου.

TIT. LXXXVII.

De incendiariis.

REX ROG.

QVi dolose domum inceoderint, capitis pœna plectentur [, velut incendiarii].

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΞΔ.

Περὶ τοῦ ἐκκαύσαντος οἶκόν τινος διὰ δόλου.

Ο' Ε'κκαύσας οἶκόν τινος διὰ δόλου, κεφαλικῶς τιμωρείσθω.

TIT. LXXXVIII.

In

TIT. LXXXVIII.

Qui ramum de alto projiciens, vel se præcipitans, hominem occiderit.

REX ROG.

QVi de alto se ipsum præcipitat, & hominem occiderit, & qui ramum incaute projicit, & non proclamat, seu lapidem projicit, hominemque occiderit, pœnæ capitali succumbat.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΞΕ.

Περί τȣ͂ ἐάσαντος ἑαυτὸν ἐξ ὕψȣς πεσεῖν ϗ ἄλλον φονεύσαντος.

Ο' Ε'άσας ἑαυτὸν πεσεῖν ἔκ τινος ὕψȣς ϗ ἄλλον φονεύσας, ϗ ὁ κλάδον ἀπροφυλάκτως ἐκκόψας ϗ τὴν τȣ́τȣ πτῶσιν μὴ 10 *προκηρύξας, ἢ λίθον προϊὼν ἄνθρωπον φονεύει, κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν.*

TIT. LXXXIX.

De pœna hominum alium occidentium diversis ex casibus.

IMP. FRE.

POEnam præcedenti sanctione statutam imperialiter mitigantes decernimus, eum qui se de alto præcipitat, vel ex alto incaute aliquid projicit, & proinde occiderit aliquem; siquidem in loco habitabili hoc contingat, per annum carceri mancipari. Quod si hæc in campestribus acciderint, sacramento ab ipso præstito, quod transeuntem non viderit, omni calumnia absolutum ipsum esse censemus. Quod si ex prædictis percussus minime moriatur, omnes expensas justas, [& moderatas,] quas in ipsa infirmitate fecerit, tam pro se, quam pro medicinis, incaute projiciens ei reddere teneatur. [Absurdum enim in casu isto prævidimus punire æqualiter simplicem, & dolosum.]

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΞϚ.

Περί ποινῆς τῶν προειρημένων.

20 *ΤΗ'Ν προρηθεῖσαν ποινὴν βασιλικῶς καταπραΰνοντες ὁρίζομεν, ἐκεῖνον ὅστις ἐάσει ἑαυτὸν πεσεῖν ἀφ' ὕψȣς, ἢ ἀπροφυλάκτως ἐκπέμψει τι, ϗ ἐκ τȣ́τȣ φονεύσει τινά, εἰ μὲν ἐν κατοικȣμένῳ τόπῳ συμβῇ, δι' ἑνὸς ἐνιαυτȣ͂ ἐν φυλακῇ κρατηθῆναι ὁρίζομεν. Εἰ δὲ ἐν ἀγρῷ συμβῇ, γενομένȣ παρ' αὐτȣ͂ ὅρκȣ ὅτι τὸν περιόντα ȣ̓κ ἐθεάσατο, ἐλεύθερον εἶναι ὁρίζομεν. Εἰ δὲ ὁ πληγεὶς ȣ̓ τελευτήσει, πάσας τὰς δικαίας ἐξόδȣς ἃς ἐν* 30 *τῇ αὐτȣ͂ ἀῤῥωστίᾳ ποιήσει, τοσȣ͂τον ὑπὲρ αὐτȣ͂ ὅσον ὑπὲρ τȣ͂ ἰατρȣ͂, ἀποδώσει αὐτῷ ὁ ἀπροφυλάκτως προϊὼν [κλάδον ἢ λίθον τινά].*

TIT. XC.

De aleatorum & daciarum infamia.

IDEM.

MOres dissolute viventium interpositæ pœnæ formidine ad frugem melioris vitæ reducere cupientes: statuimus eos, qui ad datios, sic ex quadam consuetudine ludunt, & in ludo ipso continue conversantur, ut nulli alii vacent officio, de quo vivant; tabernarios, etiam qui tabernas, velut naturales lares, & proprios elegerunt; eos etiam qui aleas, & datios tenent, ut easdem prædictis ludentibus commodent, inter infames haberi, ita ut nec ad testimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur. Judices etiam, & advocatos, & notarios publicos, qui hujusmodi vilem, & sordidam vitam ducunt, infamia prædicta notatos, a susceptis etiam officiis in perpetuum volumus amoveri. Postremo etiam milites, quos saltem equestris dignitatis decus deberet a talibus coercere, si famæ suæ prodigi, & pudoris ignari ad vilitatem hujusmodi deduxerint vitam suam, in perpetuum a testimonio submovemus, ab eis judicia etiam, quæ viris militaribus sunt concessa, in perpetuum abdicantes.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΞΖ.

Περὶ τῶν βιούντων ἀπολελυμένως.

ΤΑ' ἤθη τῶν ἀπολελυμένως βιούντων τῷ φόβῳ τῆς ἐπιτιθεμένης ποινῆς εἰς τάξιν κρειττοτέρας ζωῆς μεταφέρειν βουλόμενοι. ὁρίζομεν, ἐκείνους οἵτινες οὕτως ἔκ τινος συνηθείας τὰ ῥιπτὰ παίζουσι, ϗ τῇ παιγνίᾳ ταύτῃ καθ' ἑκάστην συστρέφονται, ϗ ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ εὐκαιροῦσιν ἵνα δυνήσωνται· ϗ τοὺς καπήλους ϗ τοὺς ἐν τῷ καπηλίῳ συστρεφομένους, ὡς ἔν τισι φυσικαῖς αὐτῶν πτέρυξι, ϗ τοὺς κρατοῦντας τὰ ταυλία ϗ τὰ ῥιπτὰ, ἵνα ἐκ τούτων τὸ ζῆν προσπορίσωνται, ἐν τοῖς ἀτίμοις εἶναι θεσπίζομεν· ϗ μήτε εἰς μαρτυρίαν μήτε ἐν ὀφφικίῳ πουβλίκῳ δεχέσθωσαν. Τοὺς δικαστὰς δὲ ϗ συνηγόρους ϗ νοταρίους οἵτινες τοιαύτην εὐτελῆ ϗ κατεσπιλωμένην ζωὴν ἄγουσι, διηνεκῶς ἀτιμωθέντας ἀπὸ τῶν ὀφφικίων διηνεκῶς ἀποβάλλομεν. Τοὺς στρατιώτας δὲ οὓς ἡ στρατιωτικὴ ἀξία ὤφειλεν ἀπὸ τῶν τοιούτων περισφίγξαι, εἰ τῆς ἑαυτῶν φήμης ϗ τιμῆς προδόται γενήσονται ϗ τοιαύτην ἄτιμον ϗ αἰσχρὰν ζωὴν διέλθουσι, διηνεκῶς τῆς μαρτυρίας ἀποβάλλομεν ϗ ἀπὸ τῶν κριτηρίων ἃ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις παρακεχώρηται, ἀποχωρίζομεν.

TIT. XCI.

De blasphemantibus Deum, & Virginem Mariam.

IDEM.

BLasphemantes Deum [& Virginem gloriosam] linguæ maliloquæ mutilatione punimus.

In Codice Græco

Κ Ε Φ. ΞΗ.

Περὶ τῶν βλασφημούντων πρὸς τὸν θεόν.

ΤΟὺς βλασφημοῦντας πρὸς τὸν θεὸν, γλωσσοκοπεῖσθαι ὁρίζομεν.

TIT. XCII.

Περὶ

TIT. XCII.

De perjuriis.

IDEM.

EOs, qui scienter perjurant in judiciis, aut extra judicia, detruncationem manus volumus sustinere [,nisi ipsorum perjurium in crimen læsæ majestatis inciderit, in quo jura vetera, & Divorum Principum instituta servamus.]

Sequentem titulum Codex Parisiensis loco non suo, nimirum ante initium libri III. Constit. exhibet in hunc modum.

Περὶ ποινῆς ἐπιόρκων.

ΕΚεῖνοι οἵτινες ἐν γνώσει ἐπιορκοῦσιν, ἐν δίκῃ ἢ ἔξω δίκης, χειροκοπείσθωσαν.

TIT. XCIII.

De spoliatoribus, & violatoribus.

IDEM.

SI quis aliquem [occisum, vel] obitum forte repererit, vel ad quem specialiter se forte contulerit, spoliare tentaverit, aut nudum, aut fere nudum reliquerit, mutilatione manus ipsum volumus esse plectendum. Pœna, quæ in violatores sepulcrorum, & eis violatis cadavera spoliantes, veteribus legibus est statuta in suo robore permanente.

In Codice Græco

ΚΕΦ. ΞΘ.

Περὶ ποινῆς τῶν ἀπεκδυόντων τοὺς νεκροὺς:

ΕΙ' τις κατὰ τύχην τεθνεῶτα ἄνθρωπον εὕρῃ, ἢ πρὸς αὐτὸν ἰδικῶς ἀπελθών, ἀπεκδῦσαι δὲ τοῦτον πειράσηται, χειροκοπείσθω· τῆς περὶ τυμβορυχίας ποινῆς κατὰ τῶν τοὺς νεκροὺς ἀπεκδυόντων, τῆς ἐν τοῖς παλαιοῖς νόμοις τετυπωμένης, ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ μενούσης.

TIT. XCIV.

De vitatione jactantiæ.

AD laudem, & gloriam Dei nostri sub spe divini favoris opus inceptum, & ejusdem gratia prosequente completum, universitas nostra recipiat, quæ augustalis nominis titulo præsignatur in reverentiam serenitatis augustæ, & honorem Regiæ dignitatis. Accipite gratanter o populi, Constitutiones istas, tam in judiciis, quam extra judicia potituri. [Quas per magistrum Petrum de Vineis Capuanum, Magnæ Curiæ nostræ judicem & fidelem nostrum mandavimus compilari.] Nec subsequentis sæculi posteri-

In Codice Græco

ΚΕΦ. Ο.

Περὶ τοῦ χρᾶσθαι τοὺς λαοὺς ταῖς διατάξεσιν ἐν δικαστηρίοις καὶ ἔξω τῶν δικαστηρίων.

ΕΙ'ς δόξαν καὶ αἶνον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἐν ἐλπίδι τῶν θεϊκῶν βραβείων, τὸ ἀρχθὲν ἔργον καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι τελειωθέν, ἡ ἡμετέρα ἑνότης εἰσδεχέσθω, ὅπερ ἐνσημανθὲν τῷ τίτλῳ τοῦ βασιλικοῦ ὀνόματος, εἰς εὐλάβειαν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος καὶ τιμὴν τῆς βασιλικῆς ἀξίας, περιχαρῶς ἀπολαμβάνοιτε, ὦ λαοί, καὶ ταῖς παρούσαις διατάξεσι χρᾶσθαι θελήσατε, τοσοῦτον ἐν δικαστηρίοις ὅσον καὶ ἔξω τῶν δικαστηρίων.

Μηδὲ οἱ ὕστερον προσερχόμενοι ἄνθρωποι ὑπονοεί-

ſteritas præſentium conſtitutionum librum compilaſſe nos exiſtimet, ut famæ tantummodo ſerviamus, ſed ut diebus noſtris temporum præteritorum injuriam, quibus juris lingua ſubticuit, deleamus, ut in novi Regis victoria novella juſtitiæ propago conſurgat.

Actum in ſolemni conſiſtorio Melfienſi, Anno Dominicæ incarnationis MCCXXXI. alias, XXXII. menſe Auguſti, indictionis quartæ.

Inſinuatum vero menſe Septembris ſequentis, quintæ indictionis, Amen.

νοείτωσαν ἡμᾶς τὴν παροῦσαν βίβλον τῶν διατάξεων συνάψαι, ἵνα φήμην μόνον κερδήσωμεν, ἀλλ᾽ ἵνα ἐν ταῖς ἡμετέραις ἡμέραις ἐξαλείψωμεν τὴν ὕβριν τῶν παρελθόντων καιρῶν, ἐν οἷς ἡ τοῦ δικαίου γλῶττα περιεσιώπησε, καὶ ἵνα ἐν τῇ νίκῃ τοῦ νέου ῥηγὸς νέα δικαιοσύνης παραφυὰ ἐκβλαστήσειεν.

⌘ Ὁ βασιλικὸς οὗτος ἐγράφη νόμος ἐν ἡμεριναῖς ἡλίου τισὶ δρόμοις. Πᾶς δὲ ἀναγνοὺς σύγνωθι τῷ γεγραφότι, εἴ που σφαλεὶς ἔλαθεν ἐκ πολλοῦ τάχους. Ἀπρόσμαχον γὰρ ἐστι λῃστοῦ τὸ σθένος, ὡς καὶ αὐτὸν ἑρμῆν ἀποκνῆσαι τῆς μάχης.

F I N I S.

ASSISÆ
REGVM REGNI SICILIÆ.

Leges a Nostra Majestate noviter promulgatas, generaliter ab omnibus præcipimus observari; moribus, & consuetudine, & legibus non cassatis, nisi forte his Nostris Sanctionibus adversari quid in eis manifeste videatur.

I.

De Privilegiis Ecclesiarum.

Primo itaque jura SS. Ecclesiarum, res omnes, & possessiones earum in nostra, post Deum & Sanctos ejus, custodia collocatas ab omnibus incursibus malignantium gladio materiali a Deo Nobis concesso defendimus, & inviolatas custodimus. Quisquis hoc nostrum decretum violare voluerit, Nostram senserit lædere Majestatem.

II.

Ut Domini subjectos humane tractent.

Monemus Principes, Comites, & Barones, omnesque dominos, subjectos humane tractare, misericordiam adhibere; maxime cum debitum adjutorium, & moderatum, & conveniens volent ab ipsis, quos habent subjectos, postulare.

III.

Ut Regalia non minuantur.

Vid. Tit. I. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Quicumque de Regalibus nostris magnum, vel modicum quid tenet, nullo modo, nullo ingenio possit ad nostra Regalia pertinens donare, vendere, vel alienare, vel in totum, vel in partem minuere.

IV.

De Sacrosanctis Ecclesiis, & Episcopis, & Clericis.

Sancimus nemini licere SS. Reliquias vendere, vel comperare.

Sancimus sub capitis periculo nullos penitus, cujuscumque conditionis, de SS. Ecclesiis expelli, aut protrahi confugas: nec pro his Venerabiles Episcopos, vel Œconomos exigi, quæ debentur ab eis; nec ipsis confugis interim victualia negentur. Servus vero, colonus, seu glebæ servus subtrahens se domino, vel furatus res ad loca sacra confugiens cum rebus, quas detulit, domino præsentetur. Privilegia Ecclesiarum inconcussa serventur, Episcopus ad testimonium non flagitetur, nisi forte in causis Ecclesiasticis, vel publicis, & cum summa necessitas, aut Regis 10 auctoritas postulaverit. Diaconos, & Subdiaconos, & infra positos altaris sacri Ministros ab obsequiis sordidis alienos esse præcipimus. Presbyteros vero tantum, non etiam ceteros, ab angariis personalibus prohibemus.

V.

De illicitis conventiculis.

20 *Conventicula illicita extra Ecclesiam in privatis ædibus celebrari vetamus.*

VI.

Ne servi, vel adscriptitii clericentur.

Tit. II. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Adscriptitios sine voluntate eorum, quorum juri subditi sunt, nullus Episcoporum ordinare præ-30 sumat. Judæus, Paganus, servum Christianum nec comperare audeat, nec ex aliquo titulo possidere.

VII.

De Joculatoribus.

Mimi, & Mimæ, & qui ludibrio corporis sui quæstum faciunt, publico habitu veste Monachica, vel Clericali non utantur: quod si fecerint, 40 verberibus publice afficiantur.

VIII.

De Raptu.

Tit. XX. Lib. I. Constit. Reg. Sic.

Si quis rapere sacratas virgines, aut nondum velatas causa jungendi matrimonii præsumpserit, capitali pœna feriatur.

IX.

De Apostatis.

Tit. III. Lib. I. Constit. Reg. Sic.

Apostatas insequimur ultionibus, bonis omnibus spoliamus. A professione vero naufragantes, seu voto, legibus coarctamus, successiones tollimus, omne jus legitimum abdicamus.

X.

De Pupillis, & Orphanis.

Leges, quæ pro pupillis, & orphanis faciunt, relevamus. Mulieribus læsis ex pietatis visceribus propter fragiliorem sexum subveniendum decrevimus, sicut decet, & quatenus oportet.

XI.

De sacrilegis consiliis.

Tit. IV. Lib. I. Constit. Reg. Sic.

Disputari de Regis judiciis, consiliis, institutionibus, & factis non oportet: talis disputatio par sacrilegio computatur.

Multæ leges sacrilegos severissime punierunt, sed pœna moderanda est arbitrio judicantis, nisi forte manifeste templum Dei fractum est violenter, aut dona, & vasa sacra noctu sublata sunt; hoc enim casu capitale est.

XII.

De crimine Majestatis.

Tit. V. Lib. I. Constit. Reg. Sic.

Quisquis cum milite uno, aut pluribus, seu privato scelestam inierit factionem, aut factionis dederit, vel susceperit sacramentum de nece etiam virorum illustrium, qui Consiliis, & Consistorio nostro intersunt, cogitaverit, & tractaverit: Eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri jura voluerunt; ipse quidem utpote reus Majestatis gladio feriatur, bonis ejus fisco addictis. Filii vero ejus nullum unquam beneficium sive a nostro beneficio seu jure consertum obtineat. Sit ei mors solatium, & vita supplicium; quod si quisquam de factiosis mox sine mora factam detexerit, & præmio a Nobis, & honore donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si sero tamen incognita adhuc patefecerit conciliorum arcana, absolutione tantum ac venia dignus habebitur: Sic tamen si suis assertionibus veri fides fuerit opitulata, laudem maximam, & præmium a Nostra Clementia consequetur: alioquin capitali pœna plectetur.

Crimen Majestatis post mortem incipit, & tractatur, & rei memoria condemnatur, adeo ut quidquid contraxerit, fecerit, statuerit, a die criminis nullam habeat firmitatem. Hoc crimine qui parentem purgaverit, ejus successionem meretur.

Hoc crimine etiam tenentur omnes, quorum consilio fugiunt obsides, armantur cives, seditiones moventur, concitantur tumultus, Magistratus necantur, exercitus deseritur, ad hostes fugitur, dolo malo cuneus scinditur, socius proditur, bellis editur, arx desolatur, vel relinquitur, sociis auxilium denegatur, ceteraque hujusmodi, ut regii consilii explorator, sive missorum publicator, & qui susceperit hostes regni hospitio, vel ductum præbuerit non ignarus.

XIII.

De injuriis Curialium.

Tit. XL. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Observent Judices diligentissime, ut in actionem injuriarum Curialium personarum dignitatem, & qualitatem eorum, quibus illatæ sunt, & eorum qui faciunt, & quando, & ubi hujusmodi temeritates præsumuntur, & sic ferant sententiam, quia non ad ipsos dumtaxat, sed ad Regiæ dignitatis spectat offensam.

XIV.

De crimine Falsi.

Tit. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Qui litteras Regias aut mutat, aut quas ipse scripsit, notho sigillo subsignat, capitaliter puniatur.

Qui falso instrumento utitur nescius, falsi crimine non punitur.

Adulterinam monetam cudentibus, vel scienter eam suscipientibus, & utentibus, pœnam capitis irrogamus, & eorum substantias publicamus. Consentientes etiam hac pœna ferimus. Qui nummos aureos, vel argenteos raserit, tinxerit, vel aliquo modo minuerit, tam personas eorum, quam bona omnia publicamus.

Qui falsitatem textibus astruxerint, falsi pœna coerceantur.

Motor testamentorum, & publicorum instrumentorum celator, deletor, perversor eadem pœna tenetur.

Si

Si quis patris testamentum aboleverit, ut quasi ab intestato succedat, patris hereditate privetur.

Qualitas personæ gravat, & relevat pœnam falsi.

XV.

De Conjugiis.

Tit. XXII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Sancimus lege præsenti volentibus omnibus legitimum contrahere matrimonium necessitatem imponi, quatenus post sponsalia celebraturi nuptias sollemniter, quisque pro modulo suo, seu quomodolibet limen petat Ecclesiæ, Sacerdotum benedictionem post scrutinium consecuturum anulum ponat, preci postulationique Sacerdotali subdantur, si voluerint futuris heredibus successiones relinquere: alioquin amodo molientes contra regale nostrum edictum, neque ex testamento, neque ab intestato habituros se legitimos filios heredes ex illicito matrimonio per nostram sanctionem noverint procreatos; mulieres etiam aliis nubentes legitimas dotes debitas non habere. Viduas vero volentibus ducere hoc necessitatis vinculum relaxamus.

XVI.

De crimine Adulterii.

Tit. LXXIV. LXXV. LXXVI. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Generali lege sancimus quotiens nostra provisione & ordinatione Vicariam regentibus accusatio adulterii vel stupri fuerit præsentata oculo non caligante personas despicere, conditiones notare, ætates, & consilium animi investigare, si deliberatione, & consultatione, vel lubrico ætatis proruperint ad facinus vel prolapsæ sint, an dolore maxime maritali, ut his omnibus perquisitis, probatis, vel manifestis, non de rigore juris, sed de lance æquitatis super commissis excessibus levior, vel asperior sententia proferatur. Sic enim profecto justitia nostra justitiæ divinæ respondet.

Legum igitur asperitate lenita non ut olim gladio agendum, sed rerum ad eam pertinentium confiscatio inducetur, si filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerit. Iniquum enim est eos successione privari, qui nati sunt eo tempore, quo thori lex legaliter servabatur, aut viro tradenda est nullatenus ad vitæ periculum sævituro, sed ultione thori violati nasi truncatione quod sævius, & atrocius inducitur persecutor, ultra enim nec viro, nec parentibus sævire licebit, quod si vir ejus noluerit in eam dare vindictam, Nos malefactum hujusmodi non sinemus inultum, præcipimus igitur publice flagellandam.

Qui coram se spectante, vel arbitro permittit cum ganeis conjugem suam lascivire, non facile nostro judicio poterit accusari. Viam quippe peccandi aperit, qui cum possit prohibere, consentit.

Quamvis uxorem suspectam quis habeat, quamvis famosam, si tamen fidem habet, eum lenocinii non damnamus. Quis enim jure thori alieni inquietet quietem? Quod si patenter deprehenderimus quempiam habere incestuosam uxorem; dignam mox sequentem pœnæ vindictam, eum quoque pœna infamiæ condemnamus.

Feminæ penitus & adulterii, & stupri præstentur immunes judiciaria severitate, quas vilitas vitæ dignas legum observatione non credidit: sicut ministræ, cauponæ.

XVII.

De Meretricibus.

Tit. LXXVII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Quæ passim formam venalem exhibuit, & vulgo prostitutam se præbuit, hujus criminis accusationem amovit. Violentiam tamen ei ingeri prohibemus, & inter boni testimonii feminas habitare vetamus.

XVIII.

De accusatione Adulterii.

Adulter, & adultera simul accusari non possunt. Alter singulariter est accusandus, & rei exitus expectandus; nam si adulter defendi poterit, mulier est secura, nulli ulterius responsura. Si vero fuerit condemnatus; tunc demum mulier accusatur. (a)

XIX.

(a) In marg. Cod. *De crimine adulterii pacisci non licet; & par delictum accusatoris, prævaricatoris, & refugientis veritatis inquisitionem. Qui autem pretium pro comperto stupro accepit, pœna legis Juliæ de adulteriis tenetur. Crimen adulterii maritum retenta in matrimonio uxore inferre non posse nemini dubium est.*

Lex delectum enim facit, quis primum debeat conveniri; sed si uterque est præsens, vir conveniendus est primum; repudium in hac accusatione prætermittendum: neque violentia, seu detentio adhibenda.

XIX.

De Officialibus Reipublicæ,

Tit. LXXVIII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Officiales reipublicæ, vel judices, qui in tempore administrationis pecunias publicas subtraxerunt, obnoxii crimine peculatus, capite puniuntur, nisi regia pietas indulserit. Qui sua negligentia bona publica deperire, vel minui permiserit, & in persona propria, & in rebus suis constituetur obnoxius: & hoc prospectu regiæ pietatis.

XX.

De Furtis.

Qui sciens furanti sinum præbuit, eadem pœna tenetur.

XXI.

De crimine Lenocinii.

Tit. LXXIX. & LXXX. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Lenas sollicitantes alienam castitatem, genus criminis pessimum, tamquam ipsas adulteras puniendas, præsenti lege sancimus. Matres virgines filias venalicias proponentes, & maritalia fœdera fugientes, ut lenas ipsas persequimur, scilicet ut nasus earum abscindatur; castitatem enim, & virginitatem suorum viscerum vendere inhumanum est, & crudele: quod si filia seipsam prostituit, mater vero tantum consentit, judicis arbitrio relinquetur. (a)

XXII.

De eodem.

Si providentia Regiæ Celsitudinis nullo modo patitur intra Regni Nostri limitem Baronum nostrorum quemlibet alterius castrum invadere, prædas committere, cum armis insurgere, vel inique fraudari; quin pro commisso bonorum omnium ipsum jactura afficiat: quanto amplius damnandum censemus, si comparis, vel vicini thorum violare præsumpserit quis, intolerabile prorsus de jure videtur. Sancimus itaque si de tali facto Nobis aliquando fuerit proclamatum, & manifestum fuerit, vel probatum, bonorum omnium mulctatione plectendum.

(a) In marg. Cod. *Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio tenuerint; non qui suspectam adulteram habuerint.*

XXIII.

De Vindicta Adulterantium.

Tit. LXXXI. & LXXXII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Si maritus uxorem in ipso actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta. Lex maritum lenocinii pœna coercet, qui uxorem in adulterio deprehensam retinuit, adulterumque dimisit, nisi forte sine culpa sua ille diffugit.

XXIV.

De desistentibus ab accusatione.

Tit. XI. Lib. II. Constit. Reg. Sic.

Qui post crimen adulterii intentatum, uxorem receperit, destitisse videtur; ideoque suscitare quæstionem ultra non poterit.

XXV.

De Plagiariis.

Tit. LXXXVI. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Qui sciens liberum hominem vendiderit, hac pœna legitima teneatur, ut ex bonis suis venditus redimatur, ipse ut maleficus curiæ servus sit, bonorum suorum residuo publicato: quod si ex rebus ipsius redimi non poterit, pro servo tradatur parentibus venditi, bonis ejus curiæ addictis; quocumque autem casu venditus redeat, maleficus curiæ servus fiat: filiis etiam ejus post hunc casum nascentibus subjecti sint curiæ perpetua servitute.

XXVI.

De Sicariis secundum Legem Corneliam.

Tit. XIV. Lib. I. & Tit. LXXXVIII. Lib. III. Constit. Reg. Sic.

Qui aggressorem, vel latronem in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. Qui aggressorem ad se venientem ferro repulerit, non homicida, sed defensor salutis est. Nocturnum furem qui occiderit, impune feret, si aliter comprehendere nequierit, si modo cum clamore id fiat (b). *Infans sine malignitate animi, & furiosus, si hominem occiderit, non tenetur; quia alterum innocentia consilii, alterum facti infelicitas excusat. Nihil* inte-

(b) In marg. Cod. *In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.*

intereſt occidat quis, an mortis cauſam præbeat. Qui de alto ſeipſum præcipitat, & hominem occidit. Qui ramum incautus dejiciens non proclamavit, ſeu lapidem aut aliud dejecit, hominemque occidit, huic pœnæ ſuccumbit.

XXVII.

De Incendiis.

Tit. LXXXVII. Lib. III. Conſtit. Reg. Sic.

Qui doloſe domum incenderit, capitis pœna plectetur, velut incendiarius.

XXVIII.

De noxiis Medicaminibus.

Tit. LXXIII. Lib. III. Conſtit. Reg. Sic.

Poculum Amatorium, vel aliquem cibum noxium quiſquis inſtruxerit, etiamſi neminem læſeris, impune non erit.

XXIX.

De eiſdem.

Tit. LXIX. Lib. III. Conſtit. Reg. Sic.

Mala, & noxia medicamenta ad alienandos animos, ſeu venena, qui dederit, vendiderit, habuerit, capitali ſententia feriatur.

XXX.

De Judice depravato.

Si judex accepta pecunia reum quemlibet criminis, & mortis fecerit, capitis periculo ſubjacebit. Si judex fraudulenter, atque doloſe ſententiam contra legem protulerit, auctoritate judiciaria irrecuperabiliter cadat, notetur infamia, rebus ejus omnibus publicatis. Quod ſi juris ignorantia a juris ſententia aberraverit, ferens judicium pro ſimplicitate manifeſtum, regiæ miſericordiæ ſubjacebit. In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus.

XXXI.

De Arripientibus novam militiam.

(a) *Quicumque novam militiam arripit contra regni noſtri beatitudinem, & pacem ſine integritate militiæ nomine, & profeſſione penitus cadat, niſi forte a militari genere per ſucceſſionem duxerit proſapiam.*

XXXII.

De Injuriis privatorum.

Cuicumque de popularibus ex conſulto tamen, & deliberatione barba fuerit depilata, (b) *reus ſoldorum aureorum VI. regalium pœna condemnetur. Si vero in rixa factum fuerit, ſine deliberatione ſol. III.*

XXXIII.

De Fugacibus.

Si quis temerario auſu præſumpſerit, bona in quiete, & tranquillitate regni habita, cum pro ipſo laborare expedit, labores fugiendo obmittere, omnia bona ſua dominus ejus habeat, & illius perſona curiæ aſſignetur.

XXXIV.

De Seditionariis.

Si quis in exercitu ſeditiones, jurgia, ſeu aliud fecerit, unde exercitus noſter turbetur, perſona ejus cum omnibus ſuis bonis, mercedi Curiæ ſubjacebit. Si quis ficte, vel fraudulenter ad magnum exercitum non venerit, ſeu poſtquam venerit, ab exercitu ſine licentia Curiæ receſſerit, capitalem ſubibit ſententiam, vel in manibus Curiæ tradetur; ut ipſe & ejus heredes cuſtoſti fiant.

XXXV.

De Mordiſonibus.

Comperit Noſtra Sereniſsas infra regni Nobis a Deo conceſſi fines quorumdam immanitate elandeſtina incendia tam in urbanis, quam ruſticis prædiis perpetrari. Arbores quoque & vites furtim cædere; proinde hac edictali pragmatica ſanctione in perpetuum valitura Deo propitio ſancimus, ut ſi quis amodo de hujuſmodi reatu fuerit appellatus; ſi ſuſpectione careat, & ejus converſatio pro bonorum teſtimonio illibata conſiſtat, pro

(a) In marg. Cod. L. 12. *de Tiron. Nullus Tyro, aut veteranus, aut cenſibus obnoxius ad militiam accedat.*

(b) In marg. Cod. *Vel jumenti caudam decerpſerit.*

pro tenore veterum legum a cujuſcumque loci conſuetudine ſe expurget. Si vero tanti reatus non levis ſuſpicio de eo fuerit, vel præteritæ vitæ ſuæ probroſus curſus extiterit, opinionemque ejus apud bonos, & graves dehoneſtaverit, de calumnia prius actore jurante, niſi vero hactenus, ſed ceteris ſuper hoc legibus ſopitis & moribus igniti ferri ſubeat judicium. Prædicti denique criminis confeſſus, aut convictus damno prius læſæ partis de ejus facultatibus reſarcito, vitæ ſuæ periculum vel membrorum ſuorum privatione pro beneplacito Majeſtatis Noſtræ incurret.

XXXVI.

Quæ ſit poteſtas Juſtitiarii.

Tit. XLIV. Lib. I. Conſtit. Reg. Sic.

Sancimus vero latrocinia, fracturæ domorum, inſultus viarum, vis mulieribus illata, duella, homicidia, leges paribiles, calumniæ criminum, incendia, forisfactæ omnes, de quibus quilibet de corpore, & rebus ſuis mercedi Curiæ debeat ſubjacere, a Juſtitiariis judicentur, clamoribus ſupradictorum bajulis depoſitis. Cetera vero a Bajulis poterunt definiri.

XXXVII.

De Inteſtatis.

Nuper ad Noſtri culminis pervenit audientiam, quod cum aliquis burgenſium, vel aliorum hominum civitatum inteſtatus decedit, ſive filii ex eo exiſtant, ſive non, res ejus ad opus Curiæ noſtræ capiebantur; quod admodum Majeſtati Noſtræ diſplicuit, & grave tulimus. Nos itaque ex ſolita noſtræ benignitatis gratia hanc pravam conſuetudinem penitus reſecare volentes præcipimus; ut ſi quis burgenſium, vel aliorum, qui in ipſa civitate deveneril, inteſtatus deceſſerit; ſi ex eo filius, vel filia extiterit, ipſe ſui parentis heres exiſtat, & tertia pars omnium rerum ejus pro ipſius anima erogetur; ſi vero nulli filii ex eo exiſtant, tunc proximiores ejus tam ex linea aſcendentium, & deſcendentium, quam ex latere venientium, qui de jure ei ſuccedere debent, heredes exiſtant; ſi de feudo, vel de ſervitio non fuerit, tertia tamen parte rerum ſuarum pro defuncti anima diſtributa. Si autem filius, & filia ex eo nullus extiterit; vel alius tam ex linea aſcendentium, quam & deſcendentium, vel ex latere venientium, qui de jure ei ſuccedere debeat, tunc etiam tertia parte omnium rerum ſuarum, ut dictum eſt, integre pro defuncti anima præſtita; reſiduum ad opus Curiæ noſtræ capiatur. Si vero cum herede, vel ſine herede teſtatus deceſſerit, ultima ejus voluntas in integrum obſervetur.

XXXVIII.

De exceſſu Prælatorum, & Dominorum.

Tit. XX. Lib. III. Conſtit. Reg. Sic.

De Prælatis autem Eccleſiarum ſic a Regia munificentia ſtatutum eſt, ut in his tantum ab hominibus ſuis adjutorium exigant, videlicet pro conſecratione ſua, cum ad Concilium a Domino Papa vocantur, pro ſervitio exercitus noſtri, ſiquidem in Exercitu ſervierint, vel ſi vocati ſuerint a Rege vel miſſi, pro corredo noſtro, ſiquidem in terris eorum nos hoſpitari, vel corredum ab eis recipere contigerit, & in his tantum caſibus a Prælatis omnibus, Comitibus, Baronibus, & militibus, moderate ſecundum facultates hominum ſuorum adjutoria exigant, & accipiant.

XXXIX.

Reſcriptum pro Clericis.

Tit. III. Lib. III. Conſtit. Reg. Sic.

De eo autem, quod male intentatum (*) *eſt, videlicet quod de Noſtræ Majeſtatis Conſtitutione villani non audeant ad ordinem Clericatus accedere, ſine voluntate, & adſenſu dominorum ſuorum, ita ſtatutum eſt: quod ſi aliquis villanus eſt, & ſervire debet perſonaliter intuitu perſonæ, ut ſunt adſcriptitii, & ſervi glebæ, & alii hujuſmodi, qui non reſpectu tenimentorum, vel alius beneficii ſervire debent, ſed intuitu perſonarum quia perſonæ eorum ſunt obligatæ ſervitiis: iſti quidem ſine adſenſu, & voluntate dominorum ſuorum ad ordinem Clericatus accedere nequeunt, illi vero, qui non intuitu perſonarum, ſed reſpectu tenimentorum, vel aliquorum beneficiorum, quæ tenent, ſervire debent dominis ſuis, ſi voluerint ad ordinem Clericatus accedere, liceat eis etiam ſine voluntate dominorum ſuorum, prius tamen renuntiatis his, quæ tenent a dominis ſuis.*

F I N I S.

(*) Forte *interpretatum*.

REGESTVM
IMPERATORIS FREDERICI II.
annor. 1239, & 1240.

Pag. 1. advertsa earum quæ supersunt.

Iohanni Cioffo Magistro Camerario de Portubus.

„ *Idem Iohanni Cioffo Magistro Camerario a porta Roseti usque Farum fideli suo &c.* Confidentes de prudentia & fidelitate tua novos portus dudum statutos a nobis in Cotrona videlicet & Bivona & alios jurisd. tue tibi duximus committendos prout in literis patentibus nostris quas . . . fecimus plenius continetur. Quare mandamus quod super eis sic juxta ipsarum patentium literarum continentiam studiosus existas quod Curia nostra speratum pro se & fidelibus nostris commodum consequatur & possis de studio commendari. Volumus tamen ut regnicolas animalia licita & victualia Venet. deferre permittas si qui de eis illuc deferre voluerint. caute hoc faciens ne videatur hoc omnibus generaliter esse permissum & perveniat ad notitiam Venetorum.

Regenio de Amic. Capitaneo, & Iustitiariis pro portubus.

„ *Idem R. de Amic. Capit. & M. J. a porta Roseti & Iustitiariis Calabrie Vallis gratis & Terre Iordan.* Confidentes &c. Quare mandamus quod ad requisitionem . . . Iohannis vel eorum quos ipse in eis duxerit statuendos detis omne consilium auxilium & favorem super omnibus que dicte patentes litere continent & etiam pro nostris commodis expediret. ac in hys specialiter quod omnes illuc . . . venientes . . . personis & rebus . . . . Quare mandamus quod . . . portubus ipsis pro recipiendis annuis proventibus ad requisitionem . . . . perceptam usque modo pecuniam per manus vestras ad nostram Cameram mitt . . . . curantes.

„ *Petrus de Cap. eidem Iohanni de Cioffo. literas de expensis in forma. quia . . . . presentes litere secreti videlicet pro x. personis & x. equitaturis computatis uno judice & duobus notariis sibi statutis & equitaturis eorum quibus pro solido preter expensas ad pondus Curie dabit Iudici unc. VIII. & cuilibet notario similiter . . . .*

Pag. 2.

In Orta.

III. Idem scripsit. Vniversis &c. . . . confidentes de prudentia & legalitate . . . . statutos a nobis a thermulis Capitinate usque portam Roseti . . . . . & Tarento sue industrie duximus committendos ut generalibus Fisci & omnibus sicut supra usque & per totam . . . . . futurum quinquennium a V. octobris &c. ut supra usque ad ultimum Quare mandamus quatenus speciale presens mandarum portubus qui sunt a thermulis usque portam Roseti qui etiam de ipsius Magistri portulani jurisdictione non sunt res usque modo permissas & consuetas liceat extrahi preter animalia & victualia que de statutis portubus extrahenda superius sunt . . . . nec de eis regnicole vellent de quocumque portu extrahere infra Regnum. & maxime in suarum sustentatione domorum extrahi volumus salvo jure doane & portus solito debito & antiquo in quibus omnibus dictus magister portulanus custodes statuat viros providos & fideles sine solido & expensis Curie . . . . . & animalia permissa non permictant extrahi extra regnum. immo a Regnicolis Infra Regnum sufficienti & idonea cautione recepta quod ad locum predestinatum infra Regnum etiam exportentur.

De cautione ab extrahente.

Similes scripte sunt sicut supra in commissione Io. de Cioffo ipsi Vgoni.

Similes Andree de Cicala Capit. & M. J. citra portam Roseti. & Iustitiar. Capitinate. terre Bari. terre Idronti & Basilicate.

Similes cuſtodibus portuum turris maris. ſancti Cataldi de Baro & Reguliarum.

Item de portubus Aprucii qui ſtatuti ſunt in Piſcaria & Penna de luco in quibus ſtatutus eſt Iohannes . . . . de thermulis cui facte ſunt per manus Laurentii de Brunduſio licctere commiſſionis in forma ſtatuta.

de portubus Principatus.

de portubus terre Laboris.

de portubus Sicilie non ſit mentio hic quia non ſunt amoti ab eorum officio . . . Angelus Friſarius nec alii de novo portus ſtatuti ſunt videlicet

Pag. 2. adv.

In Orta.

. . . . *Per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit Notarius Iacobus de Bantra. licteras patentes . . . .*

. . . Vniverſis a Termulis Capitinate uſque ad portam Roſeti. Cum de provida proviſione ſit in noſtra Curia ordinatum ut in qualibet provincia Regni noſtri vir unus fidelis & prudens ſtatuatur cui per deſtinatam ſibi provinciam procuratio demanii morticiorum & excadentiarum ad Curiam noſtram ſpectantium committatur. Nos confidentes de prudentia & fidelitate Petri Caſtaldi de Neapoli fidelis noſtri ſtatuimus eum magiſtrum procuratorem bajulationis demaniorum motticiorum & excadentiarum animalium camporum aliarum rerum & jurium ad Curiam noſtram ſpectantium in ipſis partibus. tam eorum que revocata fuerunt quam etiam que deinceps per induſtriam ſuam & revocatorum ſollicitudinem juſte poterint revocari. dedimus ei poreſtatem, ut demania morticia & excadentias ipſas preter ea que Curie noſtre ſpecialiter neceſſaria non ſunt vel de mandato noſtro ne locentur excepta ad conſervationem & incrementum eorum & noſtre Curie commodum locare poſſit excoli & rehedificari faciat prout viderit utilius expedire. ſic quod in melius proficiant. ne depereant & proventus ipſorum omnium exigat ad opus noſtre Curie conſervandos. Commiſimus etiam eidem Petro ut omnia nova ſtatuta & quedam Capitula que per eumdem miſimus ſigillo noſtre Majeſtatis munita per partes ipſas faciat obſervari. juxta quod ſibi per Curiam noſtram injunctum eſt. & tranſgreſſores ac contumaces puniat auctoritate noſtri Culminis ſicut decet. Mandamus igitur Vniverſis & ſingulis firmiter ac diſtricte quatenus de omnibus ſupradictis nominato Petro fideli noſtro intendatis & reſpondeatis de cetero tamquam magiſtro procuratori predictorum omnium per noſtram Curiam conſtituto & executori novorum ſtatutorum noſtrorum & de aliis que ſue induſtrie ſunt commiſſa ad honorem & fidelitatem noſtri Culminis & Curie noſtre commodum & profectum. Datum &c.

Similes clauſe facte ſunt eidem Petro.

Lictere de expenſis ipſius pro decem perſonis & decem equitaturis. computatis in eis Iudice uno duobus Notariis & equitaturis eorum quas recipiet de proventibus Curie juxta aſſiſam. & dabit Iudici Vncias octo per annum pro ſolido preter expenſas & cuilibet Notario quatuor Vncias ad pondus Curie ſimiliter preter expenſas.

Pro ſalario Iudicis, & Notariorum.

Similes lictere facte ſunt per Procopium pro Riccardo de Pulcar. per Iuſtitiar. Principatus terre Laboris & Comitatus Moliſii.

Similes de expenſis ejus.

Item ſimiles lictere facte ſunt per Henricum de Sueſſa pro Criſcio Amalfitano per Iuſtitiar. Aprutii.

& per magiſtrum Procopium facte ſunt pro eodem lictere ſimiles pro expenſis.

Pag. 3.

Madii apud Ortam. Mandante domino Imperatore per magiſtrum Petrum de Vinea . . . . . Andree de Cicala Capitaneo a porta Roſeti uſque ad Trontum ad fines Regni fideli ſuo. Licet imperialis excellentie dignitas cui datum eſt leges condere ſit legibus abſoluta dignum tamen fore providimus ut in obſervatione legum in rigore juſtitie ſequamur jus commune cum ceteris & quibus nos non potuit obligare neceſſitas voluntas ſpontanea nos aſtringat. Nec contra fideles noſtros & ſubditos in conſervatione juſtitie uti volumus prerogativa dominii contra jura quorum diſpendia dampnis noſtris aſcribimus & quorum compendia propria commoda reputamus. Cum igitur multi de fidelibus noſtris in Regno noſtro Sicilie conſtituti contra Curiam noſtram querelas intendant. nec minus juſtitiam habere contendant fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi quis noſtro-

strorum fidelium de locis illis que jurisdictioni tue a nostra sunt Majestate commissa ad presentiam tuam cum sacre nostre Majestatis oraculo se forte contulerit qui contra nos de re qualibet querelam velit exponere & habere se asserat rationem . eum pretextu imperatorie Majestatis aut prerogativa dominii a judicii limite non excludas sed experiendi contra Curiam nostram sibi liberam exhibeas facultatem . procuratore pro parte nostre Curie primitus constituto viro utique ydoneo & fideli qui sit peritus in jure & exercitio causarum expertus. ac in questione proposita per Procuratores nostros primitus & deinde per alios fideles nostros sufficienter instructos rationes & jura Curie nostre diligentissime videat discutiat & defendat. Ita quod ob diligentis procuratoris defectum Curia nostra in nullo sustineat detrimentum . Postquam vero questio fuerit in tua presentia ventilata discussa sollicite & perfecte tractata . renunniatum etiam in questione extiterit & conclusum processum totum questionis proposite & omnia acta juditii ad Majestatis nostre presenriam sub sigillo tuo volumus destinari. ut questiones hujusmodi per diffinitivas sententias in nostra Curia terminentur . Ad hoc quia multarum Viduarum nostrarum fidelium nos querela persequitur quod cum fuerint Vxores quondam nostrorum officialium. vel eorum quorum bona per ipsorum delicta vel propter debita fisci nostri Iuribus jussimus applicari in ademptione rerum maritorum suorum dotibus seu dodariis suis se asserunt spoliatas. quia volumus Viduarum calamitatibus misericorditer providere mandamus & precipimus fidelitati tue qûatenus si que mulier de cetero ad te forte venerit que occasione hujusmodi. jure suo se asserat destitutam . Tu studeas inquirere diligenter utrum ante commissum maleficium vel assumptum officium . an postea maritus eam duxerit . Vt si forte primo marito nupserit Mulier quam deliquerit, aut officium maritus assumeret. tunc quia primo mulieri quam nobis pro gestione officii mariti bona extiterant obligata , petitionem mulieris audiri volumus . & super juditii aditum reserari. Si vero postquam officium maritus assumpserat . vel culpabilis extiterit ex delicto nupserit mulier nunc quia mariti bona sunt nostre Curie primitus obligata , petitionem hujusmodi volumus non admicti . In hys tamen omnibus & singulis supradictis ad sententiam te procedere nolumus ut est dictum . sed causam instructam ad nostram conscientiam destinari . agenti termino presinito & nobis tuis licteris nunciando . quo debeat in nostra Curia comparere . Illud etiam te volumus tenaciter observare ut neminem contra nostram Curiam possessorium proponentem audias. set jura petitorii , & proprietatis causam tantummodo plene discutias. & ad presenriam nostram referas ut est dictum. Vt tamen de castris aut feudis quaternatis occasione predicta te nullatenus intromictas . cum de predictis coram Magistro Iustitiario & Iudicibus magne Curie nostre solummodo litigare velimus . Datum &c.

Similes facte sunt ad Rogg. de Amic. Capitaneum & Magistrum Iustitiarium a porta Roseti usque farum & per totam Siciliam .

De mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit Iacobus de Bantra Neapolitano Archiepiscopo . Quatenus secundo die postquam Capue fuerimus ibidem nostro te conspectui reverenter portans tecum privilegium osten . . . per te magistro G. de Tocco notario & fideli nostro . quod quondam a dive memorie Imperatore Henrico patre nostro asseris fuisse indultum ecclesie tue super terris Montis grilli startia maris mortui de putheolis portu de Iubinul. decimis reddituum Neapolis & ecelesia sancti Angeli de Zippio. diem predictum tibi terminum peremptorium presigentes.

Pag. 3. adv.

Similes scripsit idem Brundusino Archiepiscopo quod tricesimo post receptionem presentium ad Curiam veniat portans omnes rationes quas habet super ecclesia Sancti Iacobi in Brundusio & omnibus possessionibus adjacentibus .

Item scripsit Compalatio Neapolis . Cum per licteras nostras quas per te cis mictimus assignandas citemus Neapolitanum & Brundusinum archiepiscopos. ut statutis peremptorie diebus unusquisque sicut lictere continent supradicte nostro se conspectui representent. fidelitati tue pre-

precipiendo mandamus . quatenus easdem licteras nostras cuilibet eorum sub testimonio bonorum hominum studeas assignare rescribens nobis diem assignationis eorum & nomina illorum coram quibus eis fuerint ipse per te lictere assignate , sic studiosus &c.

Ad R. de Polcar. pro reparandis domibus Curie, & vineis colendis.

Item scripsit idem licteras responsales R. de Polcar. magistro procuratori a termulis Capitinate usque ad portam Roseti. Solita benignitate recepimus licteras quas tua nobis fidelitas destinavit & diligenter tenorem intelleximus earumdem . super facto autem quod quedam domus nostre in jurisdictione tua posite de quibus posset Curia nostra singulis annis certam percipere pensionem reparatione indigent . quedam etiam vinee nostre Curie sunt inculte firmiter mandamus quatenus omnes domos predictas in jurisdictione tua positas . de quibus Curia nostra singulis annis posset percipere pensionem . facias de pecunia Curie nostre que est per manus tuas congrue reparari . & vineas diligenter excoli supradictas . ut nullum amodo &c.

Iohanni Zosso Magistro Camerario Calabrie pro pice R. de Polcar.

Item scripsit idem Iohanni de Zosso magistro Camerario Calabrie . Fidelitati tue precipimus & mandamus quatenus R. de Polcar. magistro procuratori &c. ad ejus requisitionem de pice quam pro parte Curie nostre emes . quantam pro serviciis nostris sibi commissis viderit oportunam per nuntios suos quos pro ipsa recipienda miserit , studeas destinare tantundem recipiens & non amplius ab eodem . quotiens pro ipsa recipienda miserit quantum re solvisse constiterit pro eadem pro parte Curie nostre .

R. de Polcar. pro quaternionibus de demaniis , morticiis, & excadenciis Curie.

Item scripsit R. de Polcar. &c. Fidelitati tue precipimus & mandamus . quatenus de omnibus demaniis . morticiis . excadentiis . redditibus . & quibuslibet juribus que Curia nostra habet in singulis Civitatibus . castris . & locis per totam jurisdictionem tuam positis . omni cautela perhabita & studio adhibito diligenti , duplices Quaterniones fieri facias . unum sub sigillo tuo nostre Curie transmictendum . & alium apud te retinendum ut ea omnia melius & commodius possis ad honorem nostri Culminis procurare.

Eodem . De mandato Imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Procopius F. &c. Iacobo Capic. senescalco & fideli suo &c. licet excellentia nostra tibi dederit in mandatis . ut pecuniam a bajulis recipias pro expensis karissime consortis nostre & familie sue juxta tuam prudentiam ut expedit faciendis. quia tamen volumus ut per manus Hugonis Anglici habitatoris Panormi fidelis nostri quem tibi subesse mandavimus emantur necessaria & supradicte expense fiant . fidelitati tue mandamus quatenus eidem Hugoni emptori sub te statuto ad faciendas expensas easdem pecuniam paulatim exhibeas , prout tua discretio viderit commodius expedire . recipiens ab eo de pecunia quam sibi pro faciendis expensis dederis idoneam rationem . Datum .

Iacobo Capic. de ratione habenda.

Iohanni de Cioffo Magistro Camerario pro reparandis castris , domibus , & aliis operibus Curie.

III. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laur. Iohanni de Cioffo magistro Camerario a porta Roseti usque pharum &c. Cum volimus te castra & domos solatiorum nostrorum ac certa opera Curie nostre que sunt per jurisdictionem tuam diligenter inquirere & ne gravius ex improvidentia detrimentum Curie nostre contingat necessaria reparatione occurrere hys que reparari oportet mandamus quatenus super eorum omnium inquisitione sollicita , & reparatione necessaria diligens & studiosus existas . Castra & alia opera que consueverunt & debent reparari per alios , per eos qui tenentur faciens reparari . & in aliis que per alios reparari non debent . faciens expensas necessarias de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas , prout nostre Curie comodis videris melius expedire quod dampnum omnino vitetur ut de studio commendaris .

Reparationes Castrorum.

Madio in Orta . Pag. 4.

III. Madii in Orta . De mandato Imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit P. de Capua ad Obertum Fallamonachum . Notum facimus fidelitati tue quod nos confisi de prudentia & legalitate tua facimus te Doan. de secretis questorum a faro per totam Ciciliam magistrum . & officium ipsum & omnia que ad ipsum spectant ad honorem & fidelitatem nostram ammodo debeas

debeas fideliter exercere. quo circa fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus officium ipsum fecretie & omnia que ad ipsum fpectant amodo fideliter & cum omni diligentia & follicitudine exerceas ad honorem & fidelitatem noftram.

De portubus. *Eodem die ad eumdem.* Cum velimus quod circa portus noftros cura & follicitudo diligens habeatur fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus fuper portubus noftris Panormi Cephaludi. & Licate qui funt in jurifdictione tua viros probos divites ftatuas & fideles qui eauti & folliciti in noftris fervitiis jura Curie noftre in portubus ipfis integre recipiant ficut eft per noftram Curiam ordinatum. taliter fuper hoc &c.

De expenfis pro Palacio Panormi.... *Eodem die ad eumdem.* Etfi circa fingula fervitia noftra te follicitum effe volumus & actentum, circa illa precipue te diligentiorem curam & follicitudinem habere volumus que in partibus ipfis ubique per totam Siciliam in jurifdictione tua noftris folaciis deputata nofcuntur firmiter fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus tam pro palatio noftro Panormi quam pro aliis folaciis noftris expenfas utiles & neceffarias de proventibus Curie noftre qui funt per manus tuas exhibere procures ad requifitionem eorum fcilicet qui in locis ipfis per noftram Curiam funt ftatuti. Recipiens de omnibus &c.

De munitione Caftrorum in Sicil. citra, & ultra flumen falfum. *Eodem die de eodem mandato ad eumdem.* Cum pro munitione caftrorum noftrorum velimus neceffaria miniftrari. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requifitionem Guerrerii de Franco procuratoris caftrorum noftrorum in Sicilia ultra flumen falfum & Iohannis Vulcani de Neapoli proviforis caftrorum noftrorum cirra flumen falfum victualia pecuniam neceffariam tam pro folido quam aliis oportunis de pecunia Curie noftre que eft per manus tuas exhibere procures. Recepturus ab ipfis &c.

De expenfis Nunciorum. *Eodem die ad eumdem.* Significafti Celfitudini noftre quod pro neceffariis ferviciis noftris te oportet expenfas facere in nunciis quos aliquando ad prefentiam noftram mictis. & alibi pro utilitate Curie noftre & petifti ut expenfas ipfas in tuis mandemus ratiociniis computari ad quod tibi mictimus refponfum. placet nobis ut expenfe utiles & neceffarie & moderate quas facis pro nunciis ut eft dictum in tuis debeant ratiociniis computari. Datum &c.

De decimis perfolvendis. *Eodem die ad eumdem.* Cum illius intuiru quo profequenre feliciter vivimus & regnamus decimas confuetas & debitas ficur remporibus felicium regum predecefforum noftrorum ufque ad hec felicia tempora noftra fingulis ecclefiis regni noftri integre dari confueverunt & debent, exhiberi velimus eifdem. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus fingulis ecclefiis in jurifdictione tua decimas confuetas & debitas ficut tempore felicium Regum predecefforum noftrorum ufque ad hec tempora felicia noftra dari confueverunt pacifice continue & quiete integre exhibere procures, & ab officialibus tuis facias ficut dictum eft, fine diminutione perfolvi.

Ad Iohannem Cioffum Magiftrum Camerarium Calabrie pro Oberto Fallamonacho.... *Item eodem die. De mandato Imperiali facto per magiftrum R. fcripfit idem ad Iohannem Cioffum Magiftrum Camerarium Calabrie.* Expofuit Culmini noftro Obertus Fallamonachus &c. quod cum dudum Iohanni de Venafro tunc Iuftitiario per noftras licteras dederimus in mandatis, ut quadragintatres uncias auri & tarenos vigintiduos & tertiam ad pondus regni generale de pecunia Curie noftre fibi dari deberet. quam pecuniam expenderat pro perfona fua H. Abbatis Confulis tunic. fcurcrys & equitaturis fuis & pro camelis noftris quos duxerat ad nos veniendo de tunifi ad prefentiam noftram. prefatus Iohannes prius in fata conceffit quam fibi noftras exinde literas affignaret. quas figillatas & integras in noftra Camera refignavit & fupplicavit nobis idem Secretus ut fuper hoc fibi providere mifericordirer dignaremur. quo circa fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus pecuniam fupradictam de proventibus Curie noftre qui funt per manus tuas nominato Oberto fecreto fideli noftro exhibere procures & recipias &c. dummodo non prius fibi quam ante acceffum fuum in Sicilia. & antequam litere predicte affignari potuiffent abfque negligentia a prefato dictus Iohannes conceffiffet in fata. Datum &c.

Pag. 4. adv. „ *Ibidem de fuperiori mandato fcripfit* „ *P. de*

„ *P. de Cap. Fr. &c. Capitaneo & magistro*
„ *Iustitiario Ammirato Iusticiariis. Came-*
„ *rariis. Procuratoribus. Bajulis. & Vni-*
„ *versis a porta Roseti usque ad fines Regni*
„ *constitutis tam presentibus quam futuris.*
„ *quibus presentes litere ostense fuerint fi-*
„ *delibus suis gratiam suam &c.* Notum
„ facimus fidelitati vestre. quod nos con-
„ fidentes de prudentia & fidelitate An-
„ geli de Marra & magistri Guillelmi
„ de Tocco notarii nostri fidelium no-
„ strorum commisimus eis. ut ab Vni-
„ versis & singulis qui a tempore co-
„ ronationis nostre. de officio quod exer-
„ cuerunt tenentur Curie nostre ratio-
„ nem recipiant. & quoscumque Curie
„ nostre debitores invenerint. ad solu-
„ tionem residui compellere studeant.
„ quare fidelitati vestre precipiendo man-
„ damus quatenus ad requisitionem i-
„ psorum pro ratione ponenda eis &
„ complenda de cetero respondere &
„ intendere debeatis. Datum &c.

Similes facte sunt Vniversis a porta Roseti usque farum & per totam Siciliam constitutis pro Thomasio de Brundusio & magistro Procopio.

Cassate sunt quia revocate Magistro Guillelmo de Tocco pro commisso sibi servitio preterea scripte sunt secundum subscriptam formam.

III. De mandato Imperiali facto per magistrum Thadeum de Suessa scripsit Iohannes Idronti Ammirato. Capitaneis. & magistris Iustitiariis. Iustitiariis. Secreto Camerariis. Bajulis officialibus & Vniversis per Regnum Sicilie constitutis tam presentibus quam futuris, quibus presentes litere ostense fuerint fidelibus suis &c. Notum facimus fidelitati vestre. quod nos confidentes de prudentia & fidelitate Thomasii de Brundusio Angeli de Marra & magistri Procopii de Matera notarii nostri fidelium nostrorum. Commisimus eis ut ab Vniversis & singulis qui a tempore coronationis nostre de officio quod exercuerunt tenentur Cutie nostre rationem recipiant. & quoscumque Curie nostre debitores invenerint ad solutionem residui studeant coherceре. quare fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem ipsorum pro ratione ponenda eis & complenda de cetero respondere & intendere debeatis. Datum &c.

Item de eodem mandato scripsit idem Petro Castaldo magistro procuratori in Apulia. Noverit fidelitas tua quod super ratiociniis recipiendis ab Vniversis officialibus Regni nostri. statuimus Thomasium de Brundusio. Angelum de Marra, & magistrum Procopium de Matera Notarium nostrum fideles nostros. quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem eorum de pecunia Curie nostre que est per manus tuas des eis expensas juxta assisam Curie. unicuique eorum pro sex hominibus & quatuor equis donec in ipso servitio nostro fuerint. Volumus insuper & mandamus ut duobus Notariis quos secum tetinuerint pro eodem servicio nostro solvas de eadem pecunia Curie nostre unicuique eorum annis singulis duodecim Vncias auri ad generale pondus pro expensis eorum. & pro salario Vncias auri octo. recepturus de hys que dederis ydoneam apodixam. Des etiam eis ad requisitionem eorum expensas pro nunciis ad citandos officiales & ad Curiam nostram cum expedierit destinandis. datum &c.

Ad Petrum Castaldum pro expensis eorum.

Postmodum apud Sanctum Germanum XI. Iunii scripsit de eodem mandato idem Notarius Castellano Melfie. Noverit fidelitas tua quod super ratiociniis recipiendis ab Vniversis officialibus Regni nostri statuimus Thomasium de Brundusio. & Angelum de Marra. & Magistrum Procopium de Matera notarium nostrum fideles nostros. quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eisdem fidelibus nostris in castro Melfie locum competentem assignes ad quaterniones rationum & pecuniam recipiendam & diligentet conservandam. datum &c.

Pag. 5.

Item de eodem mandato scripsit idem Melfiensi electo. Noverit &c. *usque* quare mandamus quod eisdem fidelibus nostris pro tatiociniis recipiendis. domum & Cameram Ecclesie Melfiensis assignes ubi commissum eis servitium comode valeant exercere. Datum &c.

Ad Electum Melfiensem pro domo & Camera.

Madio in Fogia.

Pag. 6.

V. De mandato Imperiali facto per magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia Obberto Fallamonacho Secreto in Sicilia. Cum Guillelmum Rufinum falconerium & fi-

Ad Obbertum Fallamonachum Secretum in Sicilia pro falconeriis missis in Malta.

& fidelem nostrum cum aliis decem & octo falconeriis usque Maltam mictamus pro deferendis inde Falconibus ad Curiam nostram. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus per manus dicti Guillelmi pro se & decem & octo falconeriis ac equis eorum sicut inferius continetur expensas pro duobus mensibus. Videlicet aprilis & madii presentis cum a Curia nostra non susceperint eas. 10 juxta assisam Curie nostre videlicet ad rationem de granis XIII. auri pro homine & equo per diem debeas exhibere. & quia scribimus Paulino de Malta fideli nostro ut post mensem Madii in antea eisdem falconeriis dum aput Maltam moram fecerint. & postmodum donec Messanam redeant expensas exhibeat tu postquam in Messanam redierint secundum quod redierint per societates, 20 a tempore quo tibi constiterit per licteras predicti Paulini expensas non recepisse ab eo pro uno Mense quo ad Curiam nostram cum falconibus ipsis se conferant pro se equis & falconibus expensas debeas exhibere daturus eis statim quod tunc ad te pervenerint Vassellum competens. quo cito se conferant usque Maltam. Expensas autem debent recipere falconerii ipsi sic. Guil- 30 lelmus Ruffinus pro se duobus hominibus & tribus equis. Guillelmus de Bisiniano pro se uno homine & duobus equis. Gilius pro se uno homine & duobus equis. Anacletus pro se uno homine & duobus equis. Gancius pro se uno homine & duobus equis. Iohannes Cafisus pro se uno homine & duobus equis. Perracius pro se duobus hominibus & tribus equis. Iohannes de 40 Pallocta pro se duobus hominibus & tribus equis. Guillelmus Englisius pro se uno homine & duobus equis. Gualterius frater ejus pro se homine uno & duobus equis. Adenulfus de Bulcano pro se duobus hominibus & tribus equis. Gualterius de castell. pro se uno homine & duobus equis. Raymundinus pro se duobus hominibus & tribus equis. Thomasius Paganus pro se homine uno 50 & duobus equis. Daniel pro se uno homine & duobus equis. Michael de Aprucio pro se uno homine & duobus equis. Philippus de Caserta pro se uno homine & duobus equis. Firm. pro se uno homine & duobus equis. Iacobus Mustacius pro se uno homine, & duobus equis. predictas autem expensas eisdem falconeriis ad generale pondus debeas exhibere. sicut dantur in Curia nostra omnibus de familia nostra.

Ad Paulinum de Malta pro eisdem.

Eodem. De ejusdem mandato scripsit idem G. Paulino de Malta. Cum Guillelmum Ruffinum falconerium & fidelem 10 nostrum cum aliis XVIII. falconeriis mictamus in maltam pro falconibus ad nostram presentiam deferendis. Ecce scribimus Obberto Fallamonacho Secreto in Sicilia ut per manus ipsius Guillelmi expensas pro se falconeriis & equis eorum pro duobus mensibus aprili & madio. & vassellum quo se usque maltam conferant nec non postquam a Malta redierint. a Messana usque ad 20 curiam nostram pro se falconeriis equis & falconibus debeas exhibere. quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus per manus predicti Guillelmi pro se equis. falconeriis & falconibus donec in Malta post mensem Madii. moram fecerint & usque Messanam redeundo. expensas debeas exhibere daturus eis in reddit eorum Vassellum competens quo se conferant usque Messanam. & signi- 30 ficaturus per licteras tuas predicto Secreto fideli nostro pro quanto tempore falconeriis ipsis. postquam a te decesserint expensas duxeris exhibendas. predictas autem expensas eisdem exhibeas ad generale pondus juxta assisam curie sicut dantur in Curia nostra omnibus aliis de familia nostra quas pro tot personis & equis exhibeas pro quot dictus Secretus eisdem dederit secundum nu- 40 merum quem ei per nostras licteras declaramus.

Madio in Fogia. Pag. 6. adv.

Oberto Fallamonacho Secreto in Sicilia pro Guillelmo Ruffino, & Guillelmo de Bisiniano falconeriis.

V. De mandato Imperiali facto per magistrum Albertum scripsit dictus G. de Cusentia dicto Secreto. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Guillelmo Ruffino pro se duobus hominibus & tri- 50 bus equis. & Guillelmo de Bisiniano pro se uno homine & duobus equis falconeriis fidelibus nostris expensas pro mense Ianuarii & medietate Martii primo preteritorum quibus fuerunt in Curia nostra intra Regnum. nec a Curia nostra

nostra receperunt expensas juxta assisam que datur illis de familia nostra extra Regnum videlicet ad rationem de tribus tarenis auri pro homine & equo per diem ad pondus Curie. & pro alia medietate Martii qua fuerunt nobiscum in Regno expensas juxta assisam curie nostre que datur illis de familia nostra in Regno debeas exhibere.

Iustitiario Aprucii quod mictat ad Symonem Comitem Teatinum homines infrascriptos.

Eodem die. Mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum. & Magistrum Riccardum ad Iustitiarium Aprucii scripsit notarius R. de Salerno. Fidelitati tue mandamus atque precipimus quatenus receptis hys literis injungas firmiter Iudici Iohanni Saladino de civitate Teatina Iudici Silvestro. & Oddoni de Lanzano. ut omni mora. & occasione remotis conferant se ad Symonem Comitem teatinum moraturos cum eo. ut circa eum servitia nostra fideliter exequantur. juxta quod idem Comes sibi duxerit injungendum. nisi sint specialiter nostris servitiis deputati. vel nostre Curie raciociniis obligati.

Iustitiario Capitinate quod mictat ad Symonem Comitem Teatinum Rogerium de Sancta cruce de Civitate.

Item. De superiori mandato idem Notarius scripsit Iustitiario Capitinate quod mictat ad Symonem Comitem Teatinum Rogerium de sancta cruce de civitate in forma prescripta.

Iudici Thomasio de Bojano quod vadat ad Obertum Fallamonachum.

Eodem die. De superiori mandato per Panorm. Iudicem P. de Vinea ad Iudicem Thomasium de Bojano scripsit notarius R. de Salerno. Fidelitati tue mandamus atque precipimus quatenus receptis hys licteris conferas te ad Obbertum Fallamonachum totius Sicilie doan. de secretis & questorum magistrum. moraturum cum ipso. & Iudicatus officium & alia servitia nostra circa eum exerceas que tibi commiserit exercenda ad honorem & fidelitatem nostram.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Iudicem Taddeum de Suessa. scripsit Notarius Iohannes de sancto G. licteras B. Pissono Iustitiario Aprucii. Quia Silvester de sancto Paulo fidelis noster statutus dudum per Curiam nostram ad recolligendum residuum debitorum Curie nostre in Iustitiariatu Aprucii. ab eodem officio est amotus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus totum residuum ipsum Iustitiariatus tui eum istantia exigens, & exigi faciens. illud ad Curiam nostram mictas.

Madio in Fogia. Pag. 7.

Hugoni de Lilla.

V. Madii XIII. Indictionis de mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit A. de Capua Hugoni de Lilla de Barulo quod veniat.

Similes Petro Caraczulo de Neapoli. ut veniat.

R. de Fasanella ut faciat quod mandavit sibi Andreas de Cicala Capitaneus.

Eodem die. De eodem mandato scripsit Petrus de Vinea ad R. de Fasanella. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris. conferas te ad Andream de Cicala Capitaneum a porta Roseti usque ad Regni confinium fidelem nostrum & quicquid tibi pro servitiis nostris duxerit injungendum exequi non postponas ut exinde commenderis.

Iustitiario Aprucii ut capiat bona Gualterii de Buclanico.

Item scripsit B. Pissono Iustitiario Aprutii. Fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus omnia bona tam mobilia quam stabilia Iudicis Gualterii de Buclanico quem captivum in nostra Curia detinemus ad opus Curie nostre capi facias & cum diligentia procurari significaturus nobis per licteras tuas seriatim quid inde duxeris faciendum.

Vt permictat transire Monifeum de Vestarim. Civem Lauden.

Item scripsit eidem. Quia Monifeus de Vestarimo Civis Lauden. lator presentium fidelis noster qui noviter nuncius ad nos venit in Lombardiam revertitur de nostre licentia Majestatis fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ipsum cum tribus roncinis suis cum quibus ad presentiam nostram accessit. duobus scutetiis & aliis rebus suis sine impedimento transire permictas.

A. de Cicala Capit. & M.J. citra portam Roseti pro Officialibus.

V. De Imperiali mandato facto per magistros R. de Trajecto. & R. de Camera scripsit Laurentius A. de Cicala Capitaneo & magistro Iustitiario citra portam Roseti. Quia statutam nuper in Curia nostra formam de Iudicum. notariorum. medicorum. cirurgicorum. & advocatorum officiis per Regnum nostrum volumus observari. Mandamus quatenus per singula loca jurisdictionis tue facias firmiter & publice prohiberi. ne aliquis officialium predictorum aliquod officium ex predictis de cetero audeat exercere. nisi prius ad nostram Curiam personaliter veniat. & obtineat officium in quo per nostram Curiam fuerit approbatus.

Similes R. de Amic. Capitaneo, & magistro Iustitiario ultra portam Roseti &c.

VI. De

Ad O. Fallamonachum Secretum in Sicilia pro Mercatoribus Romanis.

VI. De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia Obberto Fallamonacho Secreto in Sicilia. Dudum eum quibusdam mercatoribus fidelibus nostris mutuorum debita contrahentes mandavimus Majori de Plancatone quondam Secreto Messane ut secundum tenorem licterarum patentium. quas ipsis de quantitate mutuata nobis. singulis fecimus in terminis contentis in eisdem licteris quietaret predictos mercatores. Verum cum predictus Major amotus sit ab officio Secretie. & nos mercatores ipsos pro te quietare velimus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus omnes mercatores predictos quos ad dictum Majorem quondam Secretum miseramus solvendos receptis ab eis licteris nostris patentibus quas habent de quantitate pecunie quam habere debent & clausis etiam quas dicto quondam Secreto mictebamus pro facienda solutione mercatoribus ipsis secundum formam & tenorem earum licet in eis nomen predicti quondam Secreti contineatur. si per eum inveneris integre non solutos. tu de pecunia Curie nostre que est per manus tuas mercatores ipsos studeas quietare. sic in eisdem solvendis diligens & studiosus existens ne per moram Curia nostra incurrat dispendia usurarum. Tu vero de solutione quam ipsis feceris fieri facias competentia scripta ad cautelam Curie nostre. & nichilominus licteras nostras quas habent tam patentes quam clausas recipias ab eisdem.

Similes scripsit eidem pro Iohanne Carboncello & fratre ejus mercatoribus de solvendis Vnciis CVII. ad generale pondus pro mutuo quod fecerunt in Camera.

Similes pro Petro de Algaruoho & sociis mercatoribus Romanis.

Pag. 7. adv.

Madio in Fogia.

Ad Petrum de Calabria Iustitiarium totius Sicilie pro Oberto Fallamonacho Secreto Sicilie.

VI. De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia Petro de Calabria Iustitiario totius Sicilie cum Obberto Fallamonacho doan. de secretis &c. Cum ei dedimus per nostras licteras in mandatis, ut quosdam mercatores qui Camere nostre pecuniam mutuarunt quietare debeat in presenti. & quia quantitas pecunie quam habere debent & solutionis terminus imminet e vicino in quo si quietati non essent Curia nostra dampnum incurreret usurarum ad evitanda dampna ipsa providimus quod cum idem Secretus de quantitatibus Secretie sufficientem pecuniam non habeat in presenti. de pecunia collecte Sicilie usque ad M. Vncias eidem Secreto debeat mutuari quibus predictos mercatores expediat. quas Vncias idem Secretus postmodum de proventibus Secretie quam primo receperit tibi debeat resignare pro expediendis mercatoribus antedictis. quas postmodum de proventibus Curie nostre qui sunt per manus ipsius ad opus Curie nostre recipias citius quam fieri poterit. ut per manus tuas nostre Curie assignentur.

Ad eundem pro Angelo Frisar.

Similes scripsit eidem pro Angelo Frisar. de mutuandis ei duobus millibus Unciis de collecta predicta. pro mercatoribus quietandis.

Ad Iohannem Vulcanum Provisorem Castrorum Sicilie citra flumen salsum, & Calabrie pro Castellano Scalecte.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Iohanni Vulcano provisori Castrorum in Sicilia citra flumen salsum. & per totam Calabriam.* Significavit Culmini nostro Matheus Salvagius Castellanus Scalecte fidelis noster. quod pro munitione Castri nostri Scalecte a preterito mense Septembris usque per totum mensem Novembris qui sunt menses tres hujus XIII. Indictionis solidos & companagia. pro personis in eodem Castro statutis, sicut habere debuit non recepit. pro eo quod obeunte quondam Matheo Marchafaba secreto. non dum erat in ipsis partibus aliquis provisor Castrorum statutus. & licet postmodum per Iordanum Filangerium quondam Capitaneum in partibus ipsis a mense decembris in antea solidos & companagia recepisset pro tribus tamen predictis mensibus ab eo vel ab aliquo sicut asserit non recepit. Quare mandamus quatenus si tibi constiterit predictum Castellanum pro jamdictis tribus mensibus sicut dictum est solidos & companagia non recepisse ab aliquo. tu secundum quod habere debuit. eidem solidos ipsos & companagia debeas exhibere. Datum.

Eodem die. *De mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit G. de Tocco patentes licteras.* Vniversis a Baru-

Littere patentes quod recipiatur fidejussio contra Maiorem de Plancatone de Baro.

lo usque Barum. Quia mictimus Iudicem R. de Sancto Sever. fidelem nostrum pro recipienda idonea & sufficienti fidejussione pro parte Curie qui a Majore de Plancatone de Baro fideli nostro in quantitate quatuor millium Vnciarum de ponenda videlicet ratione Curie nostre de amministratione quam dudum gessit in aprutio. & quam nuper gessit in Sicilia & Calabria de officio Secretie & ut assistat delationi facte contra Philippum Achillone fidelem nostrum & probet que in delatione comprehendit & de solvendis CC. Vnciis Curie nostre in quibus sicut alii officiales Curie est taxatus. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus eidem Iudici R. curetis assistere ad requisitionem ipsius opere consilio & favore qualiter commissum sibi presens servitium studiose & fideliter exequatur.

Ad Castellanos Aprutii pro dandis servientibus Criscio Amalfitano.

Eodem die Ibidem. De eodem mandato scripsit P. de Capua ad Vniversos Castellanos Iustitiariatus Aprucii quod ad requisitionem Criscii Amalfitani Camerarii Aprucii dent sibi de servientibus Castrorum ipsorum pro serviciis Curie faciendis.

Pag. 8.

Madio in Fogia.

VI. Mandante domino Imperatore per Magistrum Riceardum ad Angelum Frisar. scripsit notarius R. de Salerno. Significasti celsitudini nostre quod si de pecunia Curie nostre que est per manus tuas emeres de fromento jurisdictionis tue sive vendendo illud in portubus tibi commissis sive mictendo illud ad vendendum extra Regnum. posset commodum nostre Curie procurari. tibi taliter respondemus. quod placet nobis quod frumentum de pecunia Curie nostre emas in jurisdictione tua. & illud sive in portubus ipsis vendas sive mictas ad vendendum extra Regnum ut tibi melius videbitur ad nostre Curie commodum expedire. sicut significasti . . . . g . . . . de quinta parte utilitas Curie nostre proveniat. super eo vero quod significasti granarium Curie nostre quod est in Augusta ita devastatum esse quod victualia que ibidem reponuntur putrescunt & devastantur unde Curia nostra ex eo singulis annis non modicum incurrit detrimentum propter quod bonum videtur tibi quod victualia ipsa in domo que fuit Riccardi de Montenigro Iustitiarii terre Laboris fidelis nostri que est in Augusta reponi debeant ad utilitatem nostre Curie procurandam. volumus & mandamus quod si est ita sicut scribis in domo predicta ad utilitatem Curie nostre de cetero victualia reponantur donec granarium nostrum reparetur de pecunia Curie nostre sicut utilitati fisci nostri expedire reperietur. super eo vero quod scripsisti. te oportere expensas facere. tam in notariis & hominibus necessariis. quos statuis in portubus ipsis pro servitiis nostris. quam pro nunciis quos mictis aliquando necessario ad presenciam nostram. & alibi pro necessariis & utilibus serviciis nostris & petisti ut expensas ipsas mandaremus in tuis ratiociniis computari. placet nobis ut moderatas necessarias expensas & utiles quas facis tam pro notariis & hominibus supradictis quam pro nunciis ut est dictum in tuis debeant ratiociniis computari. Quod autem scire petis unde debeas dare Nicolao Spinule Regni Sicilie Ammirato de frumento novo ad valorem Vnciarum auri quingentarum. vel a quo illud recipere debeas & assignare sibi juxta quod per licteras nostras tibi dedimus in mandatis. fidelitati tue mandamus quatenus veniente tempore quo illud debeas ei dare. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. emas frumentum novum & sive de frumento ipso. sive de eo quod pervenerit de portubus. sive aliunde. prout melius ad opus Curie nostre videris expedire frumentum illud dicto Ammirato assignes. juxta priorum nostrarum continentiam licterarum.

Vniversis Collectoribus presentis collecte Principatus, & terre Beneventane pro assignanda pecunia Stephano de Romaldo.

II. Eodem die. De eodem mandato facto per magistrum T. de Suessa scripsit A. de Capua. Vniversis collectoribus presentis collecte per Principatum & terram Beneventanam constitutis &c. Ecce quod Stephanum de Romaldo latorem presentium fidelem nostrum ad partes ipsas duximus destinandum. pro recolligenda pecunia presentis collecte & ad Cameram nostram cum summa festinancia deferenda. fidelirati vestre mandamus quatenus totam pecuniam quam recollegistis & habetis de predicta collecta vel

vel etiam habituri estis quam cum instancia recolligi volumus. eidem sibi assignare curetis. per eum ad nostram Cameram deferendam. & ecce quod Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus & terre Beneventane damus nostris licteris in mandatis ut eidem sibi assistat consilio auxilio & favore. qualiter pecunia imposita citissime habeatur. Eos si desides invenerit vel remissos cohercione debita compellendo.

Iustitiario Principatus, quod assistat eidem S.

Iustitiario Principatus facte sunt litere quod assistat eidem consilio auxilio & favore collectores predictos cohercione debita compellendo.

Pag. 8. adv.

Madio in Fogia.

Ad Andream de Cicala Cap. & Magistr. Iustitiar. a porta Roseti pro . . . . revocatis.

V. De eodem mandato facto per magistrum R. de Camera scripsit Procopius A. de Cicala Capitaneo & magistro Iustitiario a Porta Roseti &c. Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus statim visis hys licteris injungas firmiter & districte Iudici Rogerio de Bulzino. Iudici Matheo de Padul. Iudici Georgio de lictera. Iudici Rogerio . . . . Iacobo Iudicis Leonis de Cap. . . . Vrsoni Guizulo notario. Petro de sancto Gregorio & Constantino Pappacarbone, Thomasio Iudicis Bernardi & Philippo Bisone dudum statutis super demaniis & revocatis in Principatu & terra Beneventana. Idem Iudici Iohanni de Cap. . . . . Selvatico de Capua & heredibus Iohannis Car. . . . & Vgoni . . . . . . Iacobo Capice. Atthenasio Guactulo. Bartholomeo de Thora. Iohanni de Adenulfo & Iohanne Peregrino Iadusio . . . . statutis super demaniis & revocatis in terra laboris, & Comitatu Molisii. Item Iudici Leoni de Iuvenacio & Iudici Petro de Venusio statutis in Basilicata. Item Iohanni Pironto & Nicolao Dragon. statutis in terra Idronti. Item Iudici Majori de Iuvenacio. Iudici . . . . & Iudici Iohanni de Baro de Carofilio statutis in terra Bari. Item Iudici Guirrasio Sinocha de Neapoli & Iohanni filio Renaldi de Civitate statutis in Capitinata. & monte Sancti Angeli ut in continenti omni mora & occasione remotis ad Curiam nostram accedant. deferentes secum omnes rationes Curie nostre quas habent de officiis que gesserunt.

A. Frisar. pro eisdem.

VI. Mandante domino Imperatore. per magistrum Riccardum ad Angelum Frisar. scripsit R. de Salerno. Notum facimus fidelitati tue quod in Curia nostra nuper est ordinatum quod in Iurisdictione tua duo portus debeant esse. in Augusta videlicet & Melacio. a quibus tantum victualia extrahantur extra Regnum. salva quinta parte quam nostre Curie applices. Quare tue fidelitati precipiendo mandamus quatenus in eisdem portubus statuas fideles & probos viros qui jura curie nostre ibidem juxta quod statutum est fideliter recipiant ad opus nostrum & homines qui victualia Iurisdictionis portent illuc ad vendendum. sive per mare. sive per terram prout commodius videris expedire. Cautus existens quod curia nostra per alicujus astuciam nullum ex hys dampnum vel lesionem incurrat.

N. Spinulo Ammirato.

Eodem die. De superiori mandato ad Nicolaum Spinulam Ammiratum scripsit idem notarius. Significasti Celsitudini nostre quod pro necessariis serviciis nostris te oportet expensas facere in nunciis quos aliquando ad presentiam nostram mictis & alibi pro utilitatibus curie nostre. & petisti ut expensas ipsas in tuis mandaremus ratiociniis computari. ad quod tibi taliter respondemus placet nobis. ut expense utiles & necessarie. & moderate quas facis pro nunciis ut est dictum in tuis debeant ratiociniis computari.

Magistris Sicle Messane auri & denariorum quod dent Magistro Oberto Secreto, & quod intendant.

VI. De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit Laur. Magistris Sicle Messane auri & denariorum &c. Cum Obberto Fallamonacho fideli nostro per totam Siciliam officium Secretie duxerimus committendum mandamus quatenus omnem pecuniam quam habetis de Sicla nostra. receptis hys licteris assignetis ei ad opus Curie nostre. respondentes & intendentes eidem de cetero de Sicla & ejus proventibus ut de ipsis juxta provisionem & ordinationem ipsius de cetero ad nostre Curie commodum disponatur.

Majori de Plancatone quod assignet quaterniones Oberto Secreto Sicilie.

Item scripsit R. de Salerno de mandato Magistri Petri de Vinea Majori de Plancatone. Mandamus quatenus ad requisitionem Obberti &c. facias ei copiam quaternionum quos habes, & continent

jura

jura nostra. venditiones & locationes Bajulationum & residuorum pecunie Curie nostre in Sicilia citra flumen salsum ut habito exemplo de eis omnia ad opus Curie nostre requirere valeat & habere.

Pag. 9. *Octub. prope Mediolanum in castris.*

Ad Secretum Messane contra eos qui presumunt pecuniam.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Secretum Messane. Intellexit serenitas nostra quod eum aliqui Bajulorum nostrorum euntes per terras ipsas sine summeriis propriis occasione sumpta de inveniendis custodibus animalium nostrorum a fidelibus nostris multam pecuniam extorquere presumant. alias sibi gravamina & molestias irrogando. Quod cum nostre displiceat Majestati. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus super hys veritate diligentius inquisita quos culpabiles inveneris capias per personas actenta materia & qualitare delictorum majestati nostre per tuas licteras rescripturus. Er quia intelleximus quod stratigotus Messane compositionem C. August. pro occiso clandestin. ad se pertinere contendit cum istud de novo sir nostris constitutionibus ordinatum. firmiter sibi inhibeas & injungas ut de hujusmodi se nullatenus intromictat. ad cognitionem enim Iustitiarii nostri Regionis illius ammodo te scire volumus pertinere juxta quod in nostris constirutionibus continetur. Datum &c.

De pena C. Augustalium.

Ad eundem pro recipienda ratione a procuratione ammotis .... Secreti ab Ecclesiis vacantibus.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad eumdem Secretum. Significatum est culmini nostro quod quidam procuratores Ecclesiarum vacantium qui hactenus per M. Marchasabam predecessorem tuum ordinati fuerunt. ab eorum procuratione ammoti non dederint adhuc de ipsarum procurationibus rationem. de quo Curie nostre dampnum affertur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus procuratoribus ipsis ad tuam presentiam evocaris. debitam ab ipsis pro parte Curie nostre & plenam recipias rationem ut jus Curie nostre in aliquo non ledatur & tuum exinde &c.

Iustitiario Sicilie .... de facto inquisitionis contra Iohannem Castalomate, Iohannem Curialem.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad T. de Montenigro Iustitiarium Principatus. Intellexit serenitas nostra quod Iohannes Curialis. Iohannes Castalomate & Marullus consanguinei olim Matthei Marchas. Secreti Messane in morte prefati Marc. clam recedeotes de Messana multa de bonis ipsius secum asportarunt in nostre Curie lesionem. Quare fidelitati tue precipimus ut super hoc per terram Iurisdictionis tue diligenter inquirens. Quicquid inde inveneris per licteras tuas Culmini nostro significari procures. Recipiens ab ipsis si culpabiles inveoti fuerint fidejussorum ydoneam cautionem. Vt Curia nostra nequeat exinde dampnum aliquod substinere. & tuum exinde &c.

Lictere ad Castellanum Summe de arbustis demanii.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Castellanum Summe. Intellexit serenitas nostra quod arbustum demanii Castri nostri Summe per procuratores nostros ipsarum partium tempore non eolitur oportuno propter quod Curia nostra dampnum iocurrit. Confidentes igitur de prudentia & legalitate tua. de qua laudabile testimonium est perhibitum coram nobis. quod specialiter circa ordinationem & procurationem demaniorum nostrorum te exhibes iodefessum procurationem ipsius arbusti tibi duximus specialiter commictendam. fidelirati tue mandamus quatenus arbustum ipsum ad utilitatem Curie nostre sicur melius expedire videris faciens custodiri, & diligenter temporibus suis eoli. proventus & fructus ad opus Castri nostri recipias & utaris eisdem. taliter in ipsius procuratione utilitatibus Curie nostre studiosus actendens. ut valeas exinde commendari & propter hec & alia servitia que majestati nostre fideliter exhibere dignosceris. a Culmine nostro digna premia consequaris.

Ad Angelum de Marra pro Castellano.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Angelum de Marra ut non molestet ipsum Castellanum super arbusto & computet sibi proventus & fructus in expensis. quas debet recipere a Curia ut jus Curie noo ledatur.

Octubr. prope Mediolanum in Castris. Pag. 9. adv.

Lictere ad Secretum Messane pro nunciis Soldani Babylonie ibidem venturis.

VIIII. Octubris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Secretum Messane. Intellexit Serenitas nostra quod ouncii Soldani Babylonie qui ad presentiam nostram mictuntur suot ad partes ipsas cito venturi. Voleotes

lentes autem missos ipsos advenientes ob mittentis intuitum ut condecet honorare. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus si contigerit nuncios ipsos in terris jurisdictionis tue comparere. veniendo eosdem honoranter recipias sicut honori nostro & mittentium illos videris expedire. & de pecunia Curie nostre equos & alia necessaria competentia eis usque in Apuliam ubi a Iustitiario Regionis ipsius mandavimus recipi studeas exhibere per manus alicujus fidelis nostri quem ad hoc videris preponendum premittens statim quod ipsi applicuerint ad te duos cursores unum per mare & alterum per terram ut per eorum alterum nobis singula nuntientur per speciales licteras tuas culmini nostro transmissas per quas qualitatem & quantitatem nunciorum & exemptiones majestati nostre missorum preter notitiam nunciorum indagatorum seriatim & distincte significare curabis. Datum &c.

Ad Thomasium de Brundusio pro eisdem.

Similes facte sunt ad Thomasium de Brundusio preter clausulam illam dans pecuniam necessariam pro expensis & equos & alia necessaria usque in Apuliam. ubi a Iustitiario Regionis ipsos recipi mandaverimus per manus alicujus fidelis nostri quem ad hoc videris preponendum. Datum &c.

Riccardo de Montenigro Iustitiario Terre Laboris &c. pro Rocca Montis Draconis.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laur. Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris &c. Significavit Excellentie nostre Riccardus de Rocca Castellanus Rocce Montis Draconis hostiarius & fidelis noster quod Castrum ipsum plerisque sui partibus & specialiter ubi jampridem inceperat reparari. reparatione indiget, quod nisi fiat dampnum exinde possit non modicum provenire. Quare mandamus quatenus si est ita inquiras per quos homines idem Castrum consuevit & debeat reparari & ipsum reparari facias per eos quos teneri compereris ad reparationem ipsius alioquin in eorum defectu de pecunia Curie nostre que est per manus tuas des usque ad octo Vncias. ut inceptum opus in eodem Castro valeat percompleri.

Andree de Aquaviva Iustit. Terre Idronti pro Melehudo, & Petrolla.

Item de mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit idem Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti &c. Intelleximus quod terra Melehudi. quam dudum precepimus habitari fere est ab habitatoribus derelicta. quidam ex eis etiam qui ad ejus incolatum fuerunt deputati se ad habitandum ibidem minime contulerunt occasione dumtaxat quod Iustitiarius predecessor tuus corruptus precio in eodem negotio minus bene se gessit. cujus exemplo a Baronibus convicinis a quibus fuerunt homines revocati, vel debuerant revocari. fraus in Curie nostre prejudicium est commissa. cui simile per omnia contigit de Petrolla quam jusseramus tunc temporis habitari. Cum igitur terram ipsam Melehudi habitari velimus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad ejus habitationem omne studium & curam efficacem apponas inveniens omnes illos, qui ad ejus incolatum revocati fuerunt, & illuc se conferre debuerunt tunc temporis ac eos ad id omni qua convenit districtione compellas. Nichilominus de processu Iustitiarii predecessoris tui quem super negotio ipso & Petrolle accepimus vitiosum inquisitionem facias per revocatos eosdem. & per alios fide dignos ac id quod inveneris sub sigillo tuo fideliter ad presentiam nostram mictas.

Pag. 10.

De bonis exterorum & eorum qui morantur in Curia Romana. recipiendis & ad opus Curie procurandis.

X. Octubris. De Imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea & R. de Trajecto scripsit notarius G. de Cusentia ad Rog. de Amic. Iustitiario in Sicilia ultra flumen salsum. Generali dudum sub certa pena gratie nostre & publicatione bonorum omnium edicto mandavimus. ut quotquot de Regno nostro Sicilie oriundi. tam clerici quam laici in Romana Curia morabantur infra certum quem in hoc eis prefiximus terminum a predicta Curia recedentes in Regnum moraturi redirent. utpote qui consulte providimus ne filios regni pacis quos nobis ex partu fidei claros peperit mater fidelitas inficeret conversatio contagii. & mentes ex primis eunabulis. ad grata nobis obsequia debitas. incolatus nequitie viciaret. Verum quia majestati nostre innotuit. quod plures fidei quam nobis debent zelo commoniti juxta nostrum beneplacitum ad priora re-

dio-

dierunt. Nonnulli vero ex alienis corrupti moribus, redire in lares pacis sicut mandavimus non curarunt propter quod Volumus ut tales nichil amodo communicent in Regno fidelium. qui regnanti fidem debitam non servantes venire noluere vocati. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus per totam jurisdictionem tuam diligenter inquiras & quotquot inveneris tam Clericos quam laicos ex predictis. post datum a nobis terminum in Romana Curia fuisse moratos nec in Regnum sicut mandavimus rediisse. omnia bona eorum tam ecclesiastica quam patrimonialia & quecumque alia in Iurisdictione tua inveneris possidere ad opus Curie nostre capias & Obberto Fallamonacho Secreto Panormi procuranda assignes significaturus nobis distincte nomina singulorum quos predicti mandati nostri contemptores inveneris extitisse nec non unde & quibus parentibus fuerint oriundi. Volumus preterea & mandamus ut omnes prebendas beneficia & quecumque nunc Clerici qui de partibus extra regnum oriundi sunt & extra Regnum morantur in jurisdictione tua possident. ad opus Curie nostre capias & facias per predictum Secretum Panormi cum diligentia procurari. cum nolimus quod sanguinem matrum filii fugant. & de bonis que a nostris & per nos habent ecclesie & debentur filiis venientes aliunde catuli nutriantur. Tu vero distincte nobis significare procures quid quantum & ubi capiendum duxeris a predictis redditum bonorum ipsorum quem nunc valere dignoscis & in quem annuum redditum promoveri valeant in futurum. Datum &c.

Similes scripsit Guillelmo de Anglone justitiario citra flumen salsum. ut idem faciat in jurisdictione sua & assignet Secreto Messane.

Similes scripsit Goffrido de Montefuscolo Iustitiario Calabrie. & quod assignet Secreto Messane.

Similes scripsit Tholom. de Castilione Iustitiario Vallis grate & terre Iordane. ut assignet Secreto Messane.

Similes scripsit Thomasio filio Asmundi Iustitiario Basilicate, ut assignet Alexandro filio Henr.

Similes scripsit Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus & terre Beneventane ut assignet Riccardo de Pulcar.

Similes scripsit Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris ut assignet Riccardo de Pulcar.

Similes scripsit Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii, ut assignet Criscio Amalfitano Camerario Aprucii.

Similes scripsit Riccardo de Montefusculo Iustitiario Capitinate. ut assignet Alexandro filio Henr.

Similes scripsit Landulfo de Franco Iustitiario terre Bari ut assignet Alexandro filio Henr.

Similes scripsit Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti, ut assignet Alexandro filio Henr.

Eodem scripsit G. de Cusentia de superiori mandato Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Licet Regnum de manu domini datum nobis tunc vere in ejusdem largitoris pietatem exercemus cum loca divinis servitiis deputata. & ecclesias quibus nomen Dei laudatur & colitur devotione debita venerantes piam de ipsarum regimine protectionem habemus & tamquam statuti earum a domino protectores diligenter intendimus & provide meditamur ne possit patrocinii neglectu collabi sub tanti adversarii conatu. ad hec veridica insinuatione perpendimus. & nonnunquam etiam vidimus ex effectu quod cum aliquam de ecclesiis Regni nostri destitutam pastore vacare contigit tanto neglectu pessundatur quod vel per incuriam omnino collabitur vel per manus diripientium penitus consumatur quo fit ut dum non . . . spolia etiam gremii sui filii fugiant. & debita in ea officia domino non exolvant. contingit etiam ex hoc non nunquam ut qui postmodum ad ipsius prelationem vocatur aut conubia talis vidue bonis omnibus viduate non velit aut pati ex tali conjugio perpetuo se mereat viduatum. Que omnia cum nostre satis displiceant majestati fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ecclesiam Agrigenti. Montis regalis. Cephaludi que in jurisdictione tua existunt & si que alie Cathedrales vel conventuales ecclesie vacant ibidem. vel in antea vacare contingerit pro parte Curie nostre recipi facias procu-

Pag. 10. adv.

Secreto Panormi.

curandas. statuens in unaquaque ipsarum duos probos & fideles viros bajulos qui ecclesiam ipsam & omnia bona ipsius studiose & fideliter debeant procurare faciendo ecclesie ipsi convenienter servire domos & ecclesias reparari. si que fuerint necessario reparande ita videlicet quod si non repararentur inde majus paterentur dispendium minarentur ruinam. vineas & Iardina decenter excoli laborantias exerceri. & alia omnia bona Ecclesie cum accurata diligentia procurari. ita quod negligentia procurationis aliquatenus in procuratores ipsos notari non possit sed tanta per eos adhibeatur diligentia procurandi. quanta opus est in eisdem. & nostre exposcit beneplacitum Majestatis. Significantes nobis distincte per licteras tuas quid & quantum proventus uniuscujusque ecclesie valeant annuatim. Datum &c.

Secreto Messane.

Similes scripsit Secreto Messane de ecclesia Cathanie. sancti Salvatoris de lingua Messane. Regii. Russan. & Strongolis & aliis si que vacant vel vacare contingerit in jurisdictione sua.

Similes scripsit Riccardo de Pulcar. de ecclesia Alifie. Telesie. sancti Salvatoris de Telesia. Caputaquens. Aversan. Theanens. Surrent. Calenus. Policastrens. Venafr. Soran. Aquinat. Gajetan. & aliis si que vacant vel vacare contingerit in jurisdictione sua.

Similes scripsit Criscio Amalfitano Camerario Aprucii de ecclesia Theatina. Monasterio Sancti Clementis. Monasterio sancti Stephani de Rivo maris. ecclesia Pennensi. & aliis ut supra.

Similes scripsit Alexandro filio Henr. de ecclesia ydrontina. Melfie. Lichie. Monopol. Venusie. Monasterii Venusini. Ecclesia Salpin. Monasterii Sancti Viti. ecclesia Potentin. Vesten. Ascolen. Alesin. & aliis ut supra.

Pag. 11.

Octubr. prope Mediolanum.

Lictere ad R. de M. Iustitiarium Terre Laboris contra Episcopum Cajetan.

X. *Facte sunt lictere de Imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea ad R. de Montenigro Iustitiarium terre laboris & Comitatus Molisii scripsit Angelus de Capua.* Graves & enormes excessus I. Cajacian. Episcopi nostrum nuper auditum propulsarunt quod non sine tui culpa possumus preterire: quod idem datus in sensum reprobum nullam ad majestatem nostram habendo reverenciam vel respectum quosdam homines & jura demanii nostri detinere presumit sibi licitum stulte fore putando quod generaliter omnibus prohibetur. & quod gravius reputamus. ut subjectos nostros opprimere & jura nostra possit licentiosius occupare, in emptione bajulationis Civitatis ejusdem vassallos suos submictit participes ut quod personaliter non est licitum facere. insolenter per alios exequatur. infestos Clericos nutriendo tocius eis temeritatis prebet audaciam quod die noctuque nostrorum in Civitate Cajacie pervertat statum pacificum subjectorum quod tanto nostre displicere noveris majestati, quanto in absentia majestatis nostre non sine offensa nostri nominis presumitur attemptatum. Cum igitur insolentias hujusmodi & presumptuosos excessus nostram non deceat excellentiam tolerare ne in scandalum nostrorum fidelium & in prejudicium juris nostri ceteris prebeatur exemplum. fidelitati tue districte precipiendo mandamus quatenus super hys omnibus & singulis inquisitionem facias diligentem. & omnibus que ipsum episcopum tam in hominibus possessionibus & bonis aliis quam in ceteris juribus Curie nostre temere ac illicite inveneris detinere ad opus nostre Curie integre & sine mora receptis. super aliis sibi objectis inquisitionem eamdem fideliter in scriptis redactam sub sigillo tuo ad Curiam nostram studeas destinare. Datum &c.

Ibidem & eodem. De mandato Imperiali facto per notarium R. de Sug. scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales Thomasio de Brundusio in hunc modum. Satis benigne recepimus licteras quas misisti. & ipsarum tenore diligenter attento. transmissa Capitula vidimus. & tenorem intelleximus eorumdem. de sale autem quem ad statutum pretium non posse vendi significasti & ideo provideas melius forum fieri de eodem.

De facto salis.

sic duximus respondendum. quia licet de ipso magna copia habeatur nolumus tamen ut pro viliori pretio vendi debeat ne id trahatur ad subsequentiam in futurum. & sic passim verteretur in usum. Volumus autem ut pro satisfaciendo

De satisfaciendo laboratoribus salinarum. ciendo laboratoribus salinarum. si aliunde non potes eis satisfacere. de predicto sale vendi facias. sicut ad utilitatem nostram melius vendi poterit tuo studio mediante. Quod autem per te *De Eunuchis missis quos G. de Amato misit in Apuliam.* ordinatum est de Eunuchis quos G. de Amato & Gaytus Panor. in Apuliam miserat placet nobis. placet etiam quod expensas dari facis juxta assisam Curie *De tribus domicellis, quas ...* tribus domicellis Camere nostre. quas Iohanni de Amato Castellanus Panormi de Atro misit apud Melfiam moraturas. sicut fecisse te hactenus nuntiasti. Super eo vero quod misisse te asseris *De pelliparis missis ad Cameram Melfie, & Canusii.* pelliparios & alios magistros ad Cameram nostram Melfie & Canusii pro reparandis pennis & pannis & aliis rebus nostris ad expensas Curie nostre & quod magistro S. & aliis magistris laborantibus apud Canusium de mandato nostro. *De collia, & nervis emptis.* emi facis de pecunia Curie collam nervos & alia que operibus que ipsi faciunt oportuna videntur & assignari eis ne pro necessariorum defectu laborare non possent, & alia emi necessaria pro reparatione rerum nostrarum ipsius Camere. tuum studium commendamus. a *De mercatoribus venientibus extra Regnum.* mercatoribus insuper venientibus extra Regnum. res suas in fundicis deponentibus. ex quo ipsa in regno vendere nequeunt ut scripsisti & volunt extra Regnum deferre. nichil plus quam jus pro domo debitum vidimus exigendum. dum id non in fraudem Curie nostre procuretur. preterea gratum est nobis *De . . . is necessariis Marescallis.* quod necessaria Marescallis quas significasti dari facis. de sagittia sclavorum *De sagittia, & galeis armatis.* quam armari fecistis cum aliis galeis nostris contra piratas. te plurimum com- *De piratis missis ad maritimam.* mendamus. & placet nobis quod pirate qui capti fuerant in eadem. ad maritimam Melfie deputentur. Quod autem juxta quod tibi mandavimus non processisti ad capiendum terram ejus *De bonis illius qui mortuus fuit in navi.* qui mortuus fuit in navi que passa fuit naufragium. ex quo legitimus successor apparuit, placet nobis. Super eo vero *De facto Iaquinti & fratris ejus.* quod scripsisti nobis de facto Iaquinti & F. fratris ejus sic duximus respondendum. quod quia possessores erant bone fidei de tempore ante coronationem elapso nulla est compensatio facienda. a tempore autem coronationis citra. Volumus ut fiat compensatio de pensionibus quas de domibus nostri agri perceperunt vel percipi potuerunt. quia non dicuntur bone fidei possessores ex quo juxta constitutionem non representaverunt Curie nostre scriptum confirmationis quondam domine Imperatricis matris nostre quod modo asserunt se habere. Ad hoc cum scriptum *De scripto rerum Logothete.* non recepimus factum de rebus inventis in scrineis quondam Logothete. quod asseris te misisse Volumus ut illud *Pag. 11. adv.* diligenter factum nobis mictas res omnes & quantitatem earum plene exprimens in eodem. super facto autem revocatorum terrarum Ecclesiarum sic micti- *De facto revocationis de terris Ecclesiarum.* mus quia placet nobis. quod illi sint in domibus & locis propriis usque ad reditum nostrum ad partes ipsas qui non . . . . in statutis locis. loca pro faciendis domibus receperunt. preterea petitioni porrecte ex parte Vniversitatis Ter- *De mercato Termul. ex quo debentur Curie uncie quinquaginta.* mularum super foro faciendo qualibet die Lune infra muros veteris Civitatis benigne ammictimus. & ecce quod modo apertas licteras serenitatis nostre mictimus & volumus ut promissas proinde ab eis quinquaginta uncias exigas & recipias festinanter rationem de rebus illis quas interclusa cedula continebat nostre Camere assignatis & nunciis F. du- *De rebus transmissis.* cis Austrie cum nuncio Cuminiani missis ad Curiam nostram juxta mandatum nostrum tibi mictimus apodixam.

XIII. Octubris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Boamundum Pissonum Iustitiarium Apruții. *De Iustitiario Aprutii contra illos qui iverunt ad R. Ducem Spoleti, & exennia transmiserunt eidem.* Ad audientiam Culminis nostri noveris pervenisse. quod Senebaldus archipresbiter sancti Antimi de Balviano. dompnus Raynaldus Buccellus de Criptis de saltu. Iacobus de Monaldo de Arpagnano. Angelectus Raymundi. Fornio de *De Arpienvano, & Cassina de Regno.* Classina. Iohannes filius archipresbiteri sancti Antonii de Classina & Peregrinus filius Iohannis Riccardi de Classina. qui sunt de Iustitiariatu tuo clam contulerunt se ad Raynaldum filium quondam Ducis Spoleti loquuturos cum ipso & exennia etiam sibi mictere presumpserunt nullum ad majestatem nostram habendo respectum. Quod cum majestati nostre satis digne displiceat. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus super hoc veritate inquisita diligenti studio & cautela. quoscumque teme-

merarie presumptionis hujusmodi inveneris commissores. laqueo facias sine mora suspendi. ut sit illis ad penam ceteris ad terrorem. Datum &c.

Lictere ad Andream de Cicala pro munitionibus Montis Casini, & Ianule.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per eumdem. scripsit idem ad Andream de Cicala Capitaneum a porta Roseti usque ad confinium Regni.* Pervenit ad notitiam serenitatis nostre quod munitiones Montis Casini. & Rocce Ianule. servientibus & aliis necessariis non sunt bene munite. Quod si verum est majestati nostre noveris admodum displicere. Quo circa fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus statim receptis hys licteris personaliter conferas te ad munitiones predictas. & ipsas necessariis servientibus qui sint de Regno & quorum suspictio aliqua non habeatur uxores & filios habentes in Regno. & divites sicut qualitatem expedire videris servientium. ac singulis aliis oportunis munire aliquatenus non postponas. Vt devotionis tue studium exinde commendare possimus. Nichilominus etiam omni studio elabores. ut in Rocca Ianule fiat Blida una ad majorem tuitionem Munitionis ipsius. Super quo nullam moram te protrahere volumus. vel negligentiam aliquam adhibere. Datum &c.

Pag. 12. *Octubr. in castris prope Mediolanum.*

Ad Prelatos Familiares Magistrum Iustitiarium Capitaneos & alios Officiales Regni ... mictendis nominibus commissariorum suorum & commissionis.

XIII. *Facte sunt lictere de Imperiali mandato ad familiares I. Capuan. Archiep. & P. Ravellen. Episcop.* Mandamus & precipimus fidelitati vestre quatenus visis hys licteris diligenter & sollicite per scripta & quaterniones vestros inquirentes. ac fideliter in vestro animo revolventes inveniatis. & distincte ac plene scribi faciatis omnium eorum nomina quibus ex quo in officio vobis commisso fuistis commisistis aliquod de servitiis & negotiis ad officium vestrum spectantibus vel vobis commissis. & quod etiam unicuique eorum commisistis. studentes quod usque ad festum nativitatis domini primo venturum tam illorum nomina quam commissa negotia fideliter In scriptis redacta ad nostram presentiam transmictatis. & caventes quod vel in mictendo mora non protrahatur ulterius. vel de hys que scribenda sunt nichil aliquatenus omictatur. quia si per alios quam per vos nobis aliquid innotescat vereri procul dubio poteritis penam ex culpa.

Similes lictere facte sunt Henrico de Marra Magistro Iustitiario. preter quam datus est sibi terminus mensis unius post reditum suum in Regnum. quia presens erat in Curia.

Similes Riccardo de Montefuscolo Iustitiario Capitinate.
Similes Hectori de Montefuscolo quondam Iustitiario Aprutii.
Similes Riccardo de Loria quondam Iustitiario terre Bari.
Similes Philippo de Zunculo predecessori suo. } *qui presentes erant in Curia.*

Similes Thomasio de Acto de Suessa olim magistro Camerario Aprutii ut familiaribus.

Similes Criscio Amalfitano nunc Camerario Aprutii.

Similes Tholomeo de Castelione olim Iustitiario Aprutii.

Similes non fuerunt scripte Boamundo Pissono nunc Iustitiario Aprutii quia noviter est statutus.

Similes Guillelmo de sancto Fraymundo olim Iustitiario terre Laboris & Comitatus Molisii. ut familiaribus.

Riccardo de Montenigro nunc Iustitiario terre Laboris & Comitatus Molisii non est scriptum quia noviter est statutus.

Similes tamen scripte sunt ei de officio Iustitiariatus quem exercuit in Sicilia citra flumen salsum.

Similes Angelo de Marra.

Similes Thomasio de Brundusio cui etiam injunctum est. ut scribat de Officialibus & commissariis quondam Logothete. Seclariis tam preteritis quam presentibus. & eis qui distribuerunt novam pecuniam per Regnum.

Similes Piscopo Iohanni olim Camerario Capitinate. & honoris montis sancti Angeli.

Similes Thomasio de Montenigro nunc Iustitiario Principatus & terre Beneventane.

Similes Thomasio filio Osmundi nunc Iustitiario Basilicate.

Similes L. de Franco nunc Iustitiario terre Bari.

Octubr.

Pag. 12. adv.

Octubr. in castris prope Mediolanum.

Ad Magistros Iustitiarios & Officiales quod mictent Commissariorum & commissionis . . . .

XIII. Similes Andree de Aquaviva nunc Iustitiario terre Idrunti.

Similes Thomasio filio quondam Philippi filii Marmontis Iustitiario quondam ejusdem . . . .

Similes Senatori de Archo olim Iustitiario Vallis gratis & terre Iordane.

Tholomeo de Castelione nunc Iustitiario ejusdem terre non est scriptum. quia noviter est statutus.

Similes Roberto Malerba olim Iustitiario Calabrie.

Goffrido de Montefuscolo nunc Iustitiario Calabrie non est scriptum. quia noviter est statutus.

Similes Iohanni de Cioffo, & notario Iohanni de Lente qui fuerunt quondam cum Matheo Marchasaba secreto Messane. ut inquirant per quaterniones ejusdem secreti & significent. & eidem notario Iohanni specialiter de commissariis temporis Mathei & Iohannis de Romania, quos poterit recordari. & scriptum est Guillelmo de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen salsum. ut statuto aliquo ad diligentem custodiam quaternionum dicti Mathei Marchasabe. faciat de ipsis copiam predictis Iohanni de Cioffo & notario Iohanni.

Similes eidem Guillelmo de Anglone de tempore suo.

Similes Rogerio de Amicis Iustitiario in Sicilia ultra flumen salsum.

Similes Rogerio de Calvellis predecessori ejusdem.

Similes Severino de Calataph. olim Magistro bajulationum Sicilie ultra flumen salsum.

Similes notario Philippo olim Gayto Panormi.

Similes Oberto Fallamonacho Magistro portulano Sicilie ultra flumen salsum & nunc Secreto Panormi.

Similes Angelo Frisar. Magistro portulano Sicilie citra flumen salsum.

Licteras patentes pro mutuo Romanorum pro Gualterio de Cesalinis de unciis LXVII.

XIIII. Octubris. De Imperiali mandato facto per magistrum Obbertum. scripsit G. de Tocco licteras patentes in hac forma. Notum facimus universis quod Gualterius de Cesalinis. & Petrus Iurd. mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt nobis. & assignaverunt Camere nostre de Venetianis grossis libras XVI $\frac{1}{2}$ & denarios V. pro Vnciis auri LXVII. ad generale pondus Regni ad rationem videlicet de solidis V. minus denario I. per Vnciam. de quibus Vnciis convenimus & promisimus eis. quod Major de Plancatone doan. &c. fidelis noster pro parte Curie nostre de pecunia Curie nostre que est per manus suas predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium vel procuratorem ipsorum. in medietate Ianuarii proximo futuri hujus XIII. Indictionis sine defectu & difficultate. ac alicujus more majoris dispendio debeat quietare. Si vero quod omnino nolumus immo fieri expresse ac firmiter inhibemus predictus solutionis terminus transiret. aliquo forte casu inevitabili contingente. quo fieri aliter aliquatenus non valeret. deinde in antea quamdiu solutio differretur ad minus tamen quam possit unquam differri. idem Secretus solvere tenetur & debet eis pro dampnis & interesse sicut eveniet. ad rationem de tribus Vnciis dandis per mensem de Vnciis centum. & nichilominus integre & cum omni integritate solvere Vncias supradictas. Ad hujus autem &c.

Ad Secretum Messane pro eodem.

Eodem die scripsit G. de Cusentia Majori de Plancatone &c. pro eodem. Notum facimus fidelitati tue quod Gualterius de Cesalinis. & Petrus Iurda mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras XVI $\frac{1}{2}$ & denarios V. pro Vnciis auri LXVII. ad generale pondus Regni. ad rationem de solidis V. minus denario I. per Vnciam de quibus convenimus & promisimus eis quod tu pro parte Curie nostre de pecunia Curie nostre que est per manus tuas predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium vel procuratorem ipsorum in medietate Ianuarii proximo futuri hujus XIII. Indictionis sine defectu & difficultate ac alicujus majoris more dispendio debeas quietare. Si vero quod omnino nolumus immo fieri tibi expresse ac firmiter inhibemus predictus solutionis terminus transiret. aliquo forte casu inevitabili contingente quod fieri aliter aliquatenus non valeret. deinde in antea quamdiu solutio differretur ad minus tamen quam possit unquam differri. de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad

Pag. 13. Octubris prope Mediolanum.

ad generale pondus Regni per mensem tu eis solvere teneris & debes pro dampnis & interesse. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. Quare mandamus quatenus ita studeas & procures omnem in hoc sollicitudinem adhibendo. undecumque & quomodocumque melius poteris quod adveniente termino supradicto predictis mercatoribus vel alteri eorum. sive certo nuncio vel procuratori eorum predictas Vncias auri LXVII. ad generale pondus Regni sine omni difficultate & majoris more dispendio de pecunia Curie nostre que est per manus tuas exolvas & eos alacriter debeas expedire. ita quod ex celeri expeditione quam eis feceris in predictis. tam ipsi quam alii si quando necesse fuerit in hujusmodi beneplacitis nostris libentius se exponant. & si forte quod omnino nostre displicet Majestati sicut superius dictum est aliquo inevitabili casu post supradictum terminum solutio differtur pro dampnis & interesse de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem exolvas eisdem. provisurus tamen & caraturus actente quod dampnum ipsum propter tui negligentiam nostra Cutia non incurrat. sicut de gratia nostra confidis. & tibi dampnum ipsum imputari formidas. tu vero mercatoribus ipsis integre de predicta pecunia quietatis. patentes licteras nostras. quas ipsis proinde fieri fecimus recipias ab eisdem. facturus de solutione ipsa aliud scriptum competens ad cautelam Curie nostre. Datum.

Pro Algerutio & Angelo fratre ejus & Petro Algerutio de uncius CLVIIII.

Eodem die. Similes patentes & clausas ad eumdem. Scripsit idem pro Algerutio & Angelo fratre ejus. & Petro Algerucio mercatoribus Romanis de libris Venet. XXXVIIII. & denariis XXI. pro Vnciis auri CLVIIII. ad generale pondus Regni. eodem termino & forma solvendis.

Pro Paulo Malagrumo & sociis de unciis CCIIII.

Eodem die. Similes patentes & clause scripte sunt ad eumdem pro Paulo Malagrumo. Stephano Philippo Tipaldo. Luca de Iennar. Andrea de Iennar. & Romano Philippini mercatoribus Romanis. de libris Venet. L. & solidis III. pro Vnciis auri CCIIII. ad generale pondus Regni. eodem termino & forma solvendis.

Eodem die. Similes patentes & clause facte sunt ad eumdem pro Romano Angeli. Stephano de Philippo. Tipaldo Philippini. Stephano Philippi. & Paulo Malagrumo. & Andrea de Iennar. mercatoribus Romanis de Venet. libr. LIIII. & denariis XVI. pro Vnciis auri CCL. ad generale pondus Regni. eodem termino & forma solvendis.

Pro Romano Angeli & sociis de unciis CXX.

Octubr. XIII. Indictionis. Pag. 13. adv.

Majori de Plancatone Secreto Messane de significando ipsi omnia quod non decipiantur.

XIIII. *De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Petra Storm. scripsit Laurentius Majori de Plancatone Secreto Messane &c.* Solet sepe contingere maxime eum officialis aliquis in officio Curie nostre de novo statuitur ut aliqui a nobis vel quod est gratie velut justitie debitum exigant. vel processum precedentium officialium injuriosum super aliquibus eorum negotiis asserant. & unquam sperantes. propter ignorantiam novi officialis qui cum modo de nostris ipsarum partium negotiis quibus statuitur instructus non est. ea que prius non poterant facilius obtineant. Cum igitur velimus malitiis obviare ne jura nostre Curie per subreptiones minui & fraudari contingat. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si quando tibi ad alicujus supplicationem commictimus exequenda. in quibus aliquatenus nostre Curie jus tangatur. personaliter inquiras & scias plene jus ipsum ac illud conservans & promovens per omnia tam de ipso quam de omnibus aliis negotiis que etiam sine mandato nostro per licteras tibi facto. per manus tuas transire contingerint vel ad notitiam tuam pervenerint per capitula & licteras tuas fideliter & distincte nos instruas ut injuste conquerentibus secundum justitiam respondere possimus instructi & ceteris adinventiones malitie precludantur. te quoque merito commendemus. licet satis studiose ac plene M. Marchasaba predecessor tuus extitit executor. qui omnia nobis scribere non eessabat. & jura ac utilitates nostre Curie taliter zelabatur ac si nunquam de aliis cogitaret. cujus defectum in omnibus bonis actibus ex quo decessit supplere te volumus ut Curie nostre mors ejus niehil subtraxisse in hys te superstite videatur.

Item eidem. Pervenit ad audientiam no-

Eidem pro Parco Melacii & venationibus ut ponat pulverem contra lupos.

nostram quod in Parco nostro Melatii. vulpes & lupi sunt in maxima quantitate & animalia parvula venationis ipsius destruunt ita quod pauca ex eis ibidem poterunt in brevi tempore remanere. nisi per aliquod remedium provideatur eisdem. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus statim visis hys licteris de pulvere luporum studeas invenire & ita ordines sicut fieri consuevit & debet. quod lupi & vulpes destruantur omnino & animalia parvula multiplicentur uberius, ac devastari non possint. studeas nichilominus & procures. quod omnes venationes in jurisdictione tua site custodiantur optime & de pulvere ipso contra lupos ponas & poni facias ubi videris expedire.

Licttere ad Magistrum Iohannem de Sancto Germano pro edificiis cartolarie.

XV. Octubris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad magistrum Iohannem de Sancto Germano. Cum velimus quod super edificiis Cartolarie juxta formam pristinam procedatur fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis hys licteris conferas te ad Vrbem. & tam in calce quam in lapidibus & aliis necessariis facias apparatum. Vt super edificiis ipsis sicut expedierit procedatur. Et ecce quod Riccardo de Pulcaro fideli nostro. qui in locum Angeli de Marra subrogatus est nostras licteras destinamus. Vt ad requisitionem tuam tibi de pecunia Curie nostre que est per manus suas pro refectione edificiorum ipsorum debeat exhibere. & a te recipiat exinde apodixam. Datum &c.

Licttere ad R. de Pulcara pro eodem negotio.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad R. de Pulcara. Quia volumus quod in edificiis cartolarie que sunt in Vrbe. juxta formam pristinam procedatur. quod magistro Iohanni de sancto Germano notario & fideli nostro. nunc in Regno moranti. de sua prudentia & legalitate confisi. duximus committendum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem ejusdem notarii fidelis nostri. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas pro refectione edificiorum ipsorum necessariam pecuniam debeas exhibere. Recipiens ab ipso de hys que sibi dederis apodixam. Datum &c.

Licttere ad Riccardum de Montenigro Iustit. Terre Laboris pro Magistro R. de Sancto Germano.

XVII. Octubris. De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Suessa scripsit Iacobus de Bantra. Veniens ad presentiam nostram magister R. de sancto Germano fidelis noster pro se & magistro I. de sancto Germano notario & fideli nostro fratre suo. exposuit coram nostra celsitudine. quod Robbertus de Barone clericus de Castro sancti Georgii. spreta defensa sibi ab eodem magistro R. facta pro se & dicto fratre suo. & pena duodecim Vnciarum adjecta, temere intravit quamdam terram eorum & fructus exinde in eorum prejudicium asportavit. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus prius cognita & constita exinde veritate si tibi constiterit de predictis. super contemptu ipsius defense & adjectione pene previa ratione procedas. ab ipso clerico pro parte Curie nostre illam exigens si culpabilis apparebit.

Contra clericos.

Ad Riccardum de Montenigro Iust. Terre Laboris de defensa facta Gentili Clerico de Sancto Helia a Maria de Paladinis.

Similes eidem de defensa facta Gentili clerico de Sancto Helia & pena adjecta centum Vnciarum a Maria de Paladinis de sancto Helia.

Vtrasque licteras de defensa portavit Magister Riccardus de Sancto Germano frater Magistri Iohannis de Sancto Germano Imperialis notarii.

In Castris prope Mediolanum. Pag. 14.

Lictere ad Riccardum de Pulcar. pro Notario Iohanne de Sancto Germano de expensis suis.

XVII. Octubris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Riccardum de Pulcar. subrogatum in locum Angeli de Marra. Cum velimus quod magister Iohannes de sancto Germano notarius & fidelis noster apud Vrbem pro nostris serviciis commoretur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus donec idem notarius pro servitiis nostris ibidem moram traxerit. pro se duobus scuteriis & tribus equis suis. de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas. juxta assisiam Curie nostre. Videlicet ana tredecim grana auri inter hominem & equum per diem. ad generale pondus Regni eidem exhibere procures & recipias ab ipso de omnibus que sibi dederis apodixam. Datum &c.

Grana XIII. inter hominem & equum juxta assisiam Regni pro expensis.

XVIIII. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Lauren-

Thomaſio de Brunduſio pro Siwino & venatoribus . . . ſcriptum eſt . . ſibi ſubſtituendum . . .

rentius Thomaſio de Brunduſio &c. Magiſter Siwinus venator. & fidelis noſter pro parte ſua & venatorum ſociorum ſuorum qui ibi ſunt. nobis expoſuit cum querela. quod pro expenſis ſibi ſtatutis poſt te non poſſit totiens per Apuliam laborare. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ita ordines & diſponas, quod vel in Capitinata vel Melfia ſtatute ipſis expenſe. tam ſibi quam ſociis prebeantur. & non cogantur propterea ulterius fatigati. Nichilominus eidem Siwino pro ſe & dictis venatoribus ſociis ejus competentia veſtimenta. & ſibi unum Roncinum debeas exhibere pro Hemtio de Nidecli venatore.

R. de Montenigro Iuſtitiario Terre Laboris & Comitatus Moliſii pro Caſtro Bojani & domibus extra Caſtrum.

Item ſcripſit R. de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris & Comitatus Moliſii &c. Intelleximus quod quedam domus conſtructe ſunt in monte Bojani. hactenus extra Caſtrum. ſuper quo movet nos non indigne miratio. ſi tamdiu hoc debuetit negligi vel potuerit aliqua ratione permicti. Audivimus etiam ex inſinuatione Caſtellani ejuſdem Caſtri. quod Caſtrum ipſum in pletiſque ſui partibus adeo minatur ruinam. quod niſi ſubveniatur eidem. dampnum exinde potetit non modicum provenire. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi eſt ita. dictas domos extra Caſtrum conſtructas ſtatim dirui facias & habitatores qui in eis ſunt deſcendere inde compellas. Inquiras preterea per homines contrate vel loci ejuſdem per quos Caſtrum ipſum conſuevit & debeat reparari. & ipſum reparari facias ſicut expedit per eos quos teneri compereris ad reparationem ipſius ut de Caſtro ipſo inconveniens non contingat.

Ad Magiſtrum Iohannem de S. Germano pro ſolvendis beneficiis quibuſdam Romanis.

Eodem die. De eodem mandato facto per magiſtrum Petrum de Vinea. Scripſit Angelus de Capua ad Magiſtrum Iohannem de Sancto Germano notario ſuo. Cum beneficia dudum quibuſdam Civibus Romanis fidelibus noſtris ſingulis annis ab excellentia noſtra conceſſa. eiſdem ſolvi velimus de quibus per Gualterium de Cicala fidelem noſtrum ſibi ſatisfieri excellentia noſtra mandavit. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia Curie noſtre que eſt per manus Riccardi de Pulcaro cui ſuper hoc noſtras licteras deſtinamus recipere ſtudeas ſupradictis Romanis quibus ſatisfactum non eſt de predictis beneficiis per Gualterium ſupradictum pro anno preſenti ſatisfacere non poſtponas. certioratus tamen prius per eumdem G. quibus per eum beneficia ipſa ſoluta ſint & quibus etiam exolvenda & de eujuſlibet quantitate.

Ad Riccardum de Pulcar. pro pecunia ſibi danda.

Item ſcripſit ad Riccardum de Pulcaro. Cum beneficia dudum quibuſdam Civibus Romanis fidelibus noſtris ſingulis annis ab excellentia noſtra conceſſa eiſdem ſolvi velimus. de quibus per Gualterium de Cicala fidelem noſtrum ſatisfieri ſibi excellentia noſtra mandavit. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requiſitionem Magiſtri Iohannis de Sancto Germano notarii & fidelis noſtri de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas tantum eidem notario aſſignare procures quod predictis Romanis quibus ſatisfactum non eſt de predictis beneficiis per Gualterium ſupradictum pro anno preſenti ſatisfieri poſſit per notarium antedictum.

Ad Gualterium de Cicala ut certificet Magiſtrum Iohannem.

Item ſcripſit predictus Angelus prefato Gualterio de Cicala ut certificet predictum magiſtrum Iohannem de ſancto Germano quibus Romanis ſolvit beneficia ipſa. & quibus ſint exolvenda & de cujuſlibet quantitate.

Octubr. in Caſtris prope Mediolanum. Pag. 14. adv.

Ad Magiſtrum Iohannem de S. Germano quod aſſignet Oddoni Frecapane feudum quod habuit quond. Andreas Stephani de Raynetio.

XVIIII. Scripſit idem Angelus ad magiſtrum Iohannem de Sancto Germano. Mandamus & precipimus tibi quatenus . . . Andreas . . feudum Stephani de Raynetio a nobis habeat non dum aſſignatum eſt per Gualterium de Cicala Oddoni Frecapane Civi Romano fideli noſtro prout ſibi per alias noſtras licteras dedimus in mandatis. tu ipſum dicto Oddoni facias aſſignari recipiens ab eodem Oddone pro parte noſtra juxta conſuetudinem fidelitatis debite juramentum ſi ipſum non conſtiterit Gualterium ſuſcepiſſe.

Ad Andream de Cicala pro Manuele Frecapane Clerico.

Item. De eodem mandato ſcripſit idem Angelus ad Andream de Cicala. Pro parte Manuelis Frecapane nepotis Perri Sarraceni Civis Romani fidelis noſtri porrecta culmini noſtro petitio continebat. quod eum olim dilectis familiaribus noſtris in Regno per noſtras licteras de-

de-

derimus in mandatis ut ecclesiis vacantibus regni nostri tantum beneficium largiretur eidem quod singulis annis valeret Vncias quadraginta idem Manuel non dum assecutus est beneficium in dictis ecclesiis quod valeat Vncias supradictas . de quo si verum est cogimur admirari . Cum igitur predictum M. nolimus munificentie nostre gratia defraudari . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus si est ita non obstante aliquo mandato nostro super ipsis ecclesiis vacantibus de conferendo alteri beneficio facto , si quid deest de predictis Vnciis quadraginta concessis eidem M. in ecclesiis vacantibus regni nostri . tu de ipsis ecclesiis sibi supplere procures . Ita quod ipso M. munus nostre munificentie consequente . nos studium tuum proinde commendemus .

Ad Riccardum de Pulcar. pro Gualterio de Cesalino & sociis mercatoribus Romanis.

XXI. *Octubris . De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia Riccardo de Pulcar.* Notum facimus fidelitati tue quod Gualterius de Cesalinis . Petrus Iurd. & Iohannes Lucido mercatores Romani fideles nostri in Castris prope Castilionem VI. die Septembris primi preteriti hujus XIII. Indictionis mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras XVIII. pro Vnciis auri LXXII. ad generale pondus Regni ad rationem de solidis V. per Vnciam. de quibus Vnciis promisimus eis VI. die mensis Decembris primo futuri hujus XIII. Indictionis ipsos facere quietare in Regno . secundum formam patentium licterarum nostrarum quas inde eis fieri fecimus . in quibus etiam continetur distincte quid in antea habere debent pro interesse si forte predictus solutionis terminus differretur . & mandavimus per licteras nostras Angelo de Marra predecessori tuo . ut predictos mercatores de pecunia ipsa secundum formam licterarum nostrarum patentium . & earum quas sibi misimus in predicto termino quietaret . Verum quia medio tempore predictum Angelum de Marra ab officio quod habebat contingit amoveri propter quod volumus mercatores predictos per te qui substitutus es illi de predicto mutuo quietari . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus . si mercatores ipsi predictas licteras nostras tam patentes quam alias quas misimus Angelo pretaxato . tibi assignaverint . tu ipsas recipiens . ipsos in predicto termino secundum formam licterarum ipsarum de predicta pecunia debeas quietare . tam de sorte . quam de interesse . si forte quod omnino nolumus post terminum ipsum solutio differretur . tu tamen provideas diligenter ne terminus transeat. propter tui negligentiam quod dampnum inde Curia nostra incurrat . & receptis predictis licteris . nichilominus de solutione ipsa facias aliud scriptum competens ad cautelam Curie nostre . Datum .

XXII. Octubris in castris prope Mediolanum. Pag. 15.

Ad Iust. Aprutii contra Gentilem de Grandinato.

XXII. *Octubris . Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum de Traiecto ad Iustitiarium Aprutii scripsit notarius Rogerius de Salerno .* Cedulam continentem quosdam excessus contra Gentilem de Grandinato culmini nostro porrectam per Rogerium de Pollutro tibi mictimus licteris presentibus interclusam. cujus cedule per omnia similem in nostra Camera jussimus conservari . & quia de hys omnibus que continentur ibidem per te plene scire volumus veritatem . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipsius cedule diligenter inspecto tenore super omnibus que continet inquisitionem facias diligentem quam fideliter in scriptis redactam sub sigillo tuo ad Curiam nostram studeas celeriter destinare . Quas licteras recepit sigillatas idem Magister Rogerius de Salerno .

Ad Aymonem Castell. Castri maris de Vulturno Responsales pro servientibus & fulcidis ejusdem Castri .

Eodem die . De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Traiecto . scripsit G. de Tocco Aymoni de Laur. Castellano Castri maris de Vulturpno . Licteras devotionis tue benigne recepimus & que continebant intelleximus diligenter . Verum quia per eas significasti nobis . te recepisse Castrum nostrum predictum custodiendum ad honorem & fidelitatem nostram . & nichil pro victu vel munitione Castri necessarium recepisse ab eo qui Castrum ipsum hactenus custodivit . ecce quod scribimus Andree de Cicala a porta Roseti &c. fideli nostro ut quantitatem servientium quam custodie Castri viderit oportunam tibi statuat

tuat & de solidis & companagio pro eisdem tibi studeat providere. secundum quod sit uni ex aliis Castris nostris. Datum &c.

Andree de Cicala pro eisdem statuendis & dandis.

Item predicto Andree de Cicala &c. ut eidem Castellano statuat pro custodia Castri ipsius servientes & vidandas. quas ad ipsam custodiam viderit expedire. prestiturus eidem ex tunc pro solidis companagio & munitione Castri que viderit oportuna.

Ad Riccardum de Montenigro Iustit. terre Laboris contra Episcopum Fundanum.

XXIII. Octubris. De mandato Imperiali facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Cum Fundanum episcopum propter ingratitudinem & indevotionem suam. & quem merito suspectum habemus in Regno nostro morari nolimus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys literis ipsum de Regno expellas bonis suis omnibus insiscatis que per Riccardum de Pulcar. fidelem nostrum facias cum diligentia procurari. sicut per eum alias vacantes ecclesias jurisdictionis sue mandavimus procurandas. Super premissis illud studium habiturus ut diligentiam tuam ex opere commendemus. Datum.

Pag. 15. adv. *Vltimo Octubris ante Pontem Placentie.*

Lictere patentes pro Paulo de Leone & Petro de Leone mercatoribus Romanis de unciis CXCVIII.

XXVIIII. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia lictecras patentes in hunc modum. Notum facimus Vniversis quod Paulus de leone & Petrus de leone fratres mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras XLVIII. solidos XIII. & denarios VI. pro Vnciis auri CXCVIII. ad generale pondus Regni ad rationem de solidis V. minus denario I. per Vnciam. de quibus promisimus & convenimus eis. ut Marinus de Valle. Angelus de Marra. & Iudex Eufran. Custodes Erarii nostri Salvatoris ad mare fideles nostri de pecunia ejusdem erarii nostri que est per manus suas pro parte Curie nostre predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium vel procuratorem ipsorum per totum mensem Ianuarii proximo futuri hujus XIII. Indictionis sine defectu & difficultate debeant quietare. & si forte aliquo casu predictus solutionis terminus transiret. deinde in antea quamdiu solutio differetur. de singulis C. Vnciis tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem predicti custodes erarii solvere eis tenentur & debent. de predicta pecunia nostra pro dampnis & interesse. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. ad hujus autem rei memoriam. & predictorum mercatorum cautelam presentes lictetas eis fieri. & sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum &c.

Ad Custodes Erarii Salvatoris ad mare pro predictis Romanis.

Eodem die. De superiori mandato scripsit idem Marino de Valle. Angelo de Marra & Eufran. de Porta custodibus erarii Salvatoris ad mare. Notum facimus fidelitati vestre. quod Paulus de leone & Petrus de leone fratres mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras XLVIII. solidos XIII. & denarios VI. pro Vnciis auri CXCVIII. ad generale pondus Regni ad rationem de solidis V. minus denario I. per Vnciam. de quibus Vnciis promisimus & convenimus eis ut vos de pecunia erarii nostri que est per manus vestras pro parte Curie nostre. per totum mensem Ianuarii proximo futuri hujus XIII. Indictionis sine defectu quolibet quietetis. & si forte quod omnino nolumus aliquo casu predictus solutionis terminus transiret. deinde in antea quamdiu solutio differretur de singulis C. Vnciis tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem eis pro dampnis & interesse solvere debeatis. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus. quatenus adveniente termino supradicto predictas CXCVIII. Vncias auri ad generale pondus Regni mercatoribus ipsis vel alteri eorum. vel certo nuncio aut procuratori eorum de pecunia erarii nostri que est per manus vestras pro parte Curie nostre sine majoris more dispendio persolvatis. & si forte ut predictum est aliquo casu ipsius solutionis terminus transiret. deinde in antea quamdiu differretur solutio. de singulis C. Vnciis tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem.

pro

pro dampnis & intereſſe. de eadem pecunia Curie noſtre ſolvatis eiſdem. provifuri tamen ut predicto termino quietentur. ne per moram Curia noſtra diſpendium uſurarum incurrat. Vos autem ſoluta ipſa pecunia patentes licteras noſtras quas eis de ipſo mutuo fecimus recipiatis ab eis, facturi etiam aliud ſcriptum competens de ſolutione ipſa ad Curie noſtre cautelam. & ſi forte vos omnes preſentes non eritis. nichilominus quicumque veſtrum tunc preſens fuerit noſtrum beneplacitum exequatur, Datum.

Pag. 16.

Primo Novembris XIII. Indictionis apud Pontem Placentie.

Lictere ad Henricum Abbatem pro pecunia danda.

Primo Novembris XIII. Indictionis. De Imperiali mandato ſcripſit P. de Capua facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ad Henricum abbatem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus de pecunia Curie noſtre per te cum galeis noſtris noviter de Regno delata quinque millia Vnciarum auri Symoni de Vrxone Civi Capue latori preſentium fideli noſtro aſſignari procures & recipias ab ipſo exinde apodixam. predictam autem pecuniam ad generale pondus Regni ſibi exhibere curabis Henrico dilecto filio noſtro Regi Turrium & Gallure pro noſtris ſervitiis deferendam. Datum &c.

Lictere ad Criſcium Amalfitanum Secretum ... de lictens ... que fuerunt de proventibus Caſtrorum . . . .

Eodem die. De eodem mandato ſcripſit idem ad Criſcium Amalfitanum. Quia mictimus quaſdam literas noſtras quibuſdam fidelibus noſtris in terram Laboris pro noſtris ſerviciis exercendis. quas tibi dabit Philippus de Zunculo fidelis noſter. fidelitati tue precipimus quatenus lícteras ipſas ad eos quibus mictuntur in continenti tranſmictas. Datum &c.

Ad Secretum Meſſane quod credat Philippo de Zunculo.

Eodem die. De mandato eodem facto per eumdem ſcripſit idem ad Secretum Meſſane. Intellexit Serenitas noſtra quod Comes Americus de Monteforti cum quibuſdam nobilibus & crucesignatis applicuit in Regnum volentibus transfretare ad ſervitium Ihu Xpi. quos cum in terra noſtra honorari velimus Philippum de Zunculo. nuncium & fidelem noſtrum illuc duximus deſtinandum. fidelitati tue precipimus. quatenus quicquid idem Philippus tibi ex parte noſtra dixerit indubitanter credas. & procedas juxta ordinationem ſuam ſicut in mandatis recepit a nobis. Vt devotionem tuam &c.

Similes ad R. de Amic.

Similes facte ſunt per omnia ad Rogerium de Amic. Iuſtitiarium Sicilie citra flumen ſalſum.

Similes G. de Anglone.

Similes facte ſunt per omnia ad Guilelmum de Anglone Iuſtitiarium Sicilie ultra flumen ſalſum.

Ad C. Amalfitanum pro conſtruendis molendinis in fluminibus Lelle & Senelle.

II. Novembris. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum ſcripſit notarius Rogerius de Salerno ad Criſcium Amalfitanum Camerarium Aprucii. Accedens ad preſenciam noſtram Rogerius de Collutro expoſuit coram nobis. quod in flumine Lelle. & Senelle que vicina ſunt Penne de Voce poſſunt conſtrui molendina ad commodum Curie noſtre & non modicam utilitatem hominum terre ipſius. Cum igitur velimus comodum Curie noſtre & utilitatem noſtrorum fidelium procurari. fidelitati tue mandamus. quatenus ſi eſt ita quod in fluminibus ipſis Molendina commode fieri poſſint ad commodum Curie noſtre & utilitatem hominum predictorum tu Molendina ibidem ubi tibi melius & commodius ad commodum & utilitatem Curie noſtre videbitur redundare. conſtruas & edificari facias qualia & quanta cognoveris noſtris commoditatibus expedire. de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas.

Molendina Senelle.

Novembr. ante Pontem Placentie. Pag. 16. adv.

Ad Iuſtit. Vallis Gratis & Terre Iordane pro Camerariis qui fecerunt in Mareſcallis defectum.

IIII. Novembris. De Imperiali mandato facto per R. de Trentenaria. ſcripſit G. de Cuſentia ad Tholomeum Iuſtitiarium Vallis grate & terre Iordane. Noſtre nuper Innotuit Majeſtati. quod obeunte quondam Mattheo Marchaſaba ſecreto Meſſane fideli noſtro. Camerarii Vallis grate & terre Iordane qui tunc temporis erant in Mareſcallis noſtris ipſarum partium ſecundum quod ordinaverat dictus quondam Secretus miniſtrare neceſſaria non curarunt. propter quod Mareſcalle ipſe noſtre tam ſtallonum quam aliorum equorum magnam paſſe ſunt leſionem. & niſi qui ſtatuti ſuper Mareſcallis ipſis fideles noſtri ad ſervitia noſtra debitam curam habentes de ſuo proprio ſubvenerint,

rint. Marescalle ipse irreparabile dampnum propter Camerariorum ipsorum negligentiam incurrissent. Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris super premissis inquisitionem facias diligentem tam per statutos super Marescallis ipsis, quam per alios horum consocios fide dignos. & si inveneris predictos Camerarios. prout statuerat dictus quondam Secretus in dandis oportunis omnibus pro Marescallis ipsis fecisse defectum ipsos capias de personis. & facias eum diligentia custodiri. super premissis tamen cum ea diligentia processurus. quod tuum in hys studium commendemus. Datum.

Ad Iustitiarium Calabrie. *Similes scripsit ad G. de Montefuscolo Iustitiarium Calabrie pro Camerariis Calabrie.*

Ad Majorem de Plancatone Secretum Messane pro Marescallis Calabrie. Eodem die. *De superiori mandato scripsit idem Majori de Plancatone secreto Messane.* Significaverunt Culmini nostro statuti super Marescallis nostris Calabrie. quod obeunte quondam Mattheo Marchasaba Secreto Messane. secundum quod ipse ordinaverat necessaria pro Marescallis ipsis tam pro stallonibus quam pro aliis equis nequiverunt habere propter negligentiam Camerariorum ipsarum partium qui tunc erant. propter quod ipsi ad servitia nostra debitam curam habentes. de suo in Marescallis ipsis expensas fecerunt ne pro necessariorum defectu Marescalle ipse incurrerent lesionem. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus. si tibi constiterit ita esse ea que tibi constiterint statutos predictos secundum ordinationem predicti quondam Secreti recipere debuisse pro Marescallis ipsis nec a nostra Curia recepisse. ab eo tempore quo ipsa necessaria non receperunt sed expenderunt de suo. ipsis de proventibus Curie nostre facias exhiberi. in antea autem sic in dandis omnibus oportunis pro marescallis ipsis intendas ut nullus defectus existere valeat in eisdem. de predictis autem Camerariis qui predictum fecerunt defectum ecce scribimus Iustitiario ipsarum partium ut diligenter inquirant & si invenerint ipsos in Marescallis nostris fecisse defectum. ipsos capiant de personis. Datum.

Ad A. filium Henrici pro Nicolao de Calochor. Eodem die. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Camera. scripsit L. de Brundusio ad Alexandrum filium Henrici.* fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. Nicolao de Calochur. custodi domorum nostrarum Salpe & trium Sanctorum fideli nostro expensas sicut dudum recipiebat a Thomasio de Brundusio predecessore tuo de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas. amodo in antea debeas exhibere. & pro avibus nostris quas in predictis locis eum custodire tibi constiterit. recepturus de hys que sibi dederis apodixam.

Renovate sunt VII. Iunii in Turri ad P. Castel. Magistrum Procuratorem statutum in locum Alexandri predicti.

Novembr. ante Pontem Placentie. Pag. 17.

Lictere patentes pro mercatoribus provincialibus pro unciis MC. IIII. Novembris. *De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia licteras patentes.* Notum facimus Vniversis. quod Gusbertus de Turano & Bernardus de Lyes mercatores provinciales vendiderunt & assignaverunt in Camera nostra unam magnam scutellam de Onichio. & alias plures Iohyas. de quarum venditione habere debuerunt a Curia nostra in summa Vncias Mille ducentum & triginta. ad generale pondus Regni. de quibus Vnciis. quia centum Vncias auri de nostra Camera receperunt. de reliquis Mille centum triginta Vnciis promisimus eis & convenimus. ut Angelus Frisar. magister Portulanus Sicilie citra flumen salsum fidelis noster de pecunia victualium Curie nostre que est per manus suas debeat quietare. & si de pecunia ipsa vel de parte ejus aliqua voluerint de frumento Curie nostre recipere. idem Angelus de victualibus Curie nostre que habet assignet eisdem ad illam rationem qua mercatoribus aliis victualia Curie nostre venduntur per eum. Ad cujus rei memoriam & predictorum mercatorum cautelam presentes licteras fieri. & sigillo Majestatis nostre jussimus communiri. Datum.

Ad Angelum Frisar. pro predictis mercatoribus de unciis MC. *Item scripsit Angelo Frisar.* Notum facimus fidelitati tue. quod Gusbertus de Turano & Bernardus de Lyes mercatores Provinciales pro una magna scutella de onichio & aliis Iohys quas vendiderunt nobis. & assignaverunt in Camera nostra debuerunt habere Vncias Mille ducentum & triginta ad generale pondus Regni. de quibus quia centum

tum Uncias auri de nostra Camera receperunt. alias Mille centum triginta Uncias volumus de pecunia victualium Curie nostre que est per manus tuas. solvi eisdem fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia victualium Curie nostre que est per manus tuas. predictis mercatoribus Uncias Mille ducentum & triginta ad generale pondus Regni assignes. & si de predicta quantitate pecunie vel de parte ipsius aliqua voluerint de frumento Curie nostre recipere. tu eis de frumento Curie nostre assignes ad illam rationem qua mercatoribus aliis victualia Curie nostre per te venduntur. de solutione autem ipsa fieri facias competens scriptum ad cautelam Curie nostre. & licteras nostras patentes quas ipsis de pecunia ipsa fecimus recipias ab eisdem. Si vero frumentum noluerint tu eos de predicta quanritate pecunie sine difficultate & mora debeas expedire. Datum.

Pag. 17. adv. *Novembr. aput Laudam post reditum a Ponte Placentie.*

Ad Iustit. Aprutii ut mictat II. homines ad occidendum vulpes in Waldo Patrie.

VI. De mandato Imperial. scripsit Rogerius de Petrasturmin. Iustitiario Aprutii. ut querat & inveniat in partibus jurisdictionis sue duos homines qui sciant occidere lupos cum pulvere & mictat ad Riccardum de Montenigro Iustitiarium Terre Laboris ut statuat eos in Waldo Patrie ad occidendum ibi lupos & vulpes.

Ad Iustit. Terre Laboris pro expensis ipsorum hominum.

Item scripsit Riccardo de Montenigro. ut homines ipsos eum ad eum pervenerint statuat in Waldo patrie. & donec ibi moram traxerint det eis expensas. & caveat ne venenum alias feras. quas licteras portavit Nicolaus de Calochuro.

Ad Iustit. Aprutii quod faciat inquisitionem de fructibus perceptis per R. & B. de Transfaquis de tenimento quondam Petri Transmundi.

VIIII. Ibidem. De mandato Imperiali facto per Rogerium de Petrasturmin. scripsit Guillelmus de Tocco B. Pissono Iustitiario Aprucii. Scripsisse dudum recolimus Tholomeo de Castellione tunc Iusticiario Aptucii predecessori tuo. Ut quia Raynaldus & Blasius de Transaquis fratres privati fuerunt per sententiam Curie nostre honore Baronie quam pretendebant sibi specialiter in tenimento quondam Petri Transmundi. sibi sicut dicebant a nostra Majestate concesso quia privilegium concessionis nostre ostendere nequiverunt & restabat ferenda sententia contra eos super fructibus & proventibus de ipsa Baronia perceptis a tempore quo dictum tenimentum in Baronia tenere ceperunt. nec tamen ferri poterat quousque de quantitate fructuum & proventuum ipsorum fieret Curie nostre debita certitudo. idem tunc Iusticiarius quantitatem ipsorum fructuum & proventuum receptorum per eos toto predicto tempore diligenter inquireret & ad nostram Curiam destinaret. prefigens nichilominus peremtorium terminum eisdem Raynaldo & Blasio quo comparerent in Curia nostra sententiam audituri. qui sicut de evidentia facti apparuit mandati nostri quasi surdus auditor & commodum nostre Curie negligenter omictens predicta facere non curavit. Cum igitur defectum illius tuo credamus studio reparari. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquisitionem diligentem & plenam facias de quantitate fructuum & proventuum perceptorum per predictos Raynaldum & Blasium toto tempore supradicto. & ipsam diligenter factam sub sigillo tuo ad Curiam nostram mictas. prefigens nichilominus eisdem terminum perentorium competentem. quo in Curia nostra comparereant. super premissis ftuctibus sententiam audituri. & de termino ipso Curiam nostram reddas tuis licteris certiorem. sic super predictis omnibus diligenter & sollicite processurus ut more ptedecessoris tui ex defectu notam negligentie non incurras. set laudem ex effectu operis merearis.

Ad C. Amalfitanum Camerarium Aprutii de restituendo feudo quondam Iohannis Sarraceni & bonorum que fuerunt antecessorum R. de Transfaquis in Baronia.

Item Crescio Amalfitano Camerario Aprucii. Scripsisse dudum tibi recolimus & mandasse. ut quia per sententiam Curie nostre Raynaldus & Massarus de Transaquis fuerunt condempnati procurarore Curie nostre pro parte nostra. ad restitutionem pheudi quondam Iohannis Sarraceni & bonorum que fuerunt antecessorum ipsius Raynaldi in Baronia. que omnia legitime constant ad nostram Curiam pertinere. revocares ad opus nostrum. recepturus nichilominus a predictis R. & M. ftuctus omnes & proventus perceptos de dicto pheudo Iohannis Sarraceni a tempore mote liris scilicet ab VIII. Novembris XII. Indictio-

ctionis. & quicquid inde faceres. nostre Curie tuis licteris aperires. tu vero mandatum nostrum efficere neglexisti. sicut ex tua taciturnitate colligitur. quia de predictis nichil nostre Curie rescripsisti. Cum igitur te in servitio nostro statuendum duxerimus. ut nostra commoda non omictas immo ea debeas in omni sollicitudine procurare. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus 10 si in exequendo mandatum nostrum predictum fuisti sollicitus licet in rescribendo remissus significes nobis licteris tuis quicquid inde feceris seriatim. Si vero fuit utrumque per te negligenter omissum. sic defectum preteritum redimas per curam futuram. ut Curia nostra dampnum per tuam negligentiam non incurrat. quod in caput tuum retorqueri non immerito formidares. & 20 nomine Curie nostre quid inde feceris Curie nostre studeas referare.

Pag. 18. *II. Novemb. apud Laudam.*

Tenor instrumenti confecti de denunciatione pheudi super predictis contra dominos R. & M. de Transaquis talis est. In nomine Domini nostri Ihu Xpi anno Incarnationis ejusdem MCCXXXVIIII. die 30 lune XXV. Aprelis XII. Indictionis Imperante Domino nostro Fr. Dei gratia Invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Ierusalem & Sicilie Rege anno Imperii ejus XVIIII. Regni Ierosolimitani XIIII. Regni vero Sicilie anno XLII. feliciter amen. Dum ego R. de Petrasturm. Magne & Imperialis Curie Iudex olim apud Cremonam Curiam regerem mandatum ab Imperiali parte 40 recepi ut super quadam denunciatione sibi facta de pheudo quondam Iohannis. Sarraceni quod dicebatur ad Curiam pertinere & illud dominus Raynaldus de Transaquis & dominus Massarus detinebant injuste nec non de honore Baronie a dicto domino Raynaldo illicite usurpato diligenter inquirerem & si Iuris esse fisci celebrata reperiretur cognitio ad demanium revocarem. ad cujus 50 executionem mandati dictos dominos R. & M. qui presentes erant in Curia requisivi. & eis denunciationem ipsam ostendi & legi. ut si tenendi predicta bona justam causam habere crederent.

sui juris tuendi causam ostenderent & firmarent super quo cum deliberandi terminum quesivissent. post deliberationem indultam & habitam Responderunt quod predicta tenebant per Curiam & rationabiliter possidebant & parati erant ostendere coram Iustitiario regionis ubi nota testimonia & vetera poterant documenta prestare quod quia ipsis & 10 Curie videbatur expedire eo quod in Lombardie partibus instrui comode causa predicta non poterat domino H. de Montefuscolo tunc Imperiali Iustitiario contrate illius commissum est de Imperiali mandato ut probationes dictorum dominorum R. & M. audiret. Fisci ordinato procuratore pro parte Curie. qui Fisci causam instrueret. & adversariorum intentionibus Responderet fuit ini- 20 junctum etiam Iustitiario supradicto. ut auditis omnibus qui causam contingerent ipsam plene instructam remicteret in Curia decidendam. Qui Iustitiarius eum diligenter fecisset secundum mandati sibi facti tenorem. & predictorum dominorum R. B. fratrum & M. nec non & procuratoris Curie probationes instrumentorum & testium recepisset & ad Imperialem Curiam destinasset apud 30 Paduam ubi erant predictorum R. B. & M. Procuratores qui presentes aderant & dominus B. Procurator Fisci super probatis. & processu toto prout ipsius cause natura subgesserat allegarent per que contra Fisci Procuratorem nitebantur probe ostendere quod de Imperiali mandato facto domino G. de sancto Victore. & domino R. de Aver. tunc Iust. Aprutii dicto domino R. pro 40 parte Vxoris sue supradicti pheudi quondam Iohannis Sarraceni possessio fuerit restituta. Cui tamquam proximiori ejusdem Iohannis & ad quam rationabiliter pertinebat reddendum fore per sententiam decreverunt. De concessione etiam Baronie asserebat probe per testes qui se vidisse dicebant privilegium quoddam sigillo Imperiali munitum in quo viderant contineri dominum Imperato- 50 rem concessisse dicto R. pro se & predicto B. fratre suo. quod bona que antecessores eorum tenuerant in Baronia tenerent de gratia speciali. Confirmationis etiam dicti pheudi & divisionis de ipso pheudo facte cum dicto domino

 M. pro-

M. probe per testes hujusmodi ostendere conabantur. Contra que omnia per Procuratorem Curie objectum est nullam fore predictorum Iustitiariorum sententiam nec processum habitum coram eis. in quibus Procurator Fisci non affuit quem causa ipsa necessario requirebat. Nullius etiam momenti fore probationem testium dicebatur qui se vidisse concessionis Baronie confirmationem & divisionis predicte privilegium deponebant nec dictum privilegium sic latebat quod nec ostensum in jure est. nec casu peremtionis probatum. quod illud exhibere necesse non fuerit. & a suspicione Iudicis animum removerent. & cum super hys hinc inde multa forent in juditio allegata. tandem Rejectione & conclusione secutis. Ego qui supra Iudex diligenti consilio habito cum Baronibus & aliis probis viris, quia dictorum Iustitiariorum sententia contra Fiscum obposita nulla fuit eo quod in nulla parte ipsius judicii Fisci Procurator fuerat, neque de concessione Baronie concessionis aut confirmationis dicti pheudi Iohannis Sarraceni seu divisionis inde facte aliquid efficaciter est probatum, & per testes productos a parte Curie. predictos omnes ex collaterali linea. & ex sexu femineo dicti Iohannis Sarraceni. qui sine descendentibus obiit in quarto gradu attinuisse inveni. Andream Procuratorem predictorum dominorum R. B. fratrum & M. & ipsos omnes ad restitucionem dicti pheudi. & Baronie nominate superius condempnavi. Ad cujus rei memoriam &c.

Pag. 18. adv.

Novembr. apud Laudam.

Ad Riccardum de Pulcar. pro Bartholomeo. Ligorio, Bonaventura Sycunsora. & Guerrera filiis quondam Petri de Ebulo legitimatis.

VIII. *Novembris. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit G. de Cusentia ad Riccardum de Pulcar.* Bartholomeus. Ligorius. Bonaventura Sycunsora. & Guerrera filii quondam Petri de Ebulo cives Neapolitani fideles nostri conquesti sunt coram nobis quod cum dictus Petrus pater eorum solutus genuerit eos ex Marocta muliere soluta quam postmodum in uxorem sibi legitimam copulavit & ob hoc ex beneficio legis ab Anastasio Divo Augusto predecessore nostro edite in bonis paternis & maternis tamquam legitimi filii successissent Magister Petrus de Ebulo. Orlandus. Dyonisius & Carolus fratres patrueles fratres eorum molestant & turbant eos super pacifica possessione bonorum ipsorum. propter quod predicte legis favore beneficii non contenti celsitudini nostre humiliter supplicarunt ut ipsis de plenitudine potestatis nostre legitimationis beneficium impertiri de nostra gratia dignaremur. offerentes proinde in recognitionem gratie nostre legitimationis ejusdem vicesimam partem de proventibus bonorum ipsorum nostre Curie solvere annuatim. Nos autem ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati ipsos legitimandos duximus de plenitudine potestatis. & gratie nostre. prout in patentibus licteris nostris quas sibi de legitimatione ipsa fieri fecimus apertius continetur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus a predictis Bartholomeo. Ligorio. Bonaventura. Sycunsora. & Guerrera. Vicesimam partem de proventibus predictorum bonorum studeas ad opus Curie nostre annis singulis integre percipere & habere. faciens ad cautelam Curie nostre de quantitate bonorum ipsorum. fieri duo publica scripta similia que distincte contineant locum quantitatem. redditum & valorem bonorum ipsorum. Vnum dimictendum eisdem. & aliud ad nostram Cameram transmictendum. Tu vero ptenominatos Bartholomeum. Ligorium. Bonaventuram. Sycunsoram. & Guerreram fideles nostros super pacifica possessione bonorum ipsorum manuteneas & defendas. nec permictas eos a predictis Magistro Petro de Ebulo. Orlando. Dyonisio. & Carolo occasione predicta in ipsis indebite molestari. Datum.

Ad Thomasium de Brundusio pro seminanda avena in Capitinata.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Camera scripsit R. de Salerno Thomasio de Brundusio. Intelleximus quod miramur quod Curatuli nostri de Capitinata non seminaverunt totam avenam quam Curia nostra habet ibidem. Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus receptis hys licteris injungas eisdem Curatulis ut totam residuam avenam seminent loco & tempore oportuno.

Item Landulfo Franco Iustitiario Terre Bari. Pervenit nuper ad audientiam no-

Ad Landulfum de Franco Iuftitiarium terre Bari pro defenfis Monopolis & terre Bari.

Foreſta Monopolis,

noſtram. quod nemora Monopolis que tempore Regis Guillelmi memorie recolende defenſa fuerunt. & abpta ſunt venationibus noſtris. Homines ipſarum partium intrant & venantur ibidem. & incidunt pro uniuſcujuſque arbitrio voluntatis. Quod ſi verum eſt ammirantes fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ſi eſt ita. facias poni in defenſa nemora ipſa. que tempore dicti Regis in defenſa inveneris exſtitiſſe. nec permictas in eis. aliquem incidere vel venari ſicut hactenus audivimus attemptatum. Precipimus inſuper tibi. quatenus alia etiam nemora & loca ipſarum partium. que R. de Monteſuſcolo. Iuſtitiarius Capirinate fidelis noſter tibi dicet fore congrua. pro venationibus. & ſolaciis noſtris ſimiliter ponere debeas in defenſa. & ea facias diligenti ſtudio cuſtodiri. loca ipſa nobis per tuas licteras reſcripturus.

Ad Andream de Cicala pro ſtatuendo Caſtellano apud Monticellum.

Item. *De mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit G. de Tocco Andree de Cicala Capitaneo &c.* Solita benignitate recepimus licteras. quas tua nobis devotio deſtinavit ſuper hys que miſiſti de Iohanne Muritio. quem Caſtellanum ſtatuendum apud Monticellum noſtra celſitudo providerat. taliter Reſpondentes. quod ſi infirmus eſt. & haberi non poteſt in ipſo noſtro ſervitio ſtatuendus. ſicut ſcripſiſti alium fidelem & idoneum Caſtellanum ſtatuas ad cuſtodiam dicti Caſtri. nomen ipſius noſtre Curie reſcripturus. Datum &c.

Pag. 19.

Novembr. apud Laudam.

Ad Notarium Mattheum de Ripa Sulmonis quod tranſcriberet acta Iudiciorum que quondam coram H. de Monteſuſcolo actitata fuerunt.

VIIII. *Novembris. Mandante domino Imperatore per Iudicem Petrum de Vinea ad Notarium Mattheum de Ripa Sulmonis ſcripſit Notarius R. de Salerno.* Fidelitati tue mandamus quatenus receptis hys licteris conferas te aput Calvum & requiras Epiſcopum Calvenſem ut aſſignet tibi. quaterniones Curie noſtre. quos H. de Monteſuſcolo olim Iuſticiarius Aprucii aput eum depoſuiſſe ſe dicit & in quibus videlicet continentur acta Iudiciorum que tempore Iuſtitiariatus ſui actitata ſunt coram eo. & receptis ipſis quaternionibus tranſcribas ex eis omnia acta ſententiarum que in eiſdem inveneris contineri fideliter & diſtincte. ac ea aſſignes Boamundo Piſſono Iuſtitiario Aprutii. ut per eum inceptis litibus coram nominato H. finis debitus imponatur Nos enim damus per noſtras licteras in mandatis eidem B. Iuſticiario. ut tranſcriptum actuum ipſorum a te recipiat. & cauſas ſingulas prout ſpectat ad officium ſuum diſcutiat & determinet ad debitam inſtantiam cauſantium coram ſe. tu vero tranſcriptis actis ipſis quaterniones preſatos reſtituas Epiſcopo memorato.

Ad Boamundo Piſſono Iuſtitiario Aprutii quod recipiat tranſcriptum actorum predictorum.

Eodem die. De ſuperiori mandato ad Boamundum Piſſonem Iuſticiarium Aprutii ſcripſit idem Notarius. Quia volumus quod inceptis litibus coram H. de Monteſuſculo olim Iuſtitiario Aprutii predeceſſore tuo finis debitus imponatur mandavimus Notario Mattheo de Ripa Sulmonis per licteras noſtras. ut aput Calvum ſe conferat. & requirat a Calvenſi Epiſcopo quaterniones in quibus continentur acta Iudiciorum que agitata fuerunt dudum coram eodem H. quos quaterniones idem H. penes eumdem Epiſcopum depoſuiſſe ſe dicit & tranſcribat ex eis omnia acta Iudiciorum ipſorum fideliter & diſtincte & tibi debeat tranſcriptum ipſum fideliter aſſignare. Quapropter fidelitati tue mandamus quatenus tranſcriptum ipſum ab eodem Notario Mattheo recipias & cauſantibus inſtantibus aput te. Cauſas ſingulas eo ordine & proceſſu quo debes & Iura requirunt prout ad officium tuum ſpectat ſtudeas terminare. Iura autem Curie noſtre que in eiſdem inveneris contineri tu ipſe ſicut expedit honori & noſtro commodo exequaris.

Alexandro filio Henrici.

X. *De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum. Scripſit Laurentius Alexandro filio Henrici.* Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus ad requiſitionem Archadii Lucerie. & Benbuſcheuky de Luceria ſervorum noſtrorum pro garciis noſtris que ſunt Lucerie unicuique eorum videlicet tunicam de moſtarolo. duas camiſias. & duos ſaceolos de panno lineo. Ancillis autem Camere noſtre que ibidem ſunt pro unaquaque Iuppam unam de Mayuto. duas camiſias, & duos ſaceolos de panno lineo. facias exhiberi. de proventibus Curie noſtre qui ſunt per manus tuas. ac eiſdem omnibus per manus

De expenſis & veſtibus.

dicti

dicti Benbuscheuky expensas exhibeas. prout a Thomasio de Brundusio recipere consueverunt a tempore videlicet quo non habuerunt. & in antea. juxta assisiam Curie nostre.

Camere Melfie Canusii & Lucerie.

Item eidem. Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus Bartholomeo Custodi Camere nostre Melfie & Canusii pro se ad requisitionem ipsius tunicam & guarnachiam de mostarolo insurratam agninis. & capam de florentino. ac pueris qui sunt in eadem Camera unicuique eorum scilicet tunicam de vergato. & capam de albasio, ac dicto Bartholomeo. & cuilibet puerorum ipsorum duas bracas duas camisias & par unum ocrearum. ac ipsi B. pro se uno roncino. & aliis pueris supradictis pro personis eorum tantum expensas necessarias juxta assisam Curie nostre & prout a Thomasio de Brundusio dudum recipere consueverant a tempore quo non habuerunt. & de cetero. de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas debeas exhibere ad requisitionem ejusdem.

Pag. 19. adv.

Novemb. apud Laudam.

Ad Iudicem Philippum de Aversa pro Aymerico de Bassano de Vnciis L.

XIII. *Novembris. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Iudici Philippo de Aversa.* Mandasse dudum recolimus Landulfo de Franco Iustitiario terre Bari fideli nostro ut Aymerico de Bassano fideli nostro quem ad presentiam nostram venire mandavimus. Vncias auri L. de pecunia Curie nostre que erat per manus suas exhibere deberet. Verum quia sicut idem Aymericus nobis significavit Vncias ipsas habere non potuit ab eodem. & nos volumus pecuniam ipsam dari sibi ut ad Curiam nostram debeat se conferre. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ubi tibi constiterit predictas Vncias a memorato Iustitiario solutas sicut mandavimus non fuisse. tu de pecunia Curie nostre que est per manus tuas L. Vncias auri predicto Aymerico persolvas precipiens ei ut munitus equis & armis ad Curiam nostram se conferat sine mora. Datum.

Ad Philippum Achill. Responsales.

XIIII. *Novembris. De Imperiali mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Philippo Achill.* Benigne recepimus &c. Quod autem significasti te dudum ad nostram presentiam desideranter accedere placuisset nobis adventus tuus & te delectabiliter vidissemus. displicuit tamen nobis quod te infirmitatis repetitio redire coegit. de ordinatione autem quam in Marescalla nostra Sicilie tue provisioni commissa te fecisse scripsisti. tam de divisione jumentorum. quam de equis & stallonis per pilaturam cujuslibet designatis. quam etiam de XX. jumentis electis & statutis ut comedant ordeum quod lac fortius prebeant pullis suis gratum per omnia ducimus & tuam diligentiam commendamus. Mandantes fidelitati tue quatenus super facto Marescalle predicte omnem diligentiam facias adhiberi. quod ex ea nobis tales equi perveniant quales nobis placere cognoscis. & in quibus tuum possimus studium commendare. Gratum etiam fuit nobis. quod significasti de venationibus nostris que cum omni diligentia conservantur. & in quibus habudat animalium multitudo. Scire te preterea volumus quod depopulatione Mediolani quocumque transivimus usque ad menia Civitatis peracta magnifice in perpetuam confusionem rebellium. & aliis omnibus Imperii negotiis in Lombardia pro nostra voluntate dispositis usque in Marchiam Anchoniranam feliciter in proximo procedemus & tunc si bene tibi erit ad nostram presentiam poteris te conferre. Datum.

Littere ad T. de Montenigro de substituendo Iudice M. Curiali.

Eodem die. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinca. scripsit P. de Capua ad T. de Montenigro Iustitiarium Principatus & terre Beneventane. Enormis insinuatio Majestati nostre nuper pulsavit auditum que tuam desidiam violenter accusat & nostram jure potest conscientiam commovere. Videlicet quod edicti nostri novissimi super creatione annalium Iudicum fructus non servatur in Civitate nostra Salerni. Mattheum Curialem virum inlicteratum. Mercatorem. & alias ad officium Iudicatus prorsus inutilem in Iudicem eligi permisisti. Cum in tante populo Civitatis. que licteratos potissime nutrire consuevit. saltim licteratus alius potuisset ut credimus inveniri ad Iudicatus officium exercendum. Quod tanto nostre displicere noveris

veris Majeſtati quanto & Civitatis ipſius ex hoc poſſet incommodum procurari. & mandatum noſtrum ut decuit ex hoc non extitit obſervatum. Cum igitur jura noſtrorum fidelium nolimus a mercatore aliquo. qui manus conſueverunt habere veloces ad lucrum alicujus pretii venalitate mercari. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi res ita ſe habet predicto M. ab officio Iudicatus ipſius ut decet ammoto aliquem probum virum fidelem licteris ſufficienter inſtrutum in locum ſuum non differas ſubrogare qui fidelibus noſtris jura reddere valeat & utilitatem noſtre rei publice non ommictat incautus. Datum &c.

Pag. 20. Novembr. in Lauda.

XIIII. Novembris. Mandante domino Imperatore per Iohannem Morum ad Riccardum de Pulcar. ſcripſit Notarius R. de Salerno. Fidelitati tue mandamus quatenus receptis hys licteris emas pannillos centum de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas. & ipſos ad Cameram noſtram mictas.

Eodem die. Mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum ad Riccardum de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris ſcripſit Notarius R. de Salerno. Innotuit nuper excellentie noſtre quod cum dudum deceſſerit Robbertus de Peſclo Lanczano duabus filiabus ſuis in capillo relictis. Teodinus quondam pater ipſius Robberti balium pupillarum ipſarum recepit noſtra Curia ignorante. ac poſtmodum obeunte ipſo Theodino Guillelmus filius ejus balium ipſum procurandum ſuſcepit inrequiſita noſtra Curia & noſtra licentia non obtenta & balium ipſum exercet contra Regni conſuetudinem in noſtre Curie detrimentum. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquiras ſuper premiſſis diligentius veritatem & ſi rem inveneris ita eſſe balium ipſum ad opus noſtre Curie recipias & exerceas diligenter. faciens de provenribus bonorum puellarum ipſarum eiſdem in expenſis prout tibi moderate viſum fuerit & commodum provideri. actencius proviſurus ne in Iuſticiariatu tuo ſimilia per alios intententur in noſtre Curie leſionem.

Licteras iſtas portavit Robbertus filius Oliverii miles de Campobaſſo.

XIIII. Novembris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad magiſtros & ſcolares Neapolis. Conceptum dudum ſerenitatis noſtre propoſitum circa Neapolitani ſtudii debitum incrementum oblivisci non patitur votum noſtrum quin ipſum tanquam manuum noſtrarum ſtructuram memorabilem poſteris & generaliter omnibus fructuoſam proſequutione laudabili proſequamur & firmamento ſtabili quolibet eventu firmemus. ex quo non tantum ſubjectorum noſtrorum propenſo conſilio profectum multifarie vidimus procurari. dum in Regno noſtro liberalium artium vigerent ſtudia quam fame & poſteritati noſtre dignius fore conſultum. Et ut exhuberante gratia ad omne firmamentum ipſius excellentia noſtra evidenter oſtenderet non ſolum in Vrbe noſtra Neapolis tam ameniſſima & formoſa. cui terra & mare deſerviunt ipſius ſedem locavimus & cultum indiximus generalem quam etiam magnis immunitatibus decorare magiſtros & omnem cetum ſcolarium noſtra munificenria non ommiſit. Cumque nuper nos in Italia circa depopulationes noſtrorum rebellium magnifice moraremur in Caſtris nuncios veſtros magiſtrum G. de Antiochia & T. de Cremona fideles noſtros ad noſtram preſenriam deſtinares benigne recepimus & petiriones veſtras in ſinu clementie noſtre clementer admiſimus & inter tot occupationum genera quibus noſtra munificentia trahebatur non inſpecta preſentis temporis qualitate tamquam ſtudii & virtutum quarumlibet Zelatores ad ordinationem & cultum neapolitani ſtudii direximus aciem mentis noſtre & quantum honori noſtro qualitati temporis & indempnitati veſtre vidimus ad preſens poſſe conſulere libenter in petitionibus veſtris duximus annuendum. Statuimus igitur & preſenti juſſione decernimus ut omnibus fidelibus noſtris Regnicolis Regnorum noſtrorum Ieruſalem & Sicilie ad nominarum ſtudium licitus ſit acceſſus & mora. Vltramontanos etiam infra preſentem gratiam noſtram volumus contineri. ut eis liceat predictas ſcholas appetere. & ibidem ſtudendo morari. Italicos etiam infra preſens mandarum de terris que nobis & Imperio famulantur Volumus comprehendi. Mediolanenſibus. Brixienſibus.

Licteræ ad magiſtros & ſcolares Neapolis de Reformatione ſtudii ibidem.

Pag. 20. adv. Novemb. in Lauda. *Sequutur de eodem XIIII.*

ſibus. Placentinis. Alexandrinis. Bononienſibus. Faventinis. Ravennatibus. ac Treveſinis noſtris & Imperii rebellibus exceptis omnino quibus omnem noſtre Majeſtatis gratiam denegamus. Ad Tuſcos autem. Marcheſanos omnes de ducatu Spoleti & etiam Campaninos preſentem immunitatis noſtre gratiam extendi decernimus. volentes ſtudiorum Neapolis limina viſitare de terris illis ſcilicet que H. kariſſimo filio noſtro Regi Turrium & Gallure miſſo de latere noſtro generaliter legato in Italiam fideliter adheſerunt. aliis qui reſtiterunt eidem & Pape ſubſunt dominio & quoquo modo ſequuntur eumdem factorem ſchiſmatis & erroris preſenti gratia denegata. Vos igitur ſic preſentem munificentie noſtre gratiam ad Majeſtatis noſtre perſonam. honorem & fidelitatem noſtram reſpectum habentes debitum animo fideli recipite. Civibus etiam Neapolis fidelibus noſtris decentius & modeſtius ſolito convivatis. ut & vobis cedat ad commodum & profectum voti quod geritis. & nos tam de fide veſtra erga noſtram excellentiam. quam etiam de proceſſu ac incremento ſtudii per effectum operis & exhibitionem devotionis & fidei merito gaudeamus. Datum &c.

Pro eiſdem. *Item eodem die. De eodem mandato ſcripſit idem ad Andream de Cicala.* Cum ſcolas in Vrbe noſtra Neapolis dudum indixerimus generales ac propter preſentis temporis qualitatem eaſdem diſſolvi mandaverimus. Ne tamen opus manuum noſtrarum laudabile penitus deperiret. ad ſupplicationes magiſtrorum & ſcolarium Neapolis nec minus pro commodo noſtrorum fidelium Celſitudo noſtra providit ad preſens. Vt omnibus fidelibus noſtris Regnorum noſtrorum Ieruſalem & Sicilie ad ſcolas predictas licitus ſit acceſſus & mora. Vltramontanos etiam & Italicos de terris que nobis & Imperio famulantur preſenti gratia noſtra gaudere volumus. ſtudendi gratia Neapolim venientes. Mediolanenſibus. Brixienſibus. Placentinis. Alexandrinis. Bononienſibus. Faventinis. Ravennatibus ac Treveſinis noſtris & Imperii rebellibus exceptis omnino quibus omnem noſtram gratiam denegamus. Tuſcis autem Marcheſanis & omnibus de ducatu Spoleti & etiam Campaninis de terris illis que H. filio noſtro Regi Turrium & Gallure &c. fideliter adheſerunt. hoc etiam licere volumus volentibus ſtudiorum Neapolis limina viſitare. Illis omnibus qui eidem infideliter reſtiterunt & Papam quoquomodo ſequuntur factorem ſchiſmatis & erroris preſenti gratia denegata. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus juxta proviſionem & mandatum noſtrum predictum ſtudioſus & ſollicitus exiſtens ſcolares ad prefatum ſtudium venientes. & ad honorem & fidelitatem noſtram morantes ibidem contra immunitates & privilegia noſtra ipſis dudum indulta in Regno. non permictas ab officialibus noſtris in aliquo temere & contra Iuſtitiam impediri. nec ipſorum turbari quietem. preſertim ſuper exactione pedagiorum eorum que ad victum & neceſſitatem ſcolarium ſpecialiter ſpectare noſcuntur. Datum &c.

Pag. 21. Novembr. in Lauda XIIII.

Pro eiſdem. *Item. De eodem mandato ſcripſit idem Clero. Baronibus. Militibus. Bajulis. Iudicibus. & Vniverſo populo Neapolis.* Cum in Vrbe noſtra Neapolis in libra juſtitie ſingulis juſte penſatis liberalium artium ſedem indiximus & cultura non minus generalem utilitatem veſtram quam honorem noſtrum attendentes ex eo. nec velimus quod importunitas preſentis temporis. Vniverſalem ipſius quietem impediat vel perturbet. Certis nationibus cauſa ſtudendi Neapolim venientibus clementie noſtre gratiam effudimus ſicut in licteris miſſis magiſtris & ſcolaribus Neapolis plenius continetur. Volentes igitur vos ſcolares benivolos reddere. & Illos vobis in omnibus gratioſos fidelitati veſtre precipiendo mandamus. quatenus gratum habentes quod magnificentia noſtra non ſine commodo & honore auctoritatis veſtre decrevit quod vos ſibi ad honorem & fidelitatem noſtram taliter conformetis. ut non minus moribus veſtris & habitatione congaudeant. quam ſcolaſtica diſciplina. & vobis ipſi ſint utiles. & vos illis potiſſime gratioſi. Datum.

Ad Bartholomeum Pignatellum ut regat in Neapoli. *Item. De eodem mandato ſcripſit R. de Salerno. ad Bartholomeum Pignatellum de Brunduſio.* Gratum ducit excellentia noſtra ſi quando ex indigenis Regni noſtri. aliqui in conſpectu noſtro in Neapoli-

politano ftudio quod de provifione noftra fundavimus. in profexione alicujus fcientie tam fpecialiter audivimus profeciſſe. ut dignus ad Regimen cenfeatur. admictentes igitur laudabile teftimonium de fcientia tua perhibitum coram nobis quod in decretalibus ita profeceris ut alios poffis efficaciter edocere. fidelitati tue precipiendo mandamus. quarenus in profexione ipfa fcientie decretalium de eetero regere ftudeas. & diligenter ac fideliter doceas auditores ad honorem & fidelitatem noftram. Illam tue doctrine ac ftudii efficaciam oftenfurus. ut laudis meritum te proveniat ab effectu. Datum &c.

B. Piffono Iuftitiario Aprutii pro Thomafio de Baczano de octava parte feudi.

XIIII. *De Imperiali mandato facto per magiftrum Rogerium de Petrafturm. fcripfit Laurentius B. Piffono Iuftitiario Aprucii.* Dudum ab obfidione Brixie redeuntibus nobis. & menfe Novembris XII. Indictionis morantibus aput Parmam. Thomafius de Baczano nobis inftantiffime fupplicavit. ut Vaffallos poffeffiones & bona. que fuerunt quondam Alexaudri Randifii confanguinei fui. fita in terra Bannenfi. ad eum jure paterno rationabiliter pertinentia. cum omnibus rationibus & pertinentiis ad ipfa bona fpectanribus. que omnia funt octava pars unius feudi militis. fibi & fuis heredibus imperpetuum intuitu fervitiorum & fidei fue. de noftra gratia dare & concedere dignaremur. Nofque tum quia de fidelitate fua tempore Papalis difcordie. & ante ac poft pro nobis habita de fervitiis etiam nobis tunc temporis prius & poft exhibitis teftimonium fuit exhibitum. tum quia bona predicta effe octavam partem unius feudi militis afferebat. & fibi jure paterno rationabiliter pertinere. fuis fupplicationibus duximus annuendum. Verum quia predicta omnia per alios nuper in dubium revocantur. idem etiam Thomafius tunc temporis & anno prefenti plures fuper eifdem bonis obtinuerit licteras. & fpecialiter. ut ea que ad eadem bona fpectant per inquifitionem. & juxta facrarum conftitutionum noftrarum tenorem. deberent ad jus & proprietatem eorum per Iuftitiarium Aprutii revocari juftitia mediante. nec non & alias licteras. ut detentores eorum per judicii ftrepitum ad juftitiam cogerentur. ac idem T. poftmodum non nifi licteris inquifitionis ufus fuerit que per fubornatas perfonas facta fuiffe dicitur. & ideo non ab eo qui eam ex mandato noftro fecit exequtioni mandata. fed occafione quod ipfe ab officio amotus fuerit quam ipfam exequi potuerit ad Curiam noftram miffa. ut quicquid poftmodum in commiffione noftra fuper proceffu inquifitionis ejufdem factum fuerit. inquifitionis actores non tangat. & eidem impetrari robur & jus amplius afferatur. nobifque per veri fuppreffionem. & fuggeftionem falfi non fine prejudicio quodammodo poffit illudi. Cum velimus per te de predictis quantocius effe certi. fi videlicet tune temporis prius & poft nobis fidelis extiterit. fideliter nobis in partibus ipfis fervierit. bona predicta fint octava pars unius feudi militis. & fibi rationabiliter paterno jure pertineant. nec non que fint ipfa bona que ficut intelleximus in hòminibus & poffeffionibus urilibus. Curia noftra tenebat. & Vbi. quanti fint redditus & valoris. quod etiam fervitium ex eis omnibus noftre Curie debeatur. quod etiam alii detinent de predictis. & Vbi. Similiter quanti fint fervitii. redditus. & valoris. fidelitati tue mandamus quatenus diligenter & fideliter fuper omnibus inquirere ftudeas veritatem. & eam fub figillo tuo ad Cameram noftram mictas.

Novembr. in Lauda. Pag. 21. adv.

Lictere de mutuo Romanorum.

VIIII. *ejufdem. De mandato Imperiali facto per Magiftrum Albertum fcripfit G. de Tocco F&. &c.* Notum facimus Vniverfis quod Iacobus Ficcaficar. Iohannes Ficcaficar. Petrus Ficcaficar. & Philippus frater ejus mercatores Romani fideles noftri mutuaverunt & affignaverunt in Camera noftra de Venetianis groffis libras feptuaginta feptem. folidos III. & denarios decem pro Vnciis auri CCC. XIIII. ad generale pondus Regni ad rationem de folidis V. minus denario uno per Vnciam. De quibus promifimus & convenimus eis ut M. de Valle. A. de Marra. & Eufran. de Porta cuftodes Erarii noftri Salvatoris ad Mare pro

parte Curie nostre de pecunia ejusdem Erarii nostri que est per manus eorum predictos mercatores . vel alterum eorum . sive certum nuntium vel procuratorem eorum in medietate mensis februarii primo futuri hujus XIII. Indictionis sine difficultate defectu & majoris more dispendio debeant quietare. Si vero quod omnino nolumus aliquo casu predictus solutionis terminus pertransiret . deinde in antea quamdiu solutio differretur de singulis C. Vnciis . tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem predicti custodes Erarii de eadem pecunia Curie nostre eis solvere teneantur & debeant pro dampnis & interesse . & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. Ad hujus &c.

De mutuo Romanorum.

Item. Licteras ad predictos custodes Erarii Salvatoris ad Mare. Notum facimus fidelitati vestre . quod Iacobus Ficcaficar. Iohannes Ficcaficar. Petrus Ficcaficar. & Philippus frater ejus mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras LXXVII. solidos III. & denarios X. pro Vnciis auri CCC. XIIII. ad generale pondus Regni ad rationem de solidis V. minus denario I. per Vnciam . de quibus promissimus & convenimus eis ut vos pro parte Curie nostre de pecunia Erarii nostri que est per manus vestras predictos mercatores . vel alterum eorum sive certum nuntium . vel procuratorem eorum in medietate mensis februarii primo futuri hujus XIII. Indictionis sine difficultate defectu . & majoris more dispendio quietetis . Si vero quod omnino nolumus . aliquo casu predictus solutionis terminus pertransiret deinde in antea quamdiu solutio differretur . de singulis C. Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem . vos de pecunia predicte Curie nostre eis solvere debeatis. & teneamini . pro dampnis & interesse. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas . Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus . quatenus adveniente termino supradicto . predictas CCC. XIIII. Vncias ad generale pondus Regni mercatoribus ipsis . vel alteri eorum . seu certo nuntio . vel procuratori eorum de pecunia Erarii nostri que est per manus vestras pro parte Curie nostre sine majoris more dispendio persolvatis . & si forte ut predictum est aliquo casu ipsius solutionis terminus transiret deinde in antea quamdiu solutio differretur . de singulis C. Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem pro dampnis & interesse de eadem pecunia Curie nostre solvatis eisdem . provisuri tamen ut predicto termino quietentur . ne per moram Curia nostra dispendium usurarum incurrat . Vos autem soluta ipsa pecunia . patentes licteras nostras. quas eis de ipso mutuo fieri fecimus recipiatis ab eis facturi etiam inde aliud scriptum competens de solutione ipsa ad Curie nostre cautelam . & si forte vos omnes presentes non eritis . nichilominus quicumque vestrum tunc presens fuerit . nostrum beneplacitum exequatur. Datum .

De interesse tres per centum per mensem.

De eodem mutuo.

Item . Similes patentes lictere . & clause ad predictos custodes Erarii facte sunt pro Romano Muto . Iohanne Lucido . Paulo de Gregorio . & Iacobo Muto mercatoribus Romanis de libris Venet. grossorum XXVI. & denariorum XIIII. pro Vnciis auri C. & sex ad generale pondus Regni.

De eodem mutuo.

Item . Similes patentes & clause . pro Iohanne de Raynerio . Iacobo filio ejus . & Paulo de Cesareo fratre ejus mercatoribus Romanis . ad eosdem custodes de libris Venetianorum grossorum XXXII. minus denariis decem . pro Vnciis auri CXXX. ad generale pondus Regni .

De eodem mutuo.

Item . Similes patentes & clause ad eosdem pro Nycolao Donaddeo . Petro Mancino . & Petro Donaddeo . mercatoribus Romanis de libris Venetianorum grossorum XXVII. solidis VI. minus denariis III. pro Vnciis auri CXI. ad generale pondus.

De eodem mutuo.

Item ad eosdem . Similes patentes & clause pro Sim. Iohanne de Sasso . & Sasso mercatoribus Romanis . de libris Venetianorum grossorum XXXXII. solidis X. & denariis VII. pro Vnciis auri CLXXIII. ad generale pondus .

Pag. 22.

De eodem mutuo.

Item . Similes licctere patentes . & clause ad eosdem pro Nycolao de Andrea . Iacobo filio ejus . Petro Leonis & Gregorio Mancino . mercatoribus Romanis de libris Venetianorum grossorum XXXVIIII. solidis IIII. denariis III. pro Vnciis auri CLVIIII. & media ad generale pondus .

Item.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Paulo de Andriocto. de libris Venetianorum grossorum XXV. solidis II. & denariis IIII. pro Vnciis CIIII. ad idem pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Petro Bartholomei Alberici & Philippo fratre suo de libris Venetianorum grossorum XXVIIII. & media. pro Vnciis CXX. ad idem pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Leonardo Nycolai de Alberico & Stephano filio Philippi de Alberico. de libris Venetianorum grossorum XXIIII. solidis XI. & denariis VIII. pro Vnciis C. ad idem pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem pro Iohanne de sancto Angelo. pro libris Venetianorum grossorum LXX. solidis VI. & denariis II. pro Vnciis CCLXXXXVI. ad idem pondus.

Item. Similes tam apertas quam clausas. scripsit Iacobus de Bantra de predicto mandato pro Vrbano Caranzone de libris Venetianorum grossorum quadraginta & octo minus denariis quindecim pro Vnciis auri centum nonaginta quinque ad idem pondus.

Item. Similes tam apertas quam clausas scripsit idem pro Stephano de Cesareo. Petro Iohannis de Alcarutio. & Mattheo Petri de Antonio de libris Venetianorum grossorum septuaginta octo. solidis decem & denariis duobus pro Vnciis auri CC. LXXVIII. & tarenis XX. ad idem pondus.

Pag. 22. adv.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Petro de Crescentio de Venetianorum grossorum libris XVI. solidis XI. & denariis XI. pro Vnciis LXVII. & media ad idem pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Stephano de Gregorio de Cio de libris Venetianorum grossorum XVIIII. solidis VIII. & denariis V. pro Vnciis LXXVIII.

De eodem mutuo.

Item. Similes tam apertas quam clausas scripsit Iacobus de Bantra de predicto mandato pro Laurentio Petri de Raynerio. de libris Venetianorum grossorum XLIII. & denariis V. pro Vnciis auri centum septuaginta quinque ad generale pondus Regni.

Novembris in Lauda.

Pag. 23.

De mutuo Romanorum.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes licltere. & clause ad eosdem pro Petro Bocço. Petrutio nepote. & Bocço fratre mercatoribus Romanis. de libris Venetianorum grossorum XXXIIII. solidis VIII. & denariis IIII. pro Vnciis auri CXL. ad generale pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem pro Angelo Rufino mercatore Romano de libris Venetianorum grossorum XVIIII. solidis XIII. & denariis IIII. pro Vnciis auri LXXX. ad generale pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Nycolao Marchisano. Leonardo de Centio. & Iacobo de Illa. mercatoribus Romanis de libris Venetianorum grossorum XLI. solidis XV. & denariis X. pro Vnciis auri CLXX. ad generale pondus.

De eodem mutuo.

Item. Similes patentes & clause ad eosdem. pro Iacobo de Petro Sinibal. mercatore Romano de libris Venetianorum grossorum XXXII. minus denariis X. pro Vnciis auri CXXX.

Summa totius predicti mutui est Vnciarum ꝰ CCLXX.

Ad Roggerium de Amic. Iustitiarium in Sicilia ultra flumen salsum responsales.

XVII. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia. Roggerio de Amic. Iustitiario in Sicilia ultra flumen salsum, Benignitate solita recepimus &c. Quod autem significasti te super imponenda & exigenda collecta per partes jurisdictionis tue sicut dudum tibi mandavimus per Riccardum filium Malgerii fidelem nostrum modum & formam missam tibi a nostra Curia diligenter servasse. taxatis singulis pro qualitate eorum habita extimatione congrua ad omnium facultates. ita quod pauperes non senserunt gravamina. & divites mensura debita persolverunt. nulli eorum gratia in talibus observata. processum tuum & procedendi cautelam super hujusmodi commendamus. de residuo autem collecte ipsius tam quod habere te dicis. quam quod colligendum est. de pecunia etiam officii Iustitiariatus tui. volumus & mandamus ut undecumque. & quandocumque habere poteris ad Erarium nostrum. quod in Salvatore ad Mare apud Neapolim ordinandum duximus debeas de-

 sti-

Tres thesaurarii.

Erarium in Castro Salvatoris ad mare quod hodie vocatur Castrum Ovi.

ſtinare. Marino de Valle. Angelo de Marra. & Eufran. de Porta ejuſdem Erarii cuſtodibus aſſignandam. Super quo habere te volumus omnem curam cum pro arduis & expreſſis ſervitiis noſtris pecunia ſit noſtre Curie plurimum oportuna. commendamus preterea diligentiam tuam quam ſuper imponenda & colligenda ſubventione ab eccleſiis. & aliis clericis juriſdictionis tue te habuiſſe ſcripſiſti. inquiſitionem congruam faciens de facultatibus ſingulorum. quod autem ad quantitatem injunctam ſubventionis ipſius te aſſeris pervenire non poſſe. eo quod plures de eccleſiis juriſdictionis tue vacant. Mandamus ut ſecundum quod melius & amplius habere poteris de eadem. omne in hoc ſtudium adhibendo. recolligas ſine mora & ad predictum Eratium noſtrum mittas. de eccleſiis autem vacantibus per alias licteras noſtras tibi mandaſſe recolimus ut ſtatutis in unaquaque probis & fidelibus viris laicis. eas per Obertum Fallamonachum Secretum Panormi fidelem noſtrum facias cum diligentia procurari & ſic. quoad bonorum promotionem eorum vacatio ipſarum defectui amodo non exiſtet. Quod autem ſignificaſti de navibus peregrinorum que Trapanum pervenerunt & quod etiam feciſti de eis poſtquam illuc pro incongruitate temporis redierunt. acceptum ducimus & tuam in hoc diligentiam commendamus. gratum gerentes de copia rerum quam in ipſis partibus invenerunt. de miniſtratione juſtitie & ſervitiis que ſibi feciſti impendi. ob noſtre reverentiam Majeſtatis. placuit etiam Majeſtati noſtre quamplurimum. quod Comiti Montisfortis dilecto amico noſtro in partes ipſas cum ſuis navibus applicanti honorem & ſervitium contuliſti. & ubicumque pervenit in terris noſtris extitit honoranter receptus. Gratum preterea ducimus & acceptum de diligenti ſollicitudine. quam ad honorem noſtrum & tranquillum ſtatum ipſarum partium geris. & quod fertilitas habundat ibidem. ſuper quibus. & aliis univerſis ſervitiis noſtris &c. de predictis autem peregrinis in partibus juriſdictionis tue yemantibus volumus & mandamus ut tam predictum Comitem. quam alios nobiles qui ſunt ibi ſecundum quod dixerit tibi Philippus de Zunculo fidelis noſter quem ad hoc in partes ipſas duximus deſtinandum. facias honorari. Datum.

Novembr. in Lauda. Pag. 23. adv.

Ad Roggerium de Amic. Iuſtitiarium in Sicilia ultra flumen ſalſum. Reſponſales.

XVII. Item. De ſuperiori mandato ſcripſit G. de Cuſentia eidem Roggerio de Amic. Reſponſales. Benignitate conſueta recepimus licteras tuas &c. Quod autem ſignificaſti te juxta celſitudinis noſtre mandatum ſuper locandis mandris ovium Curie noſtre ad certam quantitatem pecunie. cum proinde Curia noſtra majus commodum ſortiatur. curam & diligentiam debitam prebuiſſe. & mandras ipſas probis & fidelibus viris ad profectum noſtre Curie locaviſſe gratum eſt culmini noſtro. & tuam ſuper hoc ſollicitudinem commendamus. de Sarracenis autem qui dudum oves ipſas in extalium habuerunt & cum de cabellis ipſis teneantur Curie noſtre ſolvere magnam pecunie quantitatem plures eorum invenis non ſolvendo. de quibus quid fieri debeat noſtrum beneplacitum poſtulaſti. Volumus & mandamus ut bonis eorum pro debito noſtro captis ſi demum ſolvendo non fuerint. capias de perſonis. & eos per opera maran . . . Curie noſtre facias applicari. adeo in ipſis operibus coercendos. ut in exemplo eorum ceteri doceantur non debere a Curia noſtra cabellas recipere. quas ſolvere ſine difficultate non poſſint. de nutrimine ovium anni preſentis. de quo donec ad fructum perveniat congrua non poteſt locatio fieri. ut ſcripſiſti. cum tempus fuerit oportunum Curie noſtre ex eo commodum procuretur. Audivimus preterea nomina Caſtellanorum. qui per partes juriſdictionis tue Caſtra noſtra cuſtodiunt. quos omnes credimus noſtros eſſe fideles. ſi quem tamen videres minus ydoneum & eſſe merito amovendum ſignificare debeas Guerrerio de Franco fideli noſtro quem in partibus ipſis proviſorem Caſtrorum duximus ordinandum qui cum conſilio tuo & aliorum noſtrorum fidelium ſi amovendus fuerit amovebit. Quod autem ſignificaſti te intellexiſſe. quod cum dudum Serenitas noſtra mandaverit R. de Calvello quondam Iuſtitiario ipſarum par-

partium predecessori tuo. ut apud Burgimill. ad opus nostrum tantum habitatio fieret supra fontem magnum qui ibi est. & inter Saccam & Agrigentum in flumine sancti Stephani prope mare per miliarium Casale fieret ex hominibus Arcudachii & Andranii. & etiam inter Agrigentum & Licatam apud Cunianum. Casale aliud fieret. cum & ad nostra solatia & ad Curie nostre commoda pervenire deberent. de eis per predictum quondam Iustitiarium nichil extitit ordinatum. Volumus & mandamus ut ea fieri facias in locis ipsis sicut melius videris debere nostro Culmini complacere. Quod vero significasti fideles nostros ipsarum partium habere penuriam aratrorum propter loca defensarum nostrarum. in quibus non audent incidere. propter quod bonum esse scripsisti. ut certus locus aliquis statueretur eis pro incidendis aratris. ex quo nulla defensis nostris lesio inferretur. placuisset nobis & mandavissemus hoc fieri. si distincte locum ipsum & nominatim nostro Culmini nunciasses. sed quia in hoc obscure scripsisti. significes nobis in quo loco sine lesione defensarum nostrarum permissio incidendi fieri poterit. & nos postmodum tibi nostrum beneplacitum rescribemus. preterea quia in Castris nostris Trapani. Marsal. Mazar. & Xacc. nolumus quod de Curia nostra fiant expense. Castra ipsa recommendes aliquibus fidelibus nostris de terris ipsis qui tantum custodiant ne domus devastentur eorum.

Ad Roggerium de Amic. Iustitiarium. Responsales.

Eodem die. De superiori mandato scripsit idem eidem Roggerio de Amic. Iustitiario in Sicilia ultra flumen salsum. Responsales. Benigne recepimus licteras tuas. quas nobis misisti. & eas intelleximus diligenter. Quod autem significasti oportere te frequenter nuncios ad Curiam nostram dirigere. pro necessariis servitiis nostris que necesse habes nostro Culmini nunciare. & proinde nunciis ipsis tibi convenit expensas necessarias exhibere. super quibus nostrum requisivisti mandatum. placet nobis & volumus ut necessarie & moderate expense quas fecisti hactenus & in antea te contingerit facere pro nunciis quos necessario misisti vel missurus es ad Curiam nostram pro necessariis servitiis nostris. in tuis debeant rationibus computari. Datum.

. Novembr. in Lauda. Pag. 24.

Ad O. Fallamonachum Secretum Panormi. Responsales.

XVII. De superiori mandato scripsit idem Oberto Fallamonacho Secreto Panormi. Responsales. Consueta benignitate recepimus licteras &c. de eo tamen quod significasti quod occasione mandati nostri missi nuper super facto emptionis frumenti a mercatore extra regnum portandi pro eo quod tertiam tantum partem ad opus Curie nostre mandavimus recipi nostra utilitas minoratur. & aliis omnibus commodum proveniat. utpote quod pro tam minori pretio. Universi amodo negotiacionem victualium exercebunt. & ipsis in suas utilitates tractantibus nostra tamen Curia consueta non poterit exinde reportare. fidelitati tue duximus respondendum quod cum ex dignitate regiminis quod mandamus in terris non tam nostris quam nostrorum fidelium velimus utilitatibus providere. cum nostra intersit locupletes habere subjectos & quo magis nostram rem publicam augeamus. quo sub nostrorum felicitate temporum nostrorum bona fidelium in melius promoventur. cum sit Regnantium gloria tuta & affluens conditio subjectorum. Statutum quod in premissis fieri mandavimus. nolumus immutari. presertim cum ad omnem locupletationem nostrorum fidelium intendentes. & eis volentes gratiam super gratia facere. predictam tertiam partem quam de venditione frumenti pro Curia nostra mandavimus recipi. postmodum deduci statueremus in quintam. sic enim Universi fideles nostri ditescent. & nobis inde gloria non etiam sine utilitate proveniet. super quibus prout lictere nostre tibi misse te docuerint. volumus ut procedas. de frumento autem quod per te Nicoloso filio Ansaldi de Nigro fidelis nostri mandavimus assignandum. licet sicut scripsisti in majori quantitate valeat quam ipsum a Curia nostra emit. Volumus & mandamus ut ipsum expedire debeas juxta priorum nostrarum continentiam licterarum. In dampnum enim Curie nostre non cedit. si prout convenit Curia nostra eisdem nostris fidelibus elargitur. Quod autem scripsisti te pro nostris

ſtris ſervitiis nonnullorum incurrere odium . & ideo obloqutiones quamplurium non vitare . Nolumus te de aliquorum detractionibus formidare . dummodo ſervitiorum noſtrorum opera te commendent . eum non ad ſermones . ſed ad effectus operum noſtra proſpiciat celſitudo . Vbi enim ſingulorum actus ſub oostre manſuetudinis equitate metimur . quorumlibet ſuggeſtorum ſuſurria nullatenus admictantur . Tu tamen in omnibus ſervitiis noſtris &c.

Secreto Panormi . Reſponſales .

Item eodem die . ſcripſit eidem Reſponſales . Solita benignitate &c. Quod autem ſignificaſti quod una de duabus navibus Curie noſtre . quas tibi mandavimus aſſignari . que dicitur Majorana . Meſſanam advenit . ſed in pluribus indiget neceſſario reparari . & Guatnimentis oportunis muniri utpote quod habet carinam putridam . arborem fractam . temoones & antennas inutiles . vela & anchoras quaſi oullas . ad cujus reparationem & munitiooem oportet magnam pecunie quantitatem expendi . placet oobis & volumus ut navem ipſam quibus indiget . facias reparari . Vtilius enim vidimus ut in reparatione ipſius pecunia que neceſſaria fuerit expendatut . quam ut expenſe majores que facte fuerunt in ea penitus amictantur ſi inutilis remaneret . tu tamen & in ea & in aliis omnibus ſervitiis Curie noſtre que per manus tuas fiunt . expenſas quantumcumque poteris moderaris . de molendinis Curie noſtre locandis ad victualia ut ſcripſiſti . quod ſignificaſti Gaitum Panormi facere noluiſſe . tuum eſt amodo & de hys & aliis ſervitiis que ad officium Secretie pertinent noſtre Curie commoda procurare . Super jure vero recipiendo ad opus Curie noſtre de victualibus extraheodis . facias prout tibi per alias noſtras licteras deſtinamus . de pecunia autem ſolvenda Petro de Bonſilio & ſociis mercatoribus Romanis pro mutuo quod Camere noſtre fecerunt . prout tibi mandavimus . Volumus ut noſtrum beneplacitum exequaris & de victualibus exolvendis Anſaldo de Mare . & Nicoloſo de Nigro ſicut per alias licteras noſtras tibi mandavimus . volumus ut noſtrum beneplacitum exequaris . Non enim debes aut potes defectum pecunie allegare . cum te Secretum Panormi duximus ſtatueodum . in hys & aliis noſtris ſervitiis &c. procures autem & provideas diligenter ut tam de oavi predicta quam de alia navi quam tibi mandavimus aſſignandam . Curie noſtre utilitas proveniat . faciens ipſas reparari nec poſſint inutiles remanere . Datum .

Pag. 24. adv. Novembr. in Landa.

Sequitur de licteris miſſis Oberto Fallamonacho .

Reſponſales ad Riccardum de Lentino .

XVII. Novembris XIII. Indictionis . De mandato Imperiali facto per magiſtrum Riccardum de Trajecto ſcripſit P. de Capua ad Riccardum de Lent. prepoſitum edificiorum . Fidelitatis tue licteras plura capitula continentes . quas oostro culmini deſtinaſti . benigne recepimus . quorum omnium ſerie plenius intellecta tam ſuper proceſſu Caſtri noſtri Auguſte . quem ſatis tue lictere diſtinguebant . quam ſuper opere vivarii conſtructi in aqua ſancti Coſme . Caſtrorum noſtrorum Syracuſie . Calathageronis & Melaeii . diligentiam tuam & ſtudium commendamus . ſuper eo autem quod ipſe tue lictere continebant . quod aput Cathaniam te perſonaliter contuliſti viſurus ſitum in quo Caſtrum commodius deberet conſtrui deſignares . & videres etiam apparatum ad ſtructuram ejuſdem & locum etiam habiliorem pro petreria invenires ibidem . ſollicitudinem tuam excellentia noſtra commendat . de eo vero quod de muris luto confectis in Caſtro noſtro Lentini verſus Caſtellum novum feeiſti melius reformari de inciſis cantonibus tribus turribus conſtructis in eo . utpote nobis placide commendabilis preſentaris . Ad id vero quod noſtre Majeſtati ſcripſiſti quod a menſe Iunii preterito XII. Indictionis tam pro munitione Caſtrorum Syracuſie & Lentini . quam etiam pro Serracenis & ſervis noſtris neceſſarium ſrumentum ordeum . vinum . caſeum , companagium , ſcarpas . & indumenta . a Secreto vel ejus officialibus habere minime potuiſti . Serenitas noſtra tibi plene reſpondet . quod cum illud nobis diſpliceat . Ecce damus Secreto noſtro Meſſane per noſtras licteras in mandatis . Vt ſingula neceſſaria ſupradicta . quemadmodum hactenus dari conſueverunt . ad requiſitionem tuam debeat exhibere . Et quoniam pro multis negotiis que nobis incumbunt ad preſens pecunia eſt nobis admodum oportuna . ſidelitati tue preci-

De Caſtris Auguſte . & aliis .

De munitione Caſtrorum Syracuſie & Lentini .

De Sarracenis & ſervis ibidem exiſtentibus .

cipiendo mandamus quatenus ambitu murorum Caſtrorum noſtrorum ubique completo ut defenſionem decentem videantur habere. ceteris hedificiis noſtris ſuperſedeatur ad preſens. Quod ſi alique volre eſſent in eis aut aliqua officina que niſi cohoperirentur poſſent deſtrui vel deteriorari. eas quatenus commode ſubſtineri poterit commode volumus cohoperiri. & aptari. ne propter pluviam deſtruantur. ommiſſis ut dictum eſt aliis edificiotum expenſis. Super quo Secreto Meſſane fideli noſtro noſtras licteras deſtinamus. Vt tibi pro hys neceſſaria ſtudeat exhibere. Tu vero ſuper hoc ſollicitus & intentus. ipſum ut expedit requirere non poſtponas. demum de ſollicitudine & labore quem aſſumpſiſti ſuper inveniendis ayris hayronum & locis ubi degunt. te duximus commendandum. quod excellentia noſtra ſatis delectat audire. nec minus preſentialiter videre peroptat. Pro opere vero Cathanie attractum & quecumque neceſſaria facias preparari. Vt &c.

De cohoperiendis voltis & officinis edificiorum que propter pluviam deſtrui poſſint.

De ſollicitudine hayronum.

De opere Cathanie.

Pag. 25.

Novembr. in Lauda.

Reſponſales ad Guillelmum de Anglone Iuſtitiarium Sicilie de caſtris & vivario.

Item eodem die. De eodem mandato ſcripſit idem ad Guillelmum de Anglone Iuſtitiarium in Sicilia. Benigne recepit Serenitas noſtra devotionis tue licteras diverſa de ſervitiis noſtris continentes capitula. quas noſtro Culmini deſtinaſti. Quod autem ſervitiorum noſtrorum ſtudioſus & diligens circa exequtionem mandatorum noſtrorum & commodum Curie noſtre frequenter intendis. & edificia noſtra & alia noſtris ſolatiis deputata ſollicite perſcrutaris. tuam induſtriam commendamus. gratum etiam reputantes illud quod de Caſtro noſtro Auguſte & opere Vivarii. & aliorum Caſtrorum noſtrorum. quotum proceſſum ſatis diſtincte tue lictere continebant Majeſtati noſtre nunciare curaſti. Et quia pro multis & arduis negotiis Imperii pecunie copia eſt nobis ad preſens plurimum oportuna. Volumus & mandamus ut ambitu tantum murorum Caſtrorum noſtrotum ubique completis quod munitionem decentem videantur habere. & cohopertis voltis & officinis que propter pluviam deſtrui vel deteriorari poſſent. Ceteris edificiis & expenſis ſuperſedeatur ad preſens. ſuper quo Magiſtro R. de Lentino dirigimus ſcripta noſtra & damus Secreto Meſſane fideli noſtro per noſtras licteras in mandatis. Vt ſibi neceſſaria pro ipſo faciendo de proventibus Curie noſtre. & ſicut hactenus debeat exhibere. de Serracenis vero & ſervis Caſtrorum noſtrorum Syracuſie & Lentini qui non habent neceſſaria ut ſcripſiſti eidem Secreto reſcribimus noſtre beneplacitum voluntatis. Quod autem circa inveniendas areas hayronum te ſcripſiſti ſollicitum & actentum. culmini noſtro placet. & te &c.

Quod ſuperſedeatur edificiis.

De Serracenis & ſervis, & munitione caſtrorum Syracuſie & Lentini.

Item eodem die. De eodem mandato ſcripſit idem ad Majorem de Plancatone Secretum Meſſane. Cum Celſitudo noſtra duxerit providendum. ut omnibus edificiis noſtris. & Caſtris ſuperſederi debeat in preſenti. ambitu tantum murorum Caſtrorum noſtrorum novotum completo. ut defenſionem videantur habere. cohopertis voltis & officinis ipſorum. que propter pluviam deſtrui poſſent. quatenus poteſt commode ſubſtineri. & ſuper eo Magiſtro R. de Lentino licteras noſtras miſerimus & mandata. & velimus etiam quod ad requiſitionem ejuſdem Magiſtri R. pro munitione palatiorum noſtrorum Syracuſie & Lentini. Serracenis & ſervis noſtris ibidem exiſtentibus neceſſarium frumentum. ordeum. vinum. caſeus. companagium. ſcarpe. & indumenta ſicut hactenus debeant miniſtrari. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requiſitionem prefati Magiſtri R. tam pro cohoperiendis voltis & officinis edificiorum noſtrorum ſi expedierit. quam pro munitione ipſorum palatiotum Syracuſie & Lentini nec non pro Serracenis & ſervis ſicut dictum eſt ſuperius de proventibus Curie noſtre. qui ſunt per manus tuas. & ſicut hactenus dari conſuevetunt. neceſſaria ſtudeas exhibere. & recipias ab ipſo exinde apodixam. circa exequutionem ſervitiotum noſtrotum &c.

Lictere ad Secretum Meſſane pro edificiis.

Munitione Caſtrorum Syracuſie. & Lentini. Serracenis & ſervis.

Novembr. in Lauda.

Pag. 25. adv.

Item XVII. Novembris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per magiſtrum Riccardum de Trajecto. ſcripſit P. de

Reſponſales ad Pervinum Lombardum Caſtellanum Scbiſate.

de Capua Perrino Lombardo Castellano Schifati. Benigne recepit Majestas nostra. licteras quas misisti studium tuum quod habes super custodia nemoris nostri tibi commissa plurimum commendantes. Quod autem significasti nobis de dampno arborum propter ventorum impetum. & aeris tempestatem. & etiam de animalibus occisis propterea in nemore supradicto. licet culmini nostro displicuerit. quod tamen divino Iudicio factum est. ipsa humanitas non incusat set tolleret patienter. Quod autem de lignis arborum dirutorum fieri debeat Riccardo de Pulcar. fideli nostro per nostras licteras destinamus. Cautus existens tamen occasione ipsa alie arbores incidantur. Tu vero circa servitia nostra &c.

De lignis dirutis.

De eodem negotio ad R. de Pulcar.

Item eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad R. de Pulcar. Significante nobis Perrino Lombardo Castellano Schifati fideli nostro. nostra Serenitas intellexit. quod pridie propter ventorum impetum & aeris tempestatem. multe arbores dirute sunt in nostro nemore silve male. quarum ligna si vendantur Neapoli emolumentum aliquod in compensationem dampnorum exinde Curia nostra consequeretur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus commodum Curie nostre sicut melius & decentius videris exinde facere non postponas. Vt tuum &c.

Responsales ad Nicolaum de Cical. de opere turrium Capue.

Item eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Nicolaum de Cicala. Devotionis tue licteras quas nostro culmini destinasti. benignitate recepimus consueta. studium tuum quod habes in nostris servitiis commendantes. Quod autem excellentie nostre significare curasti. quod arcus turrium nostrarum completi sunt ex parte suburbii. Culmini nostro placet. & ecce quod pro faciendo astraco turrium ipsarum. ne propter pluviam devastari possent. per manus S. de Romaldo recollectoris pecunie nostre. pecuniam necessariam tibi precipimus ministrari. si de pecunia collecte ad opus ipsum specialiter deputate non habes super quo ipsum S. si expedierit. requiri facies & licteras quas sibi provide mictimus assignari. Castellano Capue ut petitum lapidem marmoreum tibi pro ipso opere faciat assignari. Datum &c.

Pro eodem.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Castellanum Capue. Vt assignet lapidem marmoreum Nicolao pro opere turrium Capue.

Novembr. in Lauda. Pag. 26.

Lictere ad Stephanum de Romaldo pro turribus Capue.

Item eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Stephanum de Romaldo. Significavit Culmini nostro Nicolaus de Cicala fidelis noster se de pecunia collecte ad opus turrium nostrarum que fiunt Capue deputate pro laborando in ipso opere non habere. Cum igitur velimus. quod pro faciendo astraco turrium nostrarum ne per pluviam devastari possent. Sibi necessaria pecunia tribuatur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem ejusdem Nicolai fidelis nostri de pecunia Curie nostre. tibi ad recolligendum commissa pro faciendis astricis ipsis studeas exhibere. & recipias exinde apodixam. Datum &c.

Responsales ad Bartholomeum de Castellione de custodia Macceletumonis.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco Bartholomeo de Castellione. Benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit. & quod continebant intellectu pleno collegimus. tibi super hys taliter respondentes. quod quia recepisti Castrum Macceletumonis custodiendum ad honorem & fidelitatem nostram quod H. de Morc. Magne Curie nostre Magister Iustitiarius fidelis noster tibi custodiendum ad opus nostri Culminis assignavit. excellentie nostre placet. fidelitati itaque tue precipiendo mandamus. quatenus Castrum ipsum studiose custodias. ita ut merito de diligenti custodia commenderis. Datum.

Ad Iustit. Principatus pro B. & H. de Aymerico.

Iudices.

Item. Ad Thomasium de Montenigro Iustitiarium Principatus. Mandamus fidelitati tue quatenus que scribent tibi Iudices Magne Curie fideles nostri super informatione sententie late per te contra Bartholomeum & Henricum de Aymerico. exequi & adimplere procures. Datum.

Responsales ad Thomasium filium Osmundi Iustit. Basilicate de mandato militum parandorum.

XVIII. *ejusdem. De eodem mandato scripsit idem Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate.* Benigne recepimus licteras. quas tua nobis devotio destinavit & que continebant intelleximus dili-

diligenter. digne redarguentes processum tui. quod in precipiendo militibus Iustitiariatus tui. quod equis & armis parati existerent juxta quod servitium a quolibet ipsorum debitum requirebat formam mandati nostri tibi impositi non servasti. statuens. quod de tribus seu quatuor pheudis miles unus munitus equis & armis ad nostrum servitium pararetur. Istud enim mandatum nostrum ad te missum non innuit. nec ex eo talis assumi debuit intellectus. Mandamus igitur fidelitati tue quatenus Universis militibus Iustitiariatus tui firmiter ex parte nostra precipias. & sub pena terre quam tenet ut quilibet paret se de equis & armis. secundum qualitatem servitii debiti de terra quam tenet. ita quod ad mandatum nostrum quilibet sit paratus. Si vero aliquem ipsorum ad presens mandatum nostrum complendum negligentem inveneris vel remissum de terra quam tenet eum destituere non postponas. Super hoc taliter processurus ut in te non reprehendatur defectus set diligentia commendetur. Preterea scribimus Iacobo Iudicis Leonis de Capua procuratori demanii nostri in Principatu. ut super castanetis que tenes in pheudo sancti Sever. te occasione revocationis non molestet. quousque in custodia filii nostri deputatus ire non potes. propositurus in sui presentia Iura tua.

Ad Iustit. Vallis grate & terre Iordane contra Roggerium Spataf. & Iohannem Bussum.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G. de Cusentia Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis grate & terre Iordane.* Porrectam culmini nostro cedulam continentem delationes contra Roggerium Spataf. de Cusentia. & Iohannem Bussum de Paterno. tibi mictimus interclusam presentibus intuendam. cujus similem per omnia jussimus in nostra Camera conservari. Super quibus omnibus quia per te inquiri & scire volumus veritatem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ipsius cedule diligenter inspecto tenore super singulis que continet. diligentem & cautam facias inquisitionem. quam fideliter in scriptis redactam. sub sigillo tuo ad Curiam nostram mictas provisurus actente. ut si in hys que cedula continet predicti Roggerius & Iohannes culpabiles fuerint inventi. recepta ab eis ydonea cautione de representando se Curie nostre. ipsos ad presentiam nostram mictas. ad comparendum eis peremptorium competentem terminum prefixurus. quem nobis tuis licteris declarabis.

Novembr. in Lauda. Pag. 26. adv.

Iustitiario Vallis grate & terre Iordane contra homines Braballe.

XVIII. *De superiori mandato scripsit R. de Salerno Iustitiario Vallis grate & terre Iordane.* Querelam Nicolai de Bussano Iudicis Roggerii de Malveto recepit nostra Curia continentem quod cum dudum tempore quo Senator de Archis Iustitiariatus officium in ipsis partibus exercebat. duo homines interfecti fuerunt in partibus Brahalle nec inveniri potuerunt homicide. & idem Senator tunc Iustitiarius micteret eos apud Brahallam. ut ab hominibus terre ipsius ducenrum Augustales exigeret juxta nostrarum constitutionum tenorem. pro morte illorum ad opus Curie nostre. homines Brahalle insiluerunt in eos ipsos vocibus & clamoribus multis hostiliter persequentes & nisi quod fuge subsidium invenerunt sicut asserunt interfecissent eosdem. propter quod Augustales ipsos recolligere minime potuerunt. in dampnum nostre Curie. & injuriam manifestam. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem. & si rem inveneris ita esse sicut superius continetur. Augustales ipsos ad opus nostre Curie studeas integre exigere & habere. ac deinde homines terre predicte quos tibi constiterit talia perpetrasse. taliter punias justitia mediante. quod & ipsi ea se commisisse peniteant. & alii nostre felicitatis temporibus similia non actentent.

Iustitiario Vallis grate & terre Iordane contra Thomasium de Marturano.

Item scripsit eidem Iustitiario. Constitutus in presentia nostra Senator de Archis fidelis noster exposuit coram nobis. quod cum dudum eo exercente Iustitiariatus officium in partibus ipsis. commiserit Thomasio de Marturano anno scilicet primo preterito XII. Indictionis collectam recolligere a prelaris & clericis terre Iordane & quamdam aliam quantitatem pecunie de officio Iustitiariatus in eadem terra. cujus summa

collecte & quantitatis pecunie ascendebat sicut asserit ultra M. D. Vncias. & ipsas recollegerit. non nisi XXXVI. Vncias eidem Senatori assignavit ex ipsis. & reliquas sibi detinet. & idem assignare distulit usque modo. Verum quia Curie nostre ad presens est pecunia oportuna. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus si est ita. injungas eidem Thomasio ut cum tota ipsa pecunia. ad presentiam nostram se conferat ita sapienter & caute. ut de ipsa pecunia dampnum aliquod intervenire non possit. Quod si forte ad nos secure non valet accedere precipias ei. ut totam ipsam pecuniam assignet Iacobo de Sanctis custodi particulari Erarii nostri in partibus ipsis per eum ad Erarium nostrum Salvatoris ad mare mittendam. ad quod faciendum si eum ad mandatum tuum inveneris negligentem aliquatenus seu remissum. qua convenit districtione compellas.

Pag 27.

Novembr. in Lauda.

Iustitiario Vallis grate & terre Iordane pro Curia & Senatore de Archis.

XVIII. *Item. De superiori mandato scripsit G. de Cusentia. Iustitiario Vallis grate. & terre Iordane.* Constitutus in presentia nostra Senator de Archis fidelis noster. exposuit coram nobis. quod ad vocationem nostram factam eidem quod ad presentiam nostram accederet. adeo se festinanter ad veniendum accinsit. quod officiales sui quibus temporibus Iustitiariatus sui servitia nostra per partes ipsas commisit. sibi de officiis que exercuerunt per eum rationem debitam ponere nequiverunt. per quarum rationum receptionem. & Residua que Curie nostre debentur distincte scirentur. & ratio ejusdem Senatoris obscura non esset. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus vocatis coram te qui propter hoc fuerint evocandi. cogas eos sicut justum fuerit ut eidem Senatori de officiis & commissionibus quas exercuerunt per eum. ponant integram & debitam rationem. ita tamen attente procures. quod pecunia si quam officiales ipsi inventi fuerint de officiis ipsis deberi per eumdem Senatorem. vel in manu Iacobi de Santis custodis particularis Erarii nostri de partibus ipsis. integre & sine dilatione qualibet assignetur. Datum.

Responsales ad Archiepiscopum Messanen.

XVIII. *Novembris XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Archiepiscopum Messane.* Devocionis tue nuntium & licteras quas per eum nostro culmini destinasti. benignitate recepimus consueta. & tam ea que ipse lictere continebant. quam ea que nobis pro parte tua idem nuncius tuus nobis proposuit viva voce intelleximus diligenter. Zelum devotionis tue. quo ad Majestatem nostram colligendo per ea. Super eo autem quod intellexisse te dixisti. quod in patriarcham Ierosolimitanum debebas assumi. tanto si fieret illud gratum nostra Serenitas reputaret. quanto & de te specialiter confidimus. ex preteritorum obsequiorum tuorum laudabili conjectura. & locum tanti honoris. etiam probitate morum adimpleres & fide. cum gratia de circumspectione tua digne speremus & fide de promotione & honore tuo. non immerito excellentia nostra gauderet. super quo tibi favorem nostrum ut convenit & gratiam pollicemur.

Responsales ad R. de Amic. Iustit. Sicilie.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Tocco ad R. de Amic. Iustitiarium in Sicilia.* Benigne recepimus licteras devotionis tue. & plene intelleximus que ipsarum series continebat. & consideratis hys que scripsisti de duobus Sacerdotibus accusatis coram te de malecdicto. ac de monacho. qui simul cum alio monacho. & duobus laycis. Priorem sancti Petri de Campogrosso dicitur occidisse. quod ex presumprionibus pluribus. & ex confessione layci per tormenta extorta invenisse te asseris. cum nolimus quod hujusmodi crimina transeant impunita. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Sacerdotes ipsos & Monachum qui Dei timore & religione quam portendunt omissis committere talia presumpseruot. mancipatos carceri diligenter facias custodiri. ut culpam suam peoa judice fateantur & macerentur squalore carceris. qui caracteris & religionis abusi privilegia sumpta de impunitate confidentie apparuerunt sceleftorum criminum commissores. Datum.

No-

Pag. 27. adv. *Novembr. in Lauda.*

Responsales ad Bartholomeum de Anticulo.

XVIII. Novembris. De mandato Imperiali facto per magistrum R. de Sugio. scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales ad Bartholomeum de Anticulo. Receptis tue devotionis licteris tam hilariter quam benigne & intellecto tenore plenius earumdem insinuatus per te rumor occurrit nostris desideriis satis gratus videlicet quod papalis exercitus de diversis partibus congregatus & missus ad expugnandum terram tuam & aggredientibus eum viris armatis qui tecum erant. gressibus recesserat fugitivis. nonnullis vulneratis graviter & occisis minutim etiam succisis trabucchis & machinis quas portarant. super quo grates Deo referimus qui causam innocentie nostre prospiciens. & iniqum Romani morum antistitis deprimit & ubique protegit nos. & nostros. Gratum etiam gerimus. quod Tholomeus de Castellione ad requisitionem tuam Henricum de Cell. & alios fideles nostros in succursum tuum miserit & devotionem suam exinde commendamus. preterea tue devotionis ardorem quem erga celsitudinem nostram geris pleno favore prosequimur. super eo vero quod afflictus infirmitate continua ut misisti. mori credens. quod plurimum nos gravaret. nominato Henrico de Cell. fideli nostro Castra tua assignari fecisti. nostro nomine conservanda. Zelum dilectionis tue quem erga nos habere te novimus favorabiliter commendamus. Laudantes nichilominus studium. & sollicitudinem tuam. quam in hys procurandis que commodum & honorem nostrum respiciunt adhibes incessanter. de facto insuper fortellitie petre Imperatoris sic duximus respondendum. quia placet nobis quod dominus illius custodiat ipsam ad honorem nostri Culminis ut promictit. Nos enim cum de processu suo certi erimus faciemus sibi in expensis congruis provideri. placet insuper nobis quod cum dominis Civitelle de Mazoclis tractatum habeas & ordines si poteris cum eisdem ut sicut offerunt nostris servitiis se exponant. & des eis bona verba. Nos enim ut veniemus ad partes ipsas. & de exinde ordinabimus quod honori nostro expedire videbimus & ipsorum etiam commodum respiciet & profectum.

Ad G. de Sancto Laurentio provisorem Castrorum terre Laboris & Principatus & terre Beneventane.

Item. De superiori mandato scripsit G. de sancto Laurentio de Suessa provisori Castrorum terre Laboris. Principatus & terre Beneventane. Fidelitati tue mandamus. quatenus in custodia Castri Gisoni tot servientes statuas vel personas. quod computatis illis qui nunc sunt ibi numero sint viginti. recipiens a Stephano de Romoaldo statuto recollectore pecunie nostre ipsarum partium pro solidis & companagio eorum pecuniam opportunam. Volumus etiam & mandamus ut in custodia Castri Turris majoris triginta servientes statuas omnibus computatis. & computatis illis etiam qui nunc sunt ibi. recipiens a recollectore predicto pecuniam pro solidis & companagio eorumdem. & quia Castellanus ejusdem Castri quosdam servientes per duos menses ut dicitur retinuit pro custodia ipsius ultra illos qui ibi fuerant constituti. nec recepit solidos ut intelleximus pro eisdem. mandamus. ut inquisita veritate. si rem inveneris ita esse. solidos eis solvas pro mensibus supradictis.

In Castro Turris majoris servientes triginta.

In Castro Gisoni servientes viginti.

Ad Stephanum de Romoaldo recollectorem pecunie Curie nostre per Iustitiariatum terre Laboris & Principatus.

Item. De superiori mandato. Stephano de Romoaldo recollectori pecunie per Iustitiariatum terre Laboris & Principatus. Fidelitati tue mandamus. quatenus ad requisitionem Iacobi Capice vel ejus nuncii. Eunucho & aliis personis que deputate sunt. ad morandum cum filia Alberici de Romano proditoris nostri expensas necessarias. juxta ipsius Iacobi ordinationem tribuas & pro servientibus quos G. de sancto Laurentio provisor Castrorum ipsarum partium. ordinaverit in custodia Castri Gisoni & Turris majoris sicut tibi mandavimus. De pecunia Curie nostre que est per manus tuas. solidos & companagium debeas exhibere juxta statutum Curie nostre. domicellis etiam nostris que sunt in Castro Avellini juxta requisitionem & ordinationem ejusdem Iacobi pro vestimentis earum emendis. pecuniam necessariam sine difficultate persolvas. recipiens de omnibus quod dederis apodixam. ab eo cui pecuniam solveris pro eisdem.

H. Abbati pro quinque milibus Unciis assignandis Roberto de Castelione.

XXI. De Imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit Laurentius H. Abbati Consuli Tunnisi &c. Ecce

ce quod Robbertum de Castellione fidelem nostrum tanquam previum nostri celeris adventus. versus Marchiam ad H. Illustrem Regem Turrium & Gallure &c. pro nostris servitiis destinamus. fidelitati tue precipimus. quatenus de pecunia Curie nostre quam habes. usque ad quinque milia Vnciarum statim visis hys licteris pro eisdem nostris servitiis debeas assignare. recepturus ab eodem exinde apodixam.

Pag. 28.

Novembr. XIII. Indictionis in Loda.

Lictere responsales ad Iacobum Capice.

De mandato Imperiali facto per magistrum R. de Sugio. scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales Iacobo Capice in hunc modum. Satis benigne recepimus licteras. quas tua nobis devotio destinavit & earum tenorem intelleximus diligenter. & tue fidelitatis ardorem. quem erga celsitudinem nostram novimus te habere favorabiliter commendamus. Laudamus insuper studium tuum super eo quod decenter recepisti filiam Alberici de Romano proditoris nostri. & quod neptem tuam & aliam consanguineam tuam morari facis cum ea. statuto pro earum custodia Ber. eunucho sicut tue lictere continebant. & ecce quod S. de Romaldo Civi Bari recollectori pecunie Curie terre Laboris. & Principatus damus nostris licteris in mandatis. ut tam ipsi eunucho. quam aliis existentibus cum eadem expensas debeat exhibere. Mandamus etiam Guillelmo de S.Laurentio de Suessa. provisori Castrorum earumdem partium. ut ad custodiam Castri Gisoni viginti personas statuat. computatis in eis hys qui nunc morantur ibidem. placet etiam nobis quod domicellas que erant in eodem Castro. ad Castrum Avellini misisti. moraturas ibidem. pro dandis autem tibi expensis pro duobus mensibus Madio & Iunio proximo preteritis ut misisti. damus per licteras in mandatis Alexandro filio Henrici ut illas tibi debeat exhibere. & quod in antea det tibi ipsas. sicut hactenus recipere consuevisti pro vestimentis etiam ipsarum domicellarum. recollectori scribimus supradicto ut ad requisitionem tuam. ea ipsis debeat exhibere. pro custodia insuper Turris majoris supradicto provisori mandamus. ut hys qui nunc sunt ipsius Castri custodie deputati tot servientes addat quod sint inter omnes computatis qui nunc ibi sunt triginta & pro narrato tempore solvat soldum & companagium illis quos Castellanus pro majori custodia Castri & captivorum qui ibi sunt. retinuit usque modo.

De servientibus additis in Gisoni & Turri majori.

De domicellis missis ad Castrum Avellini de vestimentis & expensis.

De vestimentis & expensis earum.

De expensis suis.

XXI. *De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Traiecto. scripsit Laurentius Paulino de Malta &c.* Licteras tuas &c. Quod autem sicut per easdem licteras intimasti. ad Erarium nostrum Melfie quamdam summam pecunie transmisisti. de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas. & camelos octo. ad opus Curie nostre Iustitiario Capitinate. ac duos leopardos fecisti leoparderiis nostris Lucerie morantibus assignari. placet nobis. & tuam sollicitudinem commendamus. De Ioettis autem. quas nobis pro parte tua tuus nuntius presentavit. gratificatur tibi nostre gratia Majestatis. dum ostendis te de nobis debitam & quam de fideli speramus. memoriam retinere. Mandamus igitur. quod in servitiis nostris te gerere studeas fideliter & prudenter & deinceps pecuniam Curie nostre custodibus generalis Erarii nostri. quod est in Castro Salvatoris ad mare juxta Neapolim. mictere studeas & facias assignari. Camelos autem quorum duo sunt masculi. & una femina. quos aput Maltam retinere te dicis pro filiis procreandis. facias custodiri. De victualibus Curie nostre tibi mandantes ut munitis Castris & aliis nostris servitiis inde faciendis. ut expedit ordinatis. id quod superest. mictas in Barbariam ad vendendum & de recepta ex eo pecunia. leopardos & pullos equinos de Barcha bene alliniatos facias emi ad opus nostrum. eosque ad presentiam nostram mictas.

Responsales Paulino de Malta.

De Vnciis. quas misit ad Erarium.

De octo camelis & leopardis duobus.

De XXXIII. augustalibus missis in exenium.

De pecunia mictenda in Castro Salvatoris ad mare.

De camelis II. masculis & I. femina.

De victualibus Curie vendendis & emendis inde equis & leopardis.

Novembr. apud Cremonam.

Pag. 28. adv.

XXIIII. *Item. De mandato domini Imperatoris facto per magistrum R. de Sugio scripsit Iacobus de Bantra Entio falconerio in hunc modum.* Quia volumus scire continentiam falconum nostrorum fidelitati tue mandamus. quatenus veraciter nobis significes si bene sit eis & quot sint,

Entio falconerio de significancia continentia falconum.

sint. & maxime quid sit de falconibus qui Malte capti fuerunt & si hoc anno falcones silvestres habuisti. & quot fuerint. totum hoc nobis aperte significes & distincte &c.

Raynaldo Trogisio ut expectet apud Pisas dominum Imperatorem cum austuris. vel quod vadat per terram ad Regem.

Item. *Rainaldo Troysio*. Fidelitati tue mandamus quatenus si lator presentium fidelis noster. te cum austuris nostris invenerit apud Pisas. ulterius non venies. set in ipsis partibus nos expectes & si forte apud Neapolim te idem inveniat Volumus ut per terram ad dilectum filium nostrum H. illustrem Regem Turrium & Gallure eum eisdem asturis debeas te conferre.

Similes scripsit idem Iohanni de Ferula veniente cum canibus.

Litere responsales ad magistrum Riccardum de Lentino.

Item scripsit idem. De mandato Imperiali facto per magistrum Albertum licteras responsales ad magistrum Riccardum de Lentin. prepositum novorum hedificiorum. Solita benignitate recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit. & quia per ipsarum tenorem intelleximus quod magnus apparatus calcis & lapidum factus est pro opere Castri nostri Cathanie. & cals ipsa devastari poterit nisi ponatur in opere supradicto. Volumus & mandamus fidelitati tue. quatenus receptis ducentis Vnciis ab hominibus Cathanie. quas ipsi nobis pro eodem opere optulerunt & centum sexaginta Vnciis a Trogisio de Calatagerone. de predicta calce & lapidibus ipsis fieri facias fundamenta. & murari de lapidibus ipsis super terram ad mensuram unius canne & ecce quod prefatis hominibus Cathanie nostris damus licteris in mandatis ut ad requisitionem tuam solvant tibi Vncias supradictas. Mandamus insuper Iustitiario ut eumdem T. ad solvendas tibi easdem Vncias qua convenit districtione compellat. tu autem factis fundamentis ipsius Castri & elevato muro in circuitu ad mensuram unius canne sicut dictum est de calce & lapidibus supradictis. deinde fieri facias apparatum de lapidibus fractis qui sunt ad Criptam Regetanam sive in illis partibus prout melius videris expedire. ut de lapidibus ipsis fieri debeat opus ipsum.

Litere ad Universos homines Cathanie pro dandis ducentum Vnciis magistro Riccardo de Lentin. quas promiserant.

Item scripsit Vniversis hominibus Cathanie. Super eo quod nuntii vestri quos ad nostram presentiam destinastis ex parte vestra ducentas Vncias auri pro incipiendo opere Castri nostri quod in terra ipsa providimus construendum. nostro Culmini obtulerunt tanto devotionem vestram favorabiliter commendamus. quanto ex hoc perpendere possumus manifeste quod erga nos puritate fidei & zelo nimie dilectionis accensi grata servitiorum exhibitione nitimini semper captare nostre benivolentiam Majestatis. Verum quia beneplaciti nostri est. quod opus ipsum incipiatur ad presens fidelitati vestre mandamus. quatenus ad requisitionem magistri R. de Lentin. prepositi hedificiorum nostrorum fidelis nostri dictas CC. Vncias pro ipso opere incipiendo taliter persolvatis ut exinde devotionem vestram &c.

Ad G. de Anglone de cogendo Trogisium de Calatagerone ut eidem magistro Riccardo centum sexaginta Vncias exhibere debeat.

Item scripsit Gualterius de Cusentia Guilelmo de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen salsum. Significavit Culmini nostro magister R. de Lentin. hedificiorum nostrorum prepositus fidelis noster. quod cum de pecunia que dudum recollecta fuit pro opere Castri nostri Auguste penes Trogisium de Calatagerone remanserint Vncie auri centum & LX. qui fuit recollector ejusdem. pecuniam ipsam renuit assignari ut debet. & quia eamdem pecuniam. Volumus eidem magistro Riccardo assignari debere pro servitiis operum nostrorum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. si tibi constiterit ita esse cogas eumdem T. districtione debita. ut pecuniam ipsam sine mora. eidem magistro R. debeat assignare.

Ad T. de Brundusio ut assignet duos austures quos tulerunt nuntii Cumianonis Cataldo Mustatio.

XXVI. *Ibidem. De Imperiali mandato scripsit R. de Petrasturmin. Thomasio de Brundusio*, Quia duos austures quos tulerunt nuncii Cumianonis ad opus nostrum te intelleximus recepisse. quos per Cataldum Mustattium Vallectum & fidelem nostrum. volumus ad presentiam nostram ferri. fidelitati tue mandamus. quatenus austures ipsos eidem Cataldo portandos per eum ad nos debeas assignare.

Ad Alex. filium Henrici de dandis expensis nuntiis & aliis venientibus de partibus transmarinis cum Falconibus loeclis. vel aliis solatiis.

Item scripsit Alexandro filio Henrici. Fidelitati tue mandamus. quatenus si nuntii de partibus transmarinis vel alii cum falconibus. Ioectis. vel aliis solatiis de partibus eisdem venerunt jam vel quandocumque venerint qui velint ad nostram presentiam se conferre sicut honori

nori & commodo nostro expedire videris necessaria usque ad presentiam nostram de pecunia Curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere. Datum.

Item scripsit G. de Tocco. ad Alexandrum filium Henrici. ut si astures ipsos penes alium invenerit quam penes Thomasium de Brundusio precipiat eos assignari eidem Cataldo ad Domini presentiam deferendos.

Item Cataldo de Papia. ut ubicumque licttere eum invenerint sine mora conferat se Melfiam, & moretur ibidem habiturus diligentem curam de avibus Domini que sunt ibi.

Pag. 19.

Novembr. in Cremona.

Litere patentes de mille salmis frumenti venditis mercatoribus de Pogibonizo.

XXVII. Novembris XIII. *Indictionis. De mandato Imperiali facto per magistrum Albertum scripsit P. de Capua litteras patentes in hac forma* F. &c. Notum facimus Vniversis. quod Ventura Perfectus Bon-Iohannes. Henricus. Bonzolinus Aldemascus de Aldemasco mercatores de Pogibonizo. fideles nostri emerunt a Curia nostra. de frumento salmas Mille ad justam salmam Regni. pro Vnciis auri Quadringentis triginta tribus & tertia. ad generale pondus Regni. quas Vncias mercatores predicti Camere nostre integre persolverunt. Quod frumentum promisimus & convenimus eis ut Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi fidelis noster de frumento presentis anni usque per totum mensem Februarii primo venturum per subscriptam Indictionem. In portu Panormi & Trapani. vel in altero eorum ipsis vel eorum alteri integre debeat assignare. Portandum extra Regnum quocumque voluerint libere & absolute. ab omni Iure Curie nostre. doane & portus. Super quo prefato Secreto dirigimus scripta nostra. Vnde ad ipsorum mercatorum &c.

Iui doane & portus pro frumento extrahendo.

Litere ad Obbertum Fallamonachum pro eisdem de assignatione frumenti.

Item. Eodem die scripsit idem litteras clausas ad Obbertum Fallamonachum Secretum Panormi sub eadem forma. Vsque. cum igitur velimus pactum & conventiones ipsis prefatis mercatoribus integro conservare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Mille salmas frumenti. de frumento presentis anni in predictis partibus & termino prefato Ventute & sociis. vel ipsorum alteri quem tibi constiterit missum per eos assignare procures libere & absolute ab omni Iure doane & portus. extra Regnum quocumque voluerint asportandas. Recipiens post assignationem frumenti prefati litteras nostras patentes. quas ipsis fecimus. & aliud scriptum competens exinde fieri facias. ad Curie nostre cautelam. Mandatum nostrum &c.

Quibus litteris sigillatis XXVI. Madii aput Neapolim in Camera resignatis. cum nichil receptum fuerit a dicto Iudice Philippo. predicto die facte sunt littere Bajulis Baroli. sicut de eisdem predicto die factis aput Neapolim inferius continetur.

Ad Iudicem Philippum de Aversa pro expensis Cataldi Mustatii.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Camera. Iudici Philippo de Aversa.* Cum mictamus in Apuliam Cataldum Mustattium falconerium & fidelem nostrum pro quibusdam avibus nostris ad nostram presentiam deferendis. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem Cataldo pro se duobus scuteriis. & tribus equis. & portitoribus avium ipsarum cuilibet pro se & equitaturis eorum & pro avibus ipsis in veniendo usque ad presentiam nostram expensas juxta assisiam Curie nostre dare procures. recepturus ab eis de hys que ipsis dederis apodixam. Datum.

Ad eumdem pro expensis R. de Logotheta.

Item. De mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit idem ad eumdem. Ecce mictimus ad partes Apulie Bartholomeum de Logotheta falconerium & fidelem nostrum. ut ibi custodiat falconem nostrum sue custodie deputatum fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem Bartholomeo pro se duobus scuteriis. & tribus equis expensas tribuas a Kalendis proximi mensis Ianuarii in antea. quousque ibidem pro servitio nostro morabitur juxta assisiam Curie nostre. recepturus ab eo de hys que sibi dederis apodixam. Datum.

Littere iste rescripte sunt per eumdem ad Alexandrum filium Henrici sub eadem data. quia Iudex Philippus non susceperat officium.

Compalatio Neapolis.

Pro Guillelmo de Mazaria.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per dominum R. de Trentenaria. scripsit G. de Cusentia Compalatio Neapolis.* Cum Guillelmum de Mazaria Val-

Valle&tum Marescalle nostre fidelem nostrum . ad partes Apulie pro nostris servitiis destinemus . fidelitati vestre precipiendo mandamus . quatenus eidem G. pro se & uno equo pro mense Ianuarii primo futuro hujus XIII. Indictionis cum usque tunc expensas de Camera nostra receperit . de proventibus Curie nostre qui sunt per manus vestras juxta assisam Curie nostre tribuatis expensas . & quia mandavimus eum pro servitiis nostris ire . & ad Curiam nostram redire velociter . Mandamus vobis . ut si forte Roncinus quem equitat . cum illuc veniet . non esset sufficiens ad nostrum beneplacitum exequendum . Vos recepto eo pro parte Curie nostre alium de pecunia Curie nostre ematis . & detis ei . quo nostra possit commode servitia percomplere . Datum .

Pag. 29. adv.

Novembr. in Cremona .

Ad A. filium Henrici ut faciat inquisitionem de pheudo. quod dicitur ad Curiam pertinere in Tursio.

Eodem die . *De mandato Imperiali facto per Magistrum T. de Suessa scripsit G. de Tocco Alexandro filio Henrici .* Ex insinuatione assertoris fidelis . nostra Serenitas intellexit quod Raynaldus de Tursio tenet pheudum unius militis in Tursio . in prejudicium Iuris nostri quod ad Curiam nostram pleno jure noscitur pertinere . Cum igitur pati nolumus quod jura Curie nostre teneantur ab aliis occupata . qui quibuslibet subjectis nostris eorum justitiam volumus conservari . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad locum ipsum te personaliter conferens . inquisitionem inde facias diligentem . Audiens nichilominus & diligenter attendens Iura que idem Raynaldus de Tursio coram te poterit presentare ac consideratis hys que per inquisitionem inveneris . & Iuribus possessoris si de jure Curie nostre tibi constiterit . & rationes possessoris inveneris deficientes . Pheudum ipsum ad manus Curie nostre studeas revocare . sic studiose & sollicite processurus . ut Ius Curie nostre si quod habet per defectum non remaneat indiscussum . Datum .

Que littere assignate sunt Riccardo de Montefuscolo Iustitiario Capitinate .

Item I. Iunii ejusdem Indictionis scriptum est in eadem forma Petro Castaldo procuratori in Apulia . quia Alexander filius Henrici amotus ab offitio non fuerat executus .

Item . De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum scripsit Iacobus de Bantra patentes licteras in hunc modum . Tenore presentium notescat Vniversis . quod Bonifacius de Albertan . & Ozaldus de Fraganisco Cives Cremonenses fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra . de Venetianis grossis libras centum pro Vnciis auri quadringentis ad generale pondus Regni ad rationem videlicet quinque solidorum per Vnciam de quibus convenimus & firmiter promisimus eis . quod Iudex Iacobus de Sanris recollector pecunie Curie nostre in Sicilia citra flumen salsum . & per totam Calabriam pro parte Curie nostre hinc ad tres menses in Kalendis videlicet proximo futuri mensis Martii hujus XIII. Indictionis de eadem pecunia Curie nostre que est per manus suas in Civitate Messane integre qualibet difficultate remota & sine majoris more dispendio quietabit . ad hujus autem &c.

Lictere patentes de centum libris Venetianorum grossorum mutuatis in Camera domini Imperatoris pro quadringentum Vnciis auri ad generale pondus a Bonifacio de Albertan. & Ozaldo de Fraganisco de Cremona.

Item scripsit idem Iudici Iacobo de Santis recollectori pecunie . ut predictas quadringentas Vncias ad generale pondus solvat eisdem de pecunia Curie que est per manus suas . in termino constituto . omni mora & occasione remotis & recipiat ab eis patentes licteras exinde ipsis factas & faciat fieri de solutione aliud scriptum competens ad Curie cautelam .

Scriptum est etiam Majori de Plancatone Secreto Messane . ut si prefatus Iudex Iacobus recollector . aliquo casu interveniente dictas quadringentas Vncias non solveret Cremonensibus suprascriptis . sic cum eodem recollectore procuret quod undecumque & quomodocumque pecuniam habere poterunt . quantitatem predictam sine majoris more dispendio solvant ipsis in predicto termino pretaxato.

Ad Secretum Panormi pro sclavis & dactalisto.

XXVIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Petrasturm. scripsit G. de Cusentia . Obberto Fallamonacho Secreto Panormi .* Fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus de sclavis nigris Curie nostre si habes ex eis . vel si non habes de sclavis Curie nostre . emas de pecunia nostra usque ad quinque . qui habeant a XVI. vel XX. annis supra .

& ipsos

& ipsos instrui facias ad sonandum tubas. quorum quatuor doceantur ad tubas. & unus ad tubectam. & ipsos instructos cum quatuor tubis. & una tubecta ad presentiam nostram quam citius poteris. debeas destinare. & quia intelleximus. quod quidam de Iudeis qui nuper ad habitandum Panormum venerunt. Volunt facere dactulitum nostrum Panormi fructificare cum exinde sint instructi. Mandamus tibi. quod ordines cum eisdem. ut ad hoc faciendum intendant etiam si de jure Curie nostre quod debent. eis proinde aliquid debeas relaxare.

Ad O. Fallamonachum Secretum Panormi pro Nicoloso de Nigro.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum de Suessa scripsit G. de Cusentia Oberto Fallamonacho Secreto Panormi. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus secundum quod tibi mandavimus. de assignandis victualibus Nicoloso filio Ansaldi de Nigro fideli nostro. Victualia ipsa sibi assignes. juxta priorum nostrarum continentiam licterarum. Datum.

Pag. 30. adv.

Mense Decembris XIII. Indictionis in Parma.

Responsales ad Henricum Abbatem & Iudicem Majorum.

I. Decembris XIII. Indictionis. Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum de Trajecto ad Henricum Abbatem. & Iudicem Majorum scripsit Notarius Rogerius de Salerno. Benigne recepit Serenitas nostra &c. De eo vero quod de accessu vestro ad presentiam nostram scire petistis nostre beneplacitum voluntatis mandamus vobis quatenus felicem adventum nostrum aput Pisas expectetis eum pecunia & rebus aliis quas portastis. Interim tamen studeatis habere Saggitiam & Galeas... sellerias & convocatis ipsis ut in eis res quedam Curie nostre deferri valeant Neapolim.

Iohanni de Calatabellotta. & Henrico de Maçaria nuntiis Obberti Fallamonachi Secreti Panormi.

Item eodem die. De superiori mandato. ad Iohannem de Calatabellotta & Henricum de Maçaria scripsit idem. Intelleximus vos cum pannis sericis. & Ioettis aliis quas per vos Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi fidelis noster misit excellentie nostre pervenisse aput Pisas. Et quia sumus in procinctu itineris veniendi ad partes ipsas. Mandamus vobis. quatenus felicem adventum nostrum expectetis in Pisas cum rebus omnibus quas portastis. habituri diligentem custodiam de rebus ipsis.

Responsales ad Obbertum Secretum Panormi.

Idem eodem die. De superiori mandato Responsales licteras ad Secretum Panormi scripsit idem Notarius. Consueta benignitate &c. Super eo vero quod continebatur in ipsis de Iure portus & doane quod in receptione tareni & quarte tareni. de Molendino. furno. & Mundillo. in quibus Severinus de Calatasim. & Gaytus Panormi in dampnum nostre Curie sicut asseris te perturbant. cum omnia ista spectent ad officium Secretie quod sollicitudini tue noviter est commissum. Mandamus tibi. quatenus tam de predictis. quam de omnibus aliis que ad officium tuum spectant illud facere & ordinare procures quod ad honorem & augmentum commodi Curie nostre utilius videris redundare. de frumento vero dando Henrico de Nigro. & Ansaldo de Mari Ianuensibus facias sicut tibi per alias licteras nostras mandavimus.

Henrico Abbati pro assignandis decem milibus & quadraginta Vnciis Iohanni Girardini de Trano.

VI. Ibidem. De Imperiali mandato facto per Magistrum Alber. de Cathania. scripsit P. de Capua. F. &c. Henrico Abbati &c. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Iohanni Girardini de Trano latori presentium fideli nostro. de pecunia per te in Galeis nostris delata. Decem Milia Vnciarum ad pondus Curie nostre debeas assignare. mictenda Militibus nostris morantibus in Marchia Trivisina. Pondus enim Curie nostre quo ipsa pecunia ponderari debet. consimile ponderi Camere nostre tibi mictimus per eumdem. quod eidem debeas resignare. ut ipse eandem pecuniam ad idem pondus sicut recepit. exolvat. Mandamus preterea tibi. quatenus quadraginta Vncias ad dictum pondus pro emendis someriis & expensis necessariis faciendis eidem Iohanni assignes. Et recipias ab eo de omnibus que sibi dederis apodixam. quem ita studeas expedire velociter. ut ad nos redire valeat sine mora. Datum &c.

Pag. 31.

Decembr. in Parma.

De mutuo Romanorum.

VI. De Imperiali mandato facto per magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia

Littere patentes pro mutuo Romanorum de Vnciis CCLXXVI. pro Petro Bonfiliolo.

tia litteras patentes in hunc modum F. R. &c. Notum facimus Vniversis tam presentibus quam futuris. quod Petrus Bonfiliolus mercator Romanus fidelis noster mutuavit nobis & assignavit in Camera nostra de Venetianis grossis . libras LXVII. solidos XVII. pro Vnciis auri ducentis septuaginta sex ad generale pondus Regni ad rationem de solidis V. minus denario I. per Vnciam . de quibus Vnciis promisimus & convenimus ei . ut Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi fidelis noster de pecunia Curie nostre que est per manus suas de hine ad tres menses . videlicet per totum sextum diem mensis Marcii primi futuri . hujus XIII. Indictionis sine defectu & majoris more dispendio debeat quietare eumdem . sive certum nuncium vel procuratorem ipsius . Si vero quod omnino nolumus . aliquo accidente casu predictus solutionis terminus pertransiret . deinde in antea quamdiu solutio differretur . de singulis centum Vnciis . tres Vncias auri per mensem ad generale pondus Regni dictus Secretus de pecunia Curie nostre pro dampnis & interesse ei solvere tenetur & debet . & nichilominus cum integritate persolvere Vncias supradictas . ad hujus autem rei memoriam . & predicti mercatoris cautelam . presentes litteras nostras fieri & sigillo Majestatis nostre jussimus communiri . Datum &c.

Ad Secretum Panormi pro mutuo antedicto de Vnciis CCLXXVI. pro Petro Bonfiliolo.

Eodem die scripsit eidem Secreto Panormi . Notum facimus fidelitati tue &c. *ut supra per omnia usque ad* hujus. *sequitur preterea* . Quare fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus adveniente termino supradicto . predictas ducentas septuaginta & sex Vncias auri. ad generale pondus Regni dicto Petro seu certo nuncio . aut procuratori ejus de pecunia Curie nostre que est per manus tuas . pro parte Curie nostre . sine majoris more dispendio solvas . & si forte ut predictum est . aliquo casu . ipsius solutionis terminus transiret . deinde in antea quamdiu solutio differretur . de singulis centum Vnciis . tres Vncias auri ad dictum pondus per mensem . pro dampnis & interesse . de eadem pecunia Curie nostre persolvas . provisurus tamen . ut predicto termino quietetur . ne per moram . Curia nostra dispendium usurarum incurrat . tu autem soluta ipsa pecunia . patentes litteras nostras quas de ipso mutuo sibi fieri fecimus . recipias ab eodem . facturus etiam aliud scriptum competens de solutione ipsa ad Curie nostre cautelam. Datum .

Ad Secretum Panormi pro Andrea de Camera & fratribus de Vnciis CCCIII $\frac{1}{4}$.

Similes scripsit & apertas . & clausas ad eumdem Secretum Panormi pro Andrea de Camara . Paulo & Petro fratribus ejus. de libris Venetianorum grossorum LXXIIII. *solidis* XII. *& denariis* II. *pro Vnciis* CCCIII $\frac{1}{4}$.

Ad eumdem Secretum Panormi pro Paulo Malagrum. & sociis de Vnciis CCLXXVIII $\frac{1}{4}$.

Similes scripsit & apertas . & clausas pro Paulo Malagrum. Luca de Ienar. & Andrea de Ienar. de libris Venetianorum grossorum LXVIII. solidis VIIII. & denariis IIII. pro Vnciis CCLXXVIII $\frac{1}{4}$.

Similes per omnia tam apertas quam clausas scripsit Iacobus de Banæa ad eumdem Secretum pro Thomasio Sarsigna . Iohanne Sarsigna fratre ejus . & Nicolao Donadei de libris Venetianorum grossorum XLVIIII. solidis III. & denariis IIII. pro Vnciis auri ducentis ad generale pondus .

Similes tam apertas quam clausas scripsit idem ad eumdem pro Senebaldo Iordan. Romano filio ejus . Iohanne Petri & Iordano fratre ejus . de libris Venetianorum grossorum XLII. & denariis VIIII. pro Vnciis auri centum LXX. & una ad dictum generale pondus .

Decembr. in Parma .

Pag. 31. adv.

Ad custodes Erarii Salvatoris ad Mare pro Andrea de Camara & fratribus Romanis.

VII. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum . scripsit G. de Cusentia Marino de Valle . Angelo de Marra . & Iudici Eufran. custodibus Erarii Salvatoris ad Mare. Notum facimus fidelitati vestre . quod Andreas de Camara . Paulus & Petrus fratres sui mercatores Romani fideles nostri in Castris prope Castellionem VI. die Septembris primi preteriti hujus XIII. Indictionis mutuaverunt & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras nonaginta unam . pro Vnciis auri CCCLXIIII. ad generale pondus Regni . de quibus Vnciis promisimus eis ipsos facere quietari in Regno secundum formam patentium litterarum nostrarum quas inde eis fieri fecimus . in quibus etiam continetur distincte quid in antea debent habere pro interesse . si solutionis ter-

mi-

minus differretur. & mandavimus per licteras nostras Angelo de Marra ut predictos mercatores de pecunia ipsa secundum formam licterarum nostrarum patentium & earum quas sibi misimus in statuto termino quietaret. Verum quia medio tempore predictum Angelum de Marra. ab officio quod habebat contingit amoveri. propter quod volumus mercatores ipsos per vos de pecunia Erarii nostri persolvi fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus si mercatores predictos predictas licteras nostras tam patentes quam alias quas misimus Angelo pretaxato. vobis assignaverunt vos ipsas recipiatis. & eos secundum formam licterarum ipsarum de pecunia Erarii nostri que est per manus vestras quietetis tam de sorte quam de interesse. & receptis predictis licteris. nichilominus de solutione ipsa fieri faciatis aliud scriptum competens ad Curie nostre cautelam. & si forte vos omnes presentes non eritis. quicumque vestrum presens fuerit. nostrum beneplacitum exequatur. mora aliqua non protracta. ne per moram Curia nostra dampnum incurrat. Datum.

Ad R. de Montefuscolo Iustitiarium Capitinate. Responsales super duello.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit Rogerius de Salerno Riccardo de Montefuscolo Iustitiario Capitinate.* Recepit Serenitas nostra licteras tuas benivolentia consueta. & processum questionis habite inter Vinciguerram de Corneto. Guillelmum de Selegardo. & Petrum Trarum vidimus & intelleximus diligenter. Super eo vero quod consultasti excellentiam nostram utrum Majestati nostre placeret. ut super accusatione Maledicti. duellum inter eos fieri debent celsitudini nostre placet ut inter ipsos coram te duellum fieri debeat & compleri. Datum.

Ad Iudicem Philippum de Aversa pro Venetis mercatoribus qui vendiderunt faldistorium.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum scripsit Iohannes Idront. in hac forma. F. R. &c. Philippo de Aversa collectori pecunie in Capitinata. Basilicata. terra Bari. & Idronti &c.* Exposuerunt excellentie nostre Lambinus Petrus Donatus & Petrus Caldara mercatores Veneti fideles nostri quod cum Thomasius de Brundusio receperit quondam in mandatis a dilectis familiaribus & fidelibus nostris pro parte nostra. ut eos quietaret de pecunia eis conventa pro faldistorio & aliis Ioettis nobis ab eisdem venditis. dictus Thomasius partim eisdem de ipsa pecunia solvit & quedam quantitas ut asserunt remansit ad solvendum. quam ab eo habere non possunt pro eo quod ab officio est amotus. Verum quia nostre voluntatis est ut dicti mercatores de eo quod remanserit integre quietentur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si est ita quicquid de ipsa pecunia mercatoribus ipsis a Curia nostra debita tibi constiterit per confessionem dicti Thomasii de Brundusio remansisse ad solvendum eisdem. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. dictos mercatores sine more dispendio pro parte Curie nostre studeas quietare. Recepturus ab eis licteras nostras patentes exinde ipsis factas & alias si quas habent exinde rationes & facturus fieri aliud scriptum competens de solutione ad Curie nostre cautelam.

Pag. 32.

Sequitur de eisdem mercatoribus.

Decembr. apud Pontem Termilii.

Pag. 32. adv.

R. Pissono Iustitiario Aprutii de Castris Gentilis de Popleto.

XI. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius B. Piscione Iustitiario Aprucii &c.* Noverit fidelitas tua. quod multis presumptionibus exigentibus Gentilem de Popleto capi fecimus. & in carcere detinetur. Quare mandamus quatenus omnimode ordines. quod statim capias ad manus Curie nostre Castra terram. & omnia bona sua. alioquin ita procedens quod Castra si ea habere non poteris. muniri non possint. Vnde possit aliquid in partibus ipsis oriri. Sis autem in hoc sic diligens & fidelis. ut qualis sis. opere cognoscamus.

R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris pro G. de Vayrano.

Item. Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris & Comitatus Molisii &c. Pervenit ad audientiam nostram. quod Gilibertus de Bayrano nepos episcopi Calenensis de partibus ultramarinis. qui per Curiam nostram dudum cum aliis ad nostra servitia missus extiterat sine licentia Marescalci fidelis nostri in Regnum ad propria est reversus. Cum igitur contemptum hujusmodi nolimus sub dissimulatione transire. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si tibi constiterit ita esse. ipsum capias de persona.

fona . & bona ipfius omnia debeas ad opus noftre Curie infifcare . quicquid inde feceris & inventum fuerit noftro Culmini citiffime refcripturus.

Pag. 33.

Decembr. apud Sarzan.

Lictere ad B. Piffonum Iuftitiarium Aprutii pro fortellitiis Gualterii. & Gentilis de Poppleto.

XIIII. *Decembris. De mandato Imperiali facto per dominum Raonem. & magiftrum R. de Sugio. fcripfit Iacobus de Bantra B. Piffono Iuftitiario Aprutii.* Quia Gualterius de Poppleto de Curia noftra inlicentiatus & fugitivus receffit. & ex ejus fuga merito fufpectus habetur. fidelitati tue diftricte precipiendo mandamus. quatenus actentus exiftas. ut fi ad partes ipfas venerit eum capi facias. & captum diligentius cuftodiri. preterea mandamus ut ftatim receptis hys licteris omnes fortellitias ipfius G. capias & ad opus Curie noftre actentius facias cuftodiri. & fi forte fortellitias ipfas habere non poteris. fic procedas. ut nullatenus ipfe muniri poffint. id idem de fortellitiis Gentilis de Poppleto faciens. ficut per alias licteras noftras tibi pridem dedimus in mandatis. taliter circa hoc ftudiofus exiftens ut poffimus te exinde metito commendare.

H. Abbati ut affignet vackettam Magiftro T. Filofopho.

XV. *De Imperiali mandato facto per dominum P. de Calabria. fcripfit Laurentius H. Abbati &c.* Cum magifter Theodorus Filofophus fidelis nofter in Regnum de noftra licentia revertatur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus Vackettam Ifcle coopertam. Curie noftre que nuper venit cum galeis. & eft apud Pifas. eidem pro reditu fuo ftatim bene paratam. & munitam. debeas affignare.

O. Fallamonacho &c. Refponfales fuper mutuorum refiduo.

Eodem die. De mandato facto per magiftrum Albertum. fcripfit G. de Tocco. Oberto Fallamonacho Magiftro Portulano in Sicilia &c. Solita benignitate fidelitatis tue &c. & que continent intelleximus diligenter. Quod autem fignificafti per eas. quod ad licteras noftras continentes ut refiduum quantitatis pecunie quam Cintius Stephani de Philippo. Thomafius Sarfigna & P. Bonfiliolus mercatores Romani noftre Camere mutuaverunt juxta quantitatem ipforum eis folveres. de qua quantitate refidua per licteras Venerabilium Capuani Archiepifcopi. & Ravellenfis Epifcopi fidelium noftrorum tibi certitudo debita fieret. tu ad licteras folius Ravellenfis Epifcopi non habentes figillum Archiepifcopi Capuani. ficut noftre lictere continebant fatisfecifti predictis mercatoribus. de tota quantitate debiti cum eis fatisfactum in parte aliqua non fuiffet. & quia cautelam adhibere curafti. mictens pecuniam & mercatores ipfos ad Curiam noftram cum tuo nuntio fpetiali. pro eo. quod mandatum noftrum de folvendo eifdem quantitatem refidui debiti. & lictere folius prefati Ravellenfis Epifcopi totam quantitatem folvendam de ipfo debito continebant cum per licteras utriufque fcilicet Capuani Archiepifcopi. & Ravellenfis Epifcopi tibi fides fieri debuiffet. placet nobis quod inde fecifti. & mercatores ipfos. & nuntium tuum in Curia noftra fecimus expediri. dantes noftris lictetis in mandatis R. de Amic. &c. ut omnes licteras & cautiones factas inter te & Romanos predictos. & penes eum de communi voluntate depofitas tibi ad cautelam Curie noftre & fecuritatem tui debeat refignare. Datum.

Ad R. de Amic. &c. pro eodem Obberto Fallamonacho.

Item fcripfit eidem R. de Amic. &c. ut omnes licteras. & cautiones factas inter eumdem Obertum Fallamonachum & mercatores Romanos penes eum de communi voluntate ipforum depofitas quoufque factum ipfum ad noftram notitiam deveniret ipfi Oberto ad cautelam Curie & fecuritatem fui debeat affignare.

Item. De mandato facto per Magiftrum R. de Trajecto. fcripfit idem. Refponfales ad Andream de Cicala Capitaneum &c. Licteras devotionis tue folita benignitate recepimus. & que continebant inteleximus diligenter ftudium & follicitudinem que in fervitiis noftris oftendis plurimum commendamus. & ecce quod fuper omnibus capitulis que mififti tibi noftrum beneplacitum refpondemus. Primo quidem de Caftro fito inter Reate. & Spoletum quod utile dicitur Regno noftro. & vendi debuit nobis per dominos ejus duos fratres videlicet. quos ad venditionem ipfius orta inter eos difcordia deducebat & nunc concordes effecti. videntur utrumque ficut fcripfifti a propofito refilire. placet excellentie noftre ut diligenter inquiras

De Caftro quod eft inter Reate & Spoletum.

qui

qui ſint ipſi fratres domini dicti Caſtri. quo loco Caſtrum ſitum ſit. quod commodum poſſet ex eo noſtro Culmini provenire. qualiter ſit munitus locus quo Caſtrum eſt poſitum. & pro quanto pretio haberi poſſit. & quid valeat Caſtrum quod requirunt a nobis. & omnia diligenter exquiſita nobis ſignifices ſeriatim. interim tenens dominos ipſos per verba bona. fiducie bone & noſtre grarie promiſſiva. Nos enim cum ad partes vicinas cito domino faciente venerimus. quid inde nobis placeat ſtatuemus. De Montecaſino ubi C. ſervientes ad cuſtodiam ſtatuiſti cum non ſufficerent XL. ibidem primitus ordinati. placet noſtre excellentie quod feciſti. Placet etiam quod ſervientes ipſi & alii apud Pontemcurvum ſtatuti. pro dimidio de proventibus Monaſterii Caſinenſis. & pro dimidio de pecunia noſtre Curie ſolidentur. & ecce ſuper hoc G. filio Laurentii de Sueſſa proviſori Caſtrorum noſtrorum terre Laboris noſtras licteras deſtinamus. De Caſtris que tenet Abbas ſuper Introdocum. mandamus fidelitati tue. ut ſtudioſe & caute procures. ſive per vocationem. & detentionem condecentem Abbatis ſive furto clandeſtino dummodo fiat ſine murmure & ſcandalo regionis quod Caſtra ipſa deveniant ad manus tuas & tunc ea facias dirui per quorum diruitionem quietus ſtatus regionis & noſtra indempnitas procuretur diligenter adtendens. quod incipiens ſis ſecurus ne decidas ab inceptis. de tractatu per te cepto quod Civitas Reatina ad ſervitia noſtra veniat vel ſaltim. quod Pape reſiſtat. & a ſuo ſervitio ſubtrahatur. volumus quod expendas de pecunia noſtra curam habiturus & ſtudium qualiter tractatus talis ad finem obtatum & debitum deducatur tales enim expenſas commodis noſtris aſcribimus fructuoſas. De Mathia nepote Pape capiendo placet nobis tractarus habitus. & eum ad finem devenerit plus placebit. Cures igitur & labores ut in captione ejus noſtre ſicut effectus complaceas Majeſtati. qui per aliquod aliud ſervitium non poſſes noſtris aſpectibus te reddere gratiorem. De mora tua per Regni confinia placet nobis ut ubicumque vides noſtris ſervitiis expedire per partes ipſas moreris. ſive apud Sanctum Germanum. ſive in Marſia. ſeu Aprutio. ita quod partes ipſe ſepius ſicut expedire videris viſitentur. De Caſtro Poperi. quod huc uſque Tholomeus de Caſtellione quondam Iuſtitiarius Aprurii fecerat cuſtodire. Volumus ut illud ad manus noſtras recipias. & ſtatuas cuſtodiri competenti ſervientium numero ad ipſius cuſtodiam deputato. De Rocca de bucte poſita prope Roccam de ſerracinifco. placet nobis. ut quia filii Andree quondam de Montone fideles noſtri ſunt. & Thomaſius de Caſtilione fidelis noſter eſt. Rocca ipſa ad preſens de ipſorum cuſtodia non tollatur. Balium vero filii ejuſdem Andree pupilli quod ad Curiam noſtram ſpectat volumus. ut per B. Piſcionum Iuſtitiarium Aprutii diligentia debita facias procurari. Roccam de Macclatumone per B. filium Tholomei de Caſtilione. volumus ad opus noſtrum cuſtodiri. preſenti tempore. ſicut eam ſibi H. de Morra &c. cuſtodiendam commiſit. Inquiſitionem contra impoſitores & collectores juxta mandatum noſtrum facias diligenter & ſine mora prout expediens ſervitiorum noſtrorum tibi tempus adducet que huc uſque ſuit ſicut ſcripſiſti. per alia noſtra ſervitia retardata. De Caſtro quod dicitur Matutin. ſubtus Longianum. in quo domini male ſe gerentes in noſtris ſervitiis edificare preſumpſerunt municipium ut ſcripſiſti contra. Conſtitutionum noſtrarum tenorem volumus ut quocumque modo poteris Caſtrum ipſum ad opus noſtrum capias. ut domini ipſi tranſgreſſores culpam pena indice fateantur. De ſervientibus ſtatuendis in Montecaſino. & aliis famoſis Caſtris de Regni confinio quos dicis minus idoneos ſi fuerint pagienſes. placet nobis proviſio tua. & volumus ut de aliis partibus infra Regnum advoces & ſtatuas eos ibi. ordinaturus eis pro ſolidis tres tarenos auri per menſem. Ecce inſuper. quod per patentes licteras precipimus Vniverſis Iuſtitiariis Regni noſtri. ut ad requiſitionem tuam. mictant ad te ſervientes de Iuſtitiariatu eorum fideles. de fidelium genere nrtos. divites. fratres & conſanguineos habentes. ad Caſtrorum predictorum de confinio Regni cuſtodiam

De Monte Caſino.

De Caſtris Abbatis ſuper Introducum.

Pag. 33. adv. Decembr. in Sarzano. *Sequitur de eodem.*

De tractatu Civitatis Reatine.

De Mathia nepote Pape capiendo.

De mora ipſius.

De Caſtro Poperi.

De rocca de bucte.

De Rocca de Macclatumone.

De inquiſitione contra impoſitores & collectores.

De Caſtro Matutin.

De ſervientibus in Montecaſino & famoſis aliis Caſtris de confinio.

De militibus Sicilie vel Calabrie.

diam deputandos. Milites Sicilie vel Calabrie tecum habere in comitiva expedire non videmus ad preſens. Caſtella-

De Caſtellanis minus idoneis.

nos minus idoneos quos inveneris in Caſtris eorum cuſtodie deputatis cum conſilio proviſoris Caſtrorum & Iuſtitiarii regionis illius volumus amoveri . & in locum eorum fideles & idoneos ſubrogari . exceptis Caſtellanis illorum Caſtrorum qui ſpecialiter eidem proviſori ſemotim tranſcripta in cedula quadam tranſmiſimus . quorum amotionem noſtre conſcientie reſervandam duximus. Tu autem de Caſtellanis ipſis nichilominus inquiras . ſi forte aliquis eorum minus idoneus appareret . & quod de eis forte minus idoneus inveneris . nomen uniuſcujuſque . & unde ſint oriundi . nobis diſtincte & ſeriatim ſignifices. ut quod nobis placuerit ſtatuamus. De

De Caſtello Neapolis.

cuſtodia Caſtri Neapolis tam in militibus . quam in numero ſervientium & vidandarum ſtatueramus prius quam ad nos tue lictere pervenirent. Milites autem deputatos ibidem eſſe facias ſine equis . quia non ſunt ad Caſtri cuſto-

De trabuchis Pape.

diam oportuni . De trabuchis & machinis que Papa fieri facit in Caſtris ſuis. volumus ut ſi umquam fieri poteſt . igne ſeu aliquo quocumque modo fa-

De baliſtis dividendis per Caſtra.

cias devaſtari . Baliſtas quas Thomaſius de Montenigro Iuſtitiarius &c. & Angelus de Marta fieri facient . & tibi aſſignabunt dividas per Caſtra noſtra ſicut tibi dedimus vice alia in mandatis. de nunciis tuis mictendis cum neceſſe fuerit & ſervitio noſtro expedierit . pla-

Pro expenſis dandis nunciis.

cet nobis quod expenſe neceſſarie & competentes eis date . tibi in tuis rationibus computentur. Quod facias ve-

De Vxore ſua vocanda in terra Laboris.

nire Vxorem tuam ad te moraturam in terra Laboris . petitioni tue ſatisfacimus . & excellentie noſtre placet . ut eam cum familia ſua facias eſſe in Caſtro noſtro Theani . quod competenti loco poſitum . ſatis eſt proceſſibus tuis accomodum . quod ut tibi aſſignet . Ca-

De Caſtello Theani eidem aſſignando.

ſtellano Theani damus noſtris licteris in mandatis . quod Caſtrum cum diligentia debita ad honorem & fidelitatem noſtram facias cuſtodiri . cum expenſis tuis . Datum &c.

Ad G. filium Laurentii proviſorem Caſtrorum terre Laboris pro expenſis Montis Caſini & Pontiſcurvi.

Item . De eodem mandato ſcripſit G. filius Laurentii de Sueſſa proviſori Caſtrorum terre Laboris . Quia beneplaciti noſtri eſt . ut C. ſervientes deputati ad cuſtodiam Montis Caſini . & illi qui ſunt in cuſtodia Pontiſcurvi . de proventibus Monaſterii Caſinenſis pro dimidio . & de pecunia Curie noſtre pro alio dimidio habere debeant ſolidos & expenſas . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas . ſervientibus ipſis ſtatutis in Montecaſino & Pontecurvo . pro dimidio expenſas & ſolidos debeas miniſtrare . Datum &c.

Patentes lictere ad Iuſtitiarios Regni pro mictendis ſervientibus ad A. de Cical. &c.

Item . Patentes licteras Iuſtitiariis Regni. Cum Caſtra noſtra & munitiones de confiniis Regui noſtri . velimus cuſtodiri per ſervientes fideles noſtros qui duxerint originem in partibus remotis ab illis . quibus Caſtra ſunt ſita & mandaverimus A. de Cicala &c. ut ſervientes ad munitionem noſtrarum illarum partium cuſtodie deputandos . per partes Regni remotas ab illis quibus Caſtra ſunt ſita faciat evocari . fidelitati veſtre precipiendo mandamus . quatenus ad requiſitionem predicti Capitanei tot ſervientes . quot a vobis duxerit requirendos fideles . de fidelium genere ortos qui fratres ſeu filios & conſanguineos habeant . ad eundem mictere procuretis . ſtatuendos ad cuſtodiam municionum ipſarum prout ipſe viderit expedire . cui dedimus in mandatis ut cuilibet ſervientium ipſorum tres tarenos auri per menſem ſtatuat exhiberi . Datum &c.

Pag. 31. Decembr. Sarzani.

Caſtellano Theani ut aſſignet Caſtrum A. de Cicala &c. pro Vxore ſua.

Item Caſtellano Theani . Quia A. de Cicala &c. fideli noſtro dedimus licentiam ducendi uxorem cum familia ſua in terram Laboris . & placet nobis quod in Caſtro noſtro Theani ipſam uxorem ſuam faciat permanere . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus Caſtrum Theani . eidem A. de Cicala Capitaneo pro manſione Vxoris ſue predicte debeas aſſignare . qui ipſum faciat ad honorem & fidelitatem noſtram ſicut expedierit cuſtodiri cum expenſis ſuis . Tu vero de hys que in Caſtro ipſo aſſignaveris tria ſcripta authentica conſimilia fieri facias . Vnum tenendum ab ipſo A. aliud a te . tertium ad noſtram Curiam tranſmictendum . Datum.

XV. Menſis Decembris . mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum de Trajecto . ad Iuſtitiarium Principatus Re-

Responsales licteras scripsit Notarius R. de Salerno. Benigne &c. Studium & sollicitudinem tuam habitam juxta mandatum nostrum de requirendis & invisendis castris sitis circa Beneventum . nec non & de Castro Montisfusculi ex opere commendantes. Super eo vero quod significasti nobis quod nonnulli de habitatoribus Beneventi qui fuerunt de Regno . & dudum se contulerunt in Beneventum libenter exirent ad habitandum & immorandum in Regnum & jurarent quod nullo umquam tempore apud Beneventum intrarent ad habitandum. super quo nostrum beneplacitum postulasti . scire te volumus quod ex quo non sine derogatione honoris nostri se contulerunt ad habitandum aput Beneventum . expedire videmus honori nostro ut in libertate quam sibi elegerunt fame pereant & in ipsa contabescant . nec aliquem volumus quod ex eis permictas exire. Immo omne studium & omnem curam & diligentem sollicitudinem adhibeas quod nulla omnino commoditas rerum venalium . seu aliarum rerum victui necessariarum ad Beneventanos modo aliquo per fideles nostros vel alios deferatur . non permictentes quod Barones ipsarum partium Castra sua reparare presumant. seu in aliquo aliquod de novo construere in eisdem absque nostre celsitudinis speciali mandato . studeas tamen quod iidem Barones alias muniti sint. juxta sacrarum nostrarum priorum continentiam licterarum. Quod autem significasti nobis te aput Montemfusculum contulisse cum familia tua & ibi esse pro servitiis nostris. placet nobis. & tuum inde studium commendamus. Quia tamen scripsisti per eas quod te oportet ad refrenandas insolencias hominum. & ad reddenda Iura. & fovendam Iustitiam per Iurisdictionem tuam aliquando equitare. Cum nolimus quod Iustitia alicubi per Regnum nostrum aliquo eventu in aliquo minuatur. Volumus ut dimissa in Montefusculo familia tua & ordinato quod de Castro vel terra nullum dampnum vel periculum possit evenire per partes Iurisdictionis tue cum expedit te conferas justitiam observes omnibus. & punias excessus & corrigas insolencias malefactorum. nichilominus tamen quocumque divertas vicissim redeas in Montemfusculum & partes Benevento vicinas. & ecce quod juxta consilium tuum hominibus Montisfusculi nostras licteras destinamus tu vero secundum quod expedire videris servitia nostra &c.

De habitatoribus Beneventi qui volunt exire quod non permictantur exire.

Quod nullum commodum afferatur Beneventanis.

Quod non presumat nullus Baronum reparare Castra.

Quod ipse Iustitiarius conferat se per Iurisdictionem suam pro servanda Iustitia.

Item . De superiori mandato . scripsit idem notarius ad Vniversos homines Montisfusculi . Grata satis est in conspectu nostri Culminis fides vestra & exhibitio gratorum servitiorum vestrorum acceptabilem representat coram nobis devotionem vestram . quam sicut Thomasius de Montenigro Iustitiarius Principatus Majestati nostre per suas licteras nunciavit. exhibuistis ad ipsius requisitionem in nostris servitiis laudabiliter commendandam . propter quod gratiam nostram nobis vendicastis de bono in melius favorabilem & benignam. Vt igitur continuatio servitiorum gratorum benivolentiam nostram vobis confirmet in omnibus que bonum vestrum respiciant & augmentum. fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus in fidelitate & devotione nostra purum animum habentes. servitia nostra sic studeatis peragere tam ad requisitionem Iustitiarii supradicti . quam in omnibus aliis que honorem nostrum respiciunt & videritis expedire. taliter vos gerere studeatis. quod a Majestate nostra pro exhibitis & exhibendis gratis servitiis fructuosa merita reportetis.

Vniversis hominibus Montisfusculi.

Decembr. in Sarzan. Pag. 34. adv.

XIV. mensis Decembris XIII. Indictionis apud Burgum Sarzani . facte sunt lictere de Imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea ad Riccardum de Pulcar. scripsit Angelus de Capua . Innotuit Celsitudini nostre quod cum olim de mandato nostro quedam possessiones & domus quas magister Iohannes de Laurentio habuerat in Capua & pertinentiis ejus essent ad manus nostre Curie revocate. Angelus de Marra fidelis noster res ipsas illis procuratoribus qui res alias Fisci nostri in Capua procurabant commictere noluit set Barnabe Caphioni & Orlando de Aversa civibus Capuanis hominibus quidem levis vite & fame non bene commisit eas ad opus nostre Curie procurandas qui sicut au-

Ad Riccardum de Pulcar. quod Barnabam Caphionem & Orlandum de Aversa amoveat ab administratione possessionum quas habuerat Ioannes de Laurentio in Capua . commictat eas aliis procuratoribus qui res alias Fisci procurant in Capua.

audivimus de redditibus & proventibus ipſarum rerum magnam partem in uſum & utilitatem propriam converterunt potius quam augmentum noſtre Curie procurarent in Fiſci noſtri non modicam leſionem quod ſi verum eſt. ſatis noſtre diſplicet Majeſtati. Vnde cum in procurandis rebus ipſis duplicatas expenſas noſtram Curiam facere non velimus. & prefatos B. & Orlandum veluti ſue fidei prodigos & ſacramenti temerarios contemptores quo res Fiſci noſtri non minuere ſet augere debuerant nolumus de commiſſis exceſſibus impunitos tranſire quin debitam proinde ſentiant ultionem. fidelitati tue precipimus & mandamus quatenus ſi tibi conſtiterit de premiſſis. prefatis B. & Orlando ab amminiſtratione predictarum rerum amoveas & rebus eiſdem. illis qui res alias Fiſci noſtri procurant in Capua aſſignatis ad opus noſtre Curie fideliter procurandis ſepedictos B. & Orlandum taliter punire ſtudeas de omnibus ſupradictis quod ſumas ab ipſis proinde penam debite ultionis. Ita quod eiſdem commiſſa lugentibus alii terreantur ceteri qui res Fiſci noſtri receperint procurandas. in procurandis eiſdem non tam in utilitatem eorum quam in comodum & augmentum noſtre Curie fideliter & diligenter intendant. & nos ſtudium tuum proinde commendare poſſimus.

Reſponſales ad Iuſtit. Aprutii.

Eodem die. De eodem mandato Imperiali facto per Magiſtrum Riccardum ſcripſit Notarius Gualterius de Ocra licteras infraſcriptas.

F. R. &c. *Boamundo Piſſone Iuſtitiario Aprutii fideli ſuo &c.* Benigne recepit excellentia noſtra licteras quas tua nobis devotio deſtinavit & quod ſignificaſti per eas intelleximus ad plenum ſtudium & ſollicitudinem tuam quam in ſervitiis noſtris habere te novimus commendando. Super eo autem quod intimare curaſti videlicet de hominibus Caſtri quod dicitur Civitas ſancti Angeli quos exigente ipſorum malitia ſicut decuit proceſſiſti diruendo muros ejuſdem loci. comburendo cauponas & domus. homines ſuſpendendo. mutilando forbanniendo & perpetuo ammovendo Celſitudini noſtre placet. & volumus quod locus ipſe perpetuo deſoletur. Super alio quod ſignificaſti nobis videlicet quod cum Henricus dilectus filius noſter Rex Turrium & Gallure tibi preceperit ut pecuniam undecumque & quantamcumque haberes ſibi pro noſtris ſervitiis deſtinares. & tu ei aliquam non miſiſti. eo quod adhuc ſicut aſſeris non habebas. & ſi habuiſſes ſine ſpeciali mandato mictere dubitaſti. volumus & mandamus. ut juxta quod idem Rex filius noſter tibi mandaverit omnem pecuniam quam habes vel habere poteris ad quam etiam inveniendam omnem ſollicitudinem precipimus te habere. ſibi ad requiſitionem ſuam ſine dilatione & dubitatione aliqua ſtudeas fideliter deſtinare.

De deſolatione Caſtri quod dicitur Civitas ſancti Angeli.

De pecunia mictenda ad Regem Turrium & Gallure.

De Commiſſariis & Officialibus ipſius terre a quibus magnam pecunie quantitatem ſicut dicis habuiſti preſertim cum ipſa pecunia per Hectorem de Monteſuſcolo quondam Iuſtitiarum Aprutii fidelem noſtrum eiſdem Commiſſariis & Officialibus fuerit inpoſita & taxata & aliqua pars exacta eum ſimus in procinctu itineris verſus partes ipſas triunfabiliter juxta mandatum noſtrum uſque ad adventum noſtrum ſuper eandem recolligenda ſuperſedeas & amplius non procedas.

De pecunia impoſita per Hectorem de Monteſuſcalo Commiſſariis Aprutii recolligenda.

Pag. 35. Decembr. in Sarzano.

De Baronibus & Militibus quos ſummonere curaſti juxta mandatum noſtrum ut armis & equis decenter muniti. juxta quod P. fidelis noſter tibi mandavit apud Contraguerram pro noſtris ſervitiis ſe conſerrent quos aſſeris iam feciſſe. Culmini noſtro placet & tuum exinde ſtudium commendamus. volentes ut nobis ſignifices ſingulariter & diſtincte quot ſunt illi qui parati ſunt. qui ſunt & qualiter ſunt parati. & ſignifices nobis etiam qui ſunt illi quibus injunctum fuit quod ſe parare deberent & parati non ſunt. & tam de predictis omnibus quam de poſſe vel inpotentia ipſorum reſcribas nobis plenarie veritatem. illud omnino cavens ne feuda aſſociare ſive conjungere pro aliqua paupertate preſumas.

De mictendo Baronibus & Militibus qui ſunt parati & qui non ſunt parati.

De relaxatione pecunie facta Baronibus per te videlicet de eo quod ratione demaniorum & camerarum ſuarum ſolvere tenebantur noſtre diſplicet Majeſtati. & volumus ut eamdem plene recolligas & ad Curiam noſtram mictas. cum ſit nobis plurimum oportuna.

De relaxatione pecunie facta Baronibus & Militibus Aprutii de demaniis & cameris ipſorum.

De

De expensis Commissariorum.

De expensis Commissariorum quos sicut asseris pro servitiis nostris statuere te oportet cum ad partes ipsas venerimus de hys & aliis te plenius instruemus.

De actis & quaternionibus assignandis.

Super facto autem actorum & quaternionum Curie quos habet Hector de Montefuscolo quondam Iustitiarius Aprutii fidelis noster noveris nos per licteras nostras expressius injunxisse ut ipsos tibi debeat assignare. Tu igitur in supradictis servitiis nostris & aliis taliter studeas te habere quod &c. Datum &c.

Eidem & de eodem mandato scripsit idem licteras infrascriptas F. *Hectori de Montefuscolo &c.* Quia confisi de prudentia & fidelitate Boamundi Pissoni fidelis nostri ipsum Iustitiarium Aprutii duximus statuendum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus omnes quaternos feudorum & actorum Curie nostre quos habes cum sint sibi pro nostris servitiis oportuni. sine dilatione aliqua ei studeas assignare. quando vero ipsorum copiam habere volumus ipsos facias sine mora transcribi. & transcriptum penes te pro tua cautela retineas ipsos autem quaternos omnes eidem B. fideli nostro sine dilatione resignes attentius provisurus ut per Notarios providos & fideles cum omni diligentia transcribantur. Datum &c.

Ad Henricum Abbatem de armandis bene galeis.

Eodem die ibidem. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit Notarius G. de Tocco. F. *&c. Henrico Abbati Consuli Tunisi fideli suo. gratiam suam &c.* Licteras tuas benigne recepimus & que continebant intelleximus diligenter. laudantes studium tuum in eo. quod juxta mandatum nostrum Iohanni de Girardino nuntio & fideli nostro assignasti pecuniam ad Milites nostros in Marchia deferendam. Quod autem scripsisti nobis de Galeis nostris que sunt apud Pisas. quod inde crescent sumptus si bene & studiose armentur. & tibi bonum videtur & utile quod bene parentur. Excellentie nostre placet. Datum &c.

Pag. 35. adv. *Decembr. in Sarzan.*

Responsales ad O. Fallamonachum Secretum Panormi.

XV. *Decembris. Mandante domino Imperatore per Notarium Riccardum de Trajecto scripsit Notarius Rogerius de Salerno ad Obbertum Fallamonachum Secretum Panormi.* Consueta benignitate recepimus licteras tuas. & ad singula que scripsisti benivolum prestitimus intellectum. Quod autem nobis significasti per eas quod recepto mandato nostro de ordinando aliquo fideli discreto & ydoneo viro super officio portuum quod hactenus exercueras statueras in ipso officio Petrum de Agetentia. noveris quod si idem Petrus fidelis noster est & legalis nec non providus diligens ydoneus & sufficiens ad ipsum officium exercendum ut tue lictere continebant ad commodum & utilitatem Curie nostre placet. nobis & tuum inde studium commendamus.

Petrus de Agetentia statutus super officio portuum.

de alio etiam quem subrogasti loco ejusdem Petri ad exercendum officium Iustitiar. Curie nostre quod idem Petrus exercuit usque modo. si utilis ydoneus & sufficiens est ad ipsum servitium exercendum similiter placet nobis.

De subrogatione officii Iustitiar.

de extractione vero victualium volumus ut juxta quod tibi per alias licteras nostras mandavimus procedas & facias quia super eo recolimus tibi pluries nostrum beneplacitum nunciasse.

De extractione victualium.

Continebant insuper lictere tue quod cum de mandato nostro bona Ecclesie Montis Regalis procures ad opus Curie nostre & inveneris quedam de bonis ipsis concessa per Carum quondam ipsius Ecclesie Archiepiscopum. volebas ipsorum jura discutere quo titulo bona eadem possidetent. si de nostro procederet beneplacito voluntaris. Super quo tibi taliter Respondemus. quod super hys diligenter inquiras & si bona aliqua ipsius Ecclesie inveneris illicite & contra justitiam occupata teneri. ipsa ad jus & proprietatem Ecclesie sicut justum fuerit revoces & cum bonis aliis diligenter procures.

De revocandis secundum justitiam bona Ecclesie Montis Regalis occupatione detenta.

Scripsisti insuper nobis quod si placeret nobis minorari expensas que fiunt pro parte Curie nostre in partibus jurisdictionis tue tam in Castris quam in Chasena nostra Panormi & locis aliis secundum quod hactenus eas Severinus de Calatasim. & Gaytus Panormi facere consueverunt. Mandamus tibi quatenus illas expensas quas facere debes in Castris & Chasena nostra Panormi & pro aliis propriis servitiis nostris facias secundum quod dudum iidem Severinus & Gaytus Panormi de mandato nostro facere consueverant. & si tu tamen

De minorandis expensis.

men videris quod expense alique sine lesione servitiorum nostrorum in ipsis partibus esse minores possint significes nobis distincte per licteras tuas in quibus qualiter minui possint sine incomodo & minoratione servitiorum nostrorum & nos tibi super eo postmodum rescribemus quod nostre placuerit Majestati. expensas vero alias que fiunt vel fieri contingerit pro aliis servitiis Curie nostre minuas juxta quod tibi melius ad utilitatem Curie nostre videris redundare. Super solutione etiam decimarum facienda ecclesiis & clericis qui ipsas debent habere in jurisdictione tua nostrum scire beneplacitum postulasti. ad quod tibi taliter Respondemus. quod nobis placet quod tam ecclesiis. quam clericis qui de Iure decimas aliquas consueverunt percipere & habere. eis decimas ipsas sicut hactenus habuerunt & receperunt de jure & prout predecessores eorum temporibus Regum felicium predecessorum nostrorum memorie recolende juste & rationabiliter tibi constiterit percepisse & usque ad hec felicia nostra tempora solute sunt. eis exhibeas & persolvas. postulasti insuper scire conscientiam nostram qualiter te gerere debeas in locandis ad cabellam bajulationibus nostris. ad quod tibi taliter Respondemus. quod in vendendis & locandis bajulationibus studeas quantum potes augmentum & comodum nostre Curie procurare provisurus tamen ne eas loces vel vendas infidelibus nostris. & qui alias fideles non sint seu etiam aliquibus qui bajulationes Curie nostre eo animo emere volunt ut nostris fidelibus nocere possint & inimicos si quos habent occasione favoris bajulationis opprimere valeant vel injuriari eisdem. nec respectum habeant ad honorem nostrum in hys seu ad utilitatem Curie nostre. immo magis quod propriam utilitatem in dampnum nostre Curie consequantur. quare quotiens vendere debes bajulationes nostras seu locare alicui. invenias fideles: & legales viros qui fideles nostros non opprimant nec animum habeant jura nostra & fidelium nostrorum subripere quin potius tam commodum Curie nostre quam fidelium nostrorum ad Iustitiam fideliter & laudabiliter bona fide procurent. & talibus volumus etiam si oporteat aliquando pro minori pretio quod nostras bajulationes vendere debeas seu locare.

De solutione decimarum.

De venditione bajulationum.

De quaternionibus autem Curie nostre qui continent quedam residua officii Secretie & fuerunt quondam Raymundi Secreti qui sunt sicut scripsisti in palacio nostro Panormi. & tibi necessarii sunt pro servitiis nostris. Ecce quod Castellano Panormi damus per nostras licteras in mandatis ut ex eis tibi copiam faciat. tu vero habita ipsarum copia residua omnia que continentur ibidem recolligas. de naufragis facias juxta sacrarum constitutionum nostrarum tenorem. ad mutandum alium Gaytum nolumus quod procedas donec significes nobis quis fuerit ille qui ad ipsum officium utilior & melior videatur. & tibi plene constet quod fidelis noster sit & utilis & sufficiens ad ipsum officium exequendum. nec non & que causa te inducat ad mutandum istum qui nunc exercet officium antedictum. & cum per te super singulis instructi fuerimus tibi rescribemus inde nostre beneplacitum voluntatis. Scias preterea quod volumus quod prestita tibi copia per Castellanum palacii de quaternionibus quondam Raymundi Secreti. ipsos per fideles notarios & coram probis viris fideliter transcribi facias. & autenticos quaternos in eodem nostro palatio dimictas. & transcriptos teneas & colligas inde singulariter & distincte debitorum nomina. & quantitatem debiti Curie nostre scribas & ad recolligenda debita ipsa studeas quantum potes.

De quaternionibus que fuerunt quondam Raymundi Secreti.

De naufragis.

De mutando Gayto.

De significandis residuis que inveniantur per quaterniones quondam Secreti Panormi & recolligendis eisdem.

Decembr. in Sarzan.

Pag. 36.

Item XV. Decembris. De superiori mandato ad Castellanum palatii Panormi scripsit idem Notarius. Significavit excellentie nostre Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi quod in quaternionibus & rationibus aliis scriptis quondam Raymundi Secreti Panormi continentur quedam residua que Curie nostre debentur & quedam alia que dicuntur spectare ad commodum & utilitatem Curie nostre. & cum velimus quod residua ipsa per eumdem Obbertum recolligantur & dicat quot quaterni ipsi sunt in palatio nostro. Mandamus fidelitati tue quatenus

Ad Castellanum palatii Panormi quod faciat copiam ad trasferibendum quaterniones qu. Raymundi Secreti Panormi Oberto Fallamonacho.

nus quaternos ipsos & rationes alias que quondam fuerunt dicti Raymundi & continent residua & rationes Curie nostre ostendas eidem Obberto & ex eis ipsi copiam facias ut ipsos per fideles notarios coram probis viris transcribi faciat. ut residua Curie nostre recolligantur per eum juxta quod sibi damus per nostras licteras in mandatis. Quibus transcriptis veteres in eodem palatio nostro diligenter conserves.

Responsales licteras ad Obbertum Fallamonachum super capitulis.

Item. De eodem mandato ad Obbertum Fallamonachum Secretum Panormi scripsit idem Notarius. Vidimus capitula que tua nobis fidelitas destinavit. & diligenter intelleximus continentiam eorumdem ad quorum significata tibi rescribimus per presentes ad singula nostre beneplacitum voluntatis. Et primo super eo quod per ipsa capirula scire petisti videlicet de quo frumento velimus onerari navim nostram que tibi assignata fuit per Angelum de Marra & duos buctios nostros qui sunt in jurisdictione tua. tibi taliter respondemus quod tam navim ipsam quam buctios onerari facias frumento Curie nostre quod si forte de frumento Curie nostre non habes tantum quod sufficeret oneri navis & buctiorum ipsorum. emas frumentum de pecunia Curie nostre que est per manus tuas & mictas navim & buctios ad illas partes in quibus majus commodum & utilitas Curie nostre valeat procurari. & talem preponas & mictas cum eis qui fidelis sit & diligens ad nostrum commodum exequendum & quod ipsius negligentia tibi non debeat imputari. de Iudeis vero de Garbo qui sunt in Panormo nec concordant cum aliis Iudeis Panormi sicut tua capitula continebant propter quod petunt sibi concedi locum in quo de novo construant Sinagogam & petunt Casalina pro domibus construendis intra Cassarum vetus Panormi. petunt etiam aliquem senem ex eis prefici in Magistrum. & concedi sibi palmeretum vel dactiletum Panormi quod est prope savariam nostram Panormi excolendum juxta morem eorum de Garbo. & volunt medietatem fructuum solvere Curie nostre & sibi reliquam retinere. placet nobis quod invenias aliquem senem ex eis fidelem nobis. & utilem ipsis & eisdem preficias in Magistrum. Quod eis locare debeas Casalina pro domibus construendis intra vetus Cassarum nolumus. set si in aliis partibus Panormi fuerit locus utilis ipsis pro domibus construendis locum ipsum eis loces. Sinagogam vero de novo non vidimus expedire ad presens quod ipsos construere permictamus set si in Panormo fuerit aliqua Sinagoga vetus que vacet & voluerint ipsam rehedificare permictas quod ipsam rehedificent. Concedas eis etiam palmererum seu dactiletum Curie nostre Panormi quod est prope savariam ad excolendum dactilos juxta morem eorum. non tamen loces eis nisi ad quinque vel ad plus ad decem annos ad redditum quem scripsisti. de compellendis vero Iudeis aliis qui de Garbo venerunt & per diversas partes Sicilie habitant non vidimus expedire. ne forte tollerent aliis qui venturi sint materia conferendi se in Regnum nostrum. Super eo insuper quod eadem tua capirula continebant te statuisse recipi a Iudeis ipsis motantibus in Panormo pro Gisia annis singulis ad opus Curie nostre tarenos quatringentos. pro vino tarenos centum & quinquaginta. & pro cultellis tarenos quinquaginta & quod si facta fuerit augmentatio Iudeorum ipsorum & redditus ipsi crescent Curie nostre. placet nobis & tuum inde studium commendamus. Significasti etiam nobis per capirula ipsa te concessisse pluribus de Iudeis ipsis multas terras ad excolendum in contrata Favarie in quibus procuratur & augmentatur utilitas Curie nostre & debent in eis seminare alchanam & indicum & alia diversa semina que crescunt in Garbo nec sunt in partibus Sicilie adhuc visa crescere acceptamus quod inde fecisti dum tamen terre non sint nostris solatiis deputate & mandamus quod des operam quod semina ipsa bene colantur & diligenter. ad hec quia sicut scripsisti nobis ad utilitatem Curie nostre redundat si Iudei extranei semotim locantur & habitant a Iudeis Panormi. Volumus quod ipsos loces semotim ubi tibi videbitur melius ad utilitatem nostre Curie redundare. & magistrum eis statuas ut est dictum. Ita tamen quod eos non loces in veteri Cassaro prenotato. Super eo quod conti-

De frumento emendo si non habet tantum de frumento curie quod sufficiat ad onerandam navim.

De locando loco Iudeis pro domibus construendis.

De preponendo sene fideli in Magistrum.

De Sinagoga rehedificanda.

De dactileto locando.

De non compellendis Iudeis qui sunt per diversas partes Sicilie venire in Panormum.

De redditu Iudeorum ipsorum.

De locandis terris Iudeis ipsis.

De locandis Iudeis ipsis semotim ab aliis.

De canneto Missilimir non incidendo.

tinebant ipsa tua capltula quod pro eo quod in canneto Missilimir adeo crevorunt spine quod cohoperuerunt cannetum ita quod nullus canis possit intrare ibidem bonum videtur tibi quod incidatur cannetum ipsum per circuitum. Volumus quod significes nobis que utilitas est vel quod commodum consequitur inde Curia nostra si cannetum ipsum sic incidatur & tunc tibi respondebimus inde nostre beneplacitum voluntatis. In eisdem insuper tuis capitulis vidimus contineri. quod novis habitatoribus Panormi dudum per Rog. de Calvellis tunc Magistrum Iustitiarium ipsatum partium multe terre concesse fuerunt in contrata Asise prope palacium nostrum ipsius Asise ad vineas plantandas. que quia

De non permictendo plantare vineas in terris que sunt palatio valde vicine.

tibi videntur multum vicine ipsi palacio petisti inde scire beneplacitum nostrum si nobis placeat & sustinere velimus. ad quod tibi taliter Respondemus. de illis terris que jam plantate sunt placet nobis quod illas homines teneant juxta concessionem sibi factam per Rog. nominatum. Si vero sunt ibi terre valde ipsi palacio nostro vicine nec adhuc plantate sunt donec nobis scribas quantum ipsi palacio vicinantur ipsas non permictas plantari. ad hec ecce quod juxta consilium tuum mittimus licteras nostras Riccardo Filangerio. ut

De mictendis licteris ad Riccar. pro hominibus qui sciant facere zuccarum.

inveniat duos homines qui bene sciant facere Zuccarum & illos mittat in Panormum pro Zuccaro faciendo. tu vero licteras ipsas eidem Riccardo studeas destinare & hominibus ipsis venientibus eos recipias & facias fieri Zuccarum. & facias etiam quod doceant alios facere quod non possit deperire ars talis in

Quod significet Curie modum redditnum Iudeorum de Garbo.

Panormo de levi. Vt autem Iudeorum de Garbo statutio redditus & augmentum ipsius in nostra Camera ad memoriam valeat custodiri modum ordinationis & qualiter Iudeis ipsis crescentibus augmentetur Curie nostre distincte rescribas.

Pag. 36. adv.

Decembr. apue Sarzanum.

Responsales Rogerio de Amic. Iustitiario & Oberto Fallamonacho super negotio fratrum minorum.

XV. Decembris. De superiori mandato scripsit idem Notarius Responsales licteras ad Rog. de Amic. Iustitiarium & Obbertum Fallamonachum Secretum. Recepimus licteras quas vestra nobis fidelitas destinavit & intelleximus significata ipsarum. super eo vero quod nobis significastis per eas quod fratres minores reliquerunt Ecclesiam sancti Georgii de Panormo que spectat ad collationem nostram placet nobis nec expedire vidimus quod ad presens domos aliquas in Panormo construere debeant vel edificare de novo.

Ad Rog. de Amic. Iustitiarium Responsal. super consanguineis & affinibus Episcopi Cephaluden.

Item. De eodem mandato eodem die ad Rog. de Amic. scripsit idem Notarius. Recepit Serenitas nostra &c. diligentiam studii tui quod habuisse te intelleximus ad expellendum de Regno nostro consanguineos & affines Episcopi Cephaluden. ex opere commendantes. Quod autem significasti nobis per eas quod dum injungeres juxta mandatum nostrum Thomasio Ferentino civi & habitatori Panormi ut & ipse sicut & alii consanguinei Episcopi memorati Regnum exirent pro eo quod habet in uxorem filiam Episcopi Cephaluden. & ipse compatuit coram te & optulit se legitime velle & posse probare. quod Panormitanus est ab avo patre & matre fidelis noster semper extitit & de fidelium genere ortus nec umquam priusquam duxit filiam ipsius Episcopi ipsum vidit nec cum eo cohabitationem seu colloquium aliquod habuit contra nos ipsum Thoma-

Pro Th. Ferentino de Panormo qui habet uxorem filiam Episcopi Cephaluden.

sium destitutum bonis suis omnibus ad nostram presentiam destinasti. ut de eo nostra Serenitas preciperet quod placeret. Mandamus tibi quatenus inquiras super premissis singulis diligentius veritatem. & si inveneris eumdem Thomasium fidelem nostrum de fidelium genere ortum. Civem & habitatorem Panormi sicut asseruit nec cum dicto Episcopo habuisse postquam filiam suam duxit in uxorem familiaritatem aliquam contra nos. & quod mora ejus in civitate nostra Panormi nobis suspecta non sit. ipsum permictas ibidem morari. & restituas ei omnia que extant que abstulisti sibi occasione predicta. Quod si forte in premissis non inveneris ipsum approbatum & bonum. juxta primum mandatum nostrum de expellendis consanguineis Episcopi memorati expellas eumdem & bona sua omnia retineas ad opus nostre Curie & facias procurari.

Nicolai Spinelle Ammirati.

XV. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit Lauren-

tius N. Spinule Ammirato &c. licteras &c. Quod autem sicut expediens vidisse te scribis cum Angelo de Marra. & aliis

De teridis galeis. Vackettis & tarsinis.

nostris fidelibus ordinasti ut teride tres. & vacketta una in Gajeta. teride tres in Neapoli. teride tres. & vacketta una in Castro mari. Galea una & vacketta una in Amalfia. & terida una. galea una. & vacketta una fierent in Salerno. & in eisdem locis Tarsinas pro parte factas. compleri per totum ac alias necessarias de novo fieri. ut vassella nostra in eis commode conserventur. Celsitudini nostre placet. gratum quinimmo gerentes. quod obsides quos de

De obsidibus Lombardis lectis in Regnum.

Lombardia in Regnum per te transferri mandavimus salubriter transtulisti. & Iustitiariis Principatus & terre Laboris juxta mandatum nostre celsitudinis assignasti. De Ianuensibus quos rebelles

De Ianuensibus exploratoribus.

nostros esse scripsisti & valde exploratores preter licentiam & mandatum nostrum immo ad tractandum que honoris nostri non sunt. venisse significas. volumus ut primo cognoscas. si licteras nostras securitatis habeant. si etiam propter generale mandatum nostrum olim emissum. ut omnes undique salubriter & secrete in Regnum veniant qui voluerint in emptionibus rerum venalium ibidem suum comodum preter alicujus injuriam procurare. ad emendas res venales specialiter venerint. & si compereris eos venisse pro mercimoniis ut est dictum. nec licteras a nobis securitatis habere. nec nostrum incomodum palam vel occulte tractare. licenties eos cum eis que emerunt de Regno. Quod si non mercatores. & sine licteris & exploratores venerint. eos capias. & nomina nobis scribas. De loco quo apud

De Tarsina Neapolis.

Neapolim Tarsinam esse consuevit. & non nisi due galee in eo possent esse ut scribis. de alio loco etiam aptiori quo videlicet ibidem fuit navis Curie nostre constructa & cogitabatur funditus fieri & ubi si tarsina fieret. sex vel octo galee conservarentur in eo. placet nobis ut facere studeas & fieri facias quod potius erit nostre Curie circumspectis omnibus fructuosum. In hys & aliis &c.

Responsales R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris.

Item. Ad Riccardum de Montenigro Iustitiarium terre Laboris &c. licteras &c. usque commendantes. Quod autem recepto mandato nostro de summonendis

De militibus summonitis feudorum.

militibus Iusticiariatus tui. recepisti quaterniones feudorum a G. de sancto Fremundo. predecessore tuo Iustitiario. in quibus quia omnia feuda de quibus servicium Curie nostre debetur minime continentur. summonitis prius eis. quos in quaternionibus invenisti. de aliis nichilominus de quibus mencio non fiebat diligenter inquirere curavisti. summonens eos ad servitia nostra. tuam sollertiam commendamus. & quia quaterniones feudorum ad presens in Curia nostra non erant. ipsos tibi non misimus ut petisti. Quod etiam milites Neapolis per te summonitos invenisti ad servitia nostra paratos. & quaterniones feudorum suorum caute obtinuisti ab eis. de quorum serviriis si per quaterniones Curie conditionem nostram meliorare poteris eorum formam sequeris; alioquin facies inde quod melius videris expedire. celsitudini nostre placet. de

De piscibus & cannabo & aliis rebus non mittendis in campaniam.

piscibus & cannabo que de Regno in Campaniam ut scripsisti feruntur. volumus ut inhibitionem facias generalem ne ipsa vel omnia alia illuc ulterius deferantur & eam facias firmiter observari. De Castro Cerri quod ad man-

De Castro Cerri & domino ejus.

datum per Notarium Gualterium tibi factum ut scribis. inrequisitis nobis capere distulisti. tum quia dubitas scandalum posse oriri. tum quia inexpugnabile creditur. & hominibus campanie. ac aliis necessariis premunitum volumus & mandamus. ut Deoteguarde dominum ejus sicut scripsisti caute ad te voces aliquo negotio simulato. & si poteris eum capias & detineas quousque Castrum tibi fecerit assignari. quod si eum habere non poteris. ordines sapienter & caute quod per homines contrate. modis omnibus capiatur. homines Regni seu Campanie quos extrahere dicis

De grassa non extrahenda.

grassam de Regno volumus ut & in personis quas capias & in bonis que infisces taliter corrigas. quod digne peniteant & ceteri terreantur. placet etiam nobis ut custodiam fieri per terras Iu-

Pag. 27. Decemb. apud Sarzanum. Sequitur XV.

Responsales R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris.

risdictionis tue specialiter confinii pro compescendis malefactoribus ordines ut scripsisti. eos autem qui pretextu turbationis hujus mote per Papam prohi-

De custodia locorum & arma prohibita ferentibus.

bita ceperunt arma portare. si ea sine licentia nostrorum Officialium temere por-

portaverint punias juxta sacrarum constitutionum nostrarum teńorem. Expensas moderatas & necessarias que per te dantur nuntiis tuis pro nostris servitiis necessario ad nos missis. tibi volumus in tuo ratiocinio numerari. Ceterum &c.

Responsales Guillelmo de Sangineto.

Item. Guillelmo de Sangincto &c. Litteras &c. Quod autem super capitulis que nobis scripseras de residuo collecte anni preteriti Indictionis XI. ac collectorum excessibus Secretum Messane fidelem nostrum juxta mandatum nostri Culminis instruere curavisti quia sicut scripsisti sepe contingit in inquisitionibus veritatem latere ne in hys Curia fraudaretur. te ad hec inquirenda & invenienda personaliter contulisti. propter quod negotium ipsum fuit debito modo completum. Quod etiam rogatus interesse testamento quondam Matthei Marchafabe Secreti ipsi eidem ad memoriam reduxisti & ipse recordatus est & confessus. quod tibi sex Vncias. Leoni Bonalme mercatori Cusentie Mille tarenos. Iudici Eufrenoni de Porta viginti Vncias G. de Anglone Iustitiario Sicilie tarenos Mille & copertam equorum quondam R. de Garsiliato. quam nobis legaverat mutuavit tuum studium & fidelitatis opera commendamus. & ecce quod eidem Secreto mandamus. quod ipsam pecuniam ad opus Curie nostre recipiat sine mora.

De residuo collecte & collectorum excessibus.

De mutuo qu. Secreti.

Responsales ad Riccardum de Pulcar. de nuntiis Cumian. & quod eat ad officium commissum sibi in terra Laboris.

Item. Riccardo de Polcar. &c. Litteras &c. & singula que de processu tuo & tractatu eorum que tibi fuerunt a nostra Majestate commissa continebantur in eis intelleximus diligenter &c. Cum igitur N. de Trahina mandemus ut eum nuntiis Michaelis Cumianon. quam cito venerint versus presentiam nostram accedas. teque velimus in terra Laboris & per partes illas pro commisso tibi per Curiam nostram officio exercendo esse presentem fidelitati tue mandamus quatenus statim visis hys litteris illuc te personaliter conferas & ipsum officium studeas ad honorem & fidelitatem nostram fideliter exercere.

Responsal. Nicolao de Trayna super hoc.

Item. Nicolao de Trahyna. Quod statim quod nuntii ipsi venerint. veniat cum eis usque sanctum Flabianum & ibi expectans significet domino suum adventum. ut postmodum juxta mandatum domini veniat.

XVI. De Imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia. Iohanni de Cioffo Responsales.

Ad Ioannem de Cioffo Responsales.

Benigne recepimus litteras &c. de Gualterio autem de Fisciulo qui de partibus ultramarinis ad quas eum dudum transmisimus nuper Messanam applicuit. ut scripsisti. veniens in navi Curie nostre que vocatur Aquila. quam quondam Mattheus Marchafaba Secretus fidelis noster oneratam victualibus & vino Curie nostre miserat apud Acon. gratum habuimus. quod nobis significare curasti. Quod autem significasti majorem quantitatem pecunie que pervenit de venditione rerum que delate fuerunt in navi predicta assignatam fuisse Henrico Abbati fideli nostro ad nostram Curiam deferendam. & de reliqua quantitate emptos fuisse in Acon ad opus Curie nostre pannos de lana. Bucaranos cendatos. & camellottos & eos esse Messane. Volumus & mandamus. ut eos ad presentiam nostram mictas, Significaturus distincte nobis pretium singulorum. Quod vero emisti ad opus Curie nostre juxta mandatum nostrum tres bonas balistas de torno. & ad alias emendas intendis. gratum ducimus & mandamus. ut quotcumque balistas bonas de torno. & de duobus pedibus poteris invenire ad opus Curie nostre emas. de peregrinis qui transire propter importunitatem temporis nequeuntes. usque ad tempus passagii morantur Messane & ne a campsorum dolis. vel aliorum res suas vendentium qui manus suas consueverunt habere mendaces circumveniri valeant vel fraudari. statuti sunt campsores & alii catapani qui non permictunt peregrinos ipsos vel in cambio vel in emptione aliarum rerum aliquatenus defraudari. satis acceptum habemus & tam tuam quam aliorum nostrorum fidelium in hoc diligentiam commendamus. de Castro nostro maris Messane. in quo statuta erat Gazena sleckeriorum quod assignasti nuncio Nicolai Spinule Regni Sicilie Ammirati ut habitet in eodem sicut de nostro beneplacito est provisum placet nobis. de predicta autem Gazena ordinanda ubi debeat laborare. Volumus ut ipsam constituas in domibus que quondam Ammirati fuerunt. & in eis debeat laborare.

rare. Super conſtruendis aurem domibus pro Gazena ipſa prope palatium ut ſcripſiſti. ad preſens non vidimus procedendum. tu vero &c.

Pag. 37. adv.

Decembr. in Sarzano.

Reſponſales ad Secretum Meſſane.

XVI. *Item. De ſuperiori mandato ſcripſit idem Majori de Plancatone Secreto Meſſane Reſponſales.* Benignitate grata recepimus licteras & capitula que noſtro Culmini deſtinaſti &c. Quod autem ſignificaſti te recepto ſacro mandato noſtro quo tibi officium Secretie commiſimus. confeſtim Cuſentiam contuliſſe & expectaſſe ibi Iordanum Filangerium a porta Roſeti &c. ut coram eo ſicut tibi & ſibi miſimus preſtares officii juramentum. & quia idem Iordanus moram in veniendo trahebat. & te plura ſervitia noſtra expreſſe in Siciliam evocabant. ad executionem ſerviriorum ipſorum te contuliſti Meſſanam grarum ducimus & tuam inde diligentiam commendamus.

Majori de Planc. quod contulit ſe Meſſanam.

De aſtracis Caſtri Roſeti.

Quod autem aſtraca Caſtri noſtri Roſeti. que pro eo quod ſicut ſcripſiſti ex omni parte equalia erant pluvialis aqua dum decurſum per ea habere non poterat penetrabat in deſtructionem picturarum & lignaminum eorumdem ex una parte facis altius elevari. ut dum pluvia decurſum habuerit. aſtracis ipſis non inferat leſionem & quod in arcubus quos inveniſti in Caſtro noſtro Cuſentie laboratos quia nullum tegimen habebant quod eos a pluvia devaſtante defenderet ſtatuiſti ut de reſiduo pecunie Caſtri ipſius impoſite hominibus Vallis grate. terre Iordane. & Calabrie in annis preteritis VIII. VIIII. X. & XI. Indictionum debeant adaptari. ne predicta opera ſuſtineant leſionem. gratum eſt excellentie noſtre & tuum inde ſtudium commendamus.

De arcubus caſtri Cuſentie.

De ſolario palatii nemoris Neocaſtri & de tectis ſalarum Caſtri Neocaſtri.

Acceptantes etiam quod in ſolario palatii noſtri nemoris Neocaſtri quia in eo ſine lapidibus & calce factum ſicut ſcripſiſti non erat. propter quod pluvia ſubintrante lignamina devaſtabantur ipſius ſtatuiſti ad lapides & calcem aſtracum laborari. & quod tecta ſalarum ipſius que plana erant & ſine leſione ſalarum aqua pluvialis per ea decurrere non poterat ſublevari facis. nec non & quod ſcalas lapideas ejuſdem palatii quas inveniſti pro eorum medietate complendas compleri. & vineas. viridarium; & cannamellas ipſius ab Angarariis noſtris Neocaſtri excoli prout condecet ſtatuiſti.

De ſcala ejuſdem palatii.

De vineis viridario & cannamellis.

De campis & vigneis ſalarum Caſtri Neocaſtri.

de campis & vignis ſalarum Caſtri noſtri Neocaſtri. que ſicut ſignificaſti ſunt adeo elevata quod nulla poſſunt in eis tegumenta manere. Volumus ut provideas diligenter. & ſi poterunt modo aliquo adaptari quo bene & ſine deformitate permaneant. fieri facias. Sin autem. cohopertam ipſam fieri facias ad aſtracum prout melius & utilius videris expedire. de hominibus Montisleonis quos ſignificaſti non habere terras ad laborandum. & ſcripſiſti circa terram ipſam terras Eccleſiarum & Baronum eſſe. que eſſent pro ipſis hominibus oportune. Si earum patronis excambium preberetur. volumus ut diſtincte ſignifices nobis nomina tam Eccleſiarum quam Baronum. qui terras habent ibidem. & terras quas habent ibi. & valorem earum. & ubi ſunt terre ipſe que commutari poſſent. & quid eis in excambium dari poſſet. ut inſtructi diſtincte de omnibus. tibi noſtrum beneplacitum reſcribamus.

Pro hominibus Montisleonis.

Ad Henricum abbatem & notarium Symonem de Petramajore.

Quod vero ſignificaſti te Henrico Abbati. & Notario Symoni de Petramajore fidelibus noſtris ſuper recolligendo reſiduo quondam Matthei Marchaſabe Secreti. ſicut eis commiſimus auxilium prebuiſſe. placet nobis. & volumus ut eidem Notario Symoni ad recolligendum idem reſiduum remanenti. ubi expedierit conſilium tribuas & juvamen. & quod te de proventibus preteritorum temporum non intromictis ſet tantum a menſe Septembris hujus XIII. Indictionis. gratum habemus.

De defenſis & locis ſolatiorum & de Mareſtallis.

De hoc quod defenſas noſtras & loca ſolatiorum noſtrorum que ſunt in Iuriſdictione tua facis cum diligentia cuſtodiri. & quod in Mareſtallis noſtris Iuriſdictionis tue facis omnia neceſſaria miniſtrari. tuum ſtudium commendamus. Mandantes tibi ut tam ſuper cuſtodia defenſarum & locorum ſolatiorum noſtrorum. quam ſuper affluenti miniſtratione neceſſariorum in Mareſtallis noſtris ſic facias diligenter intendi. ut nec in illis leſio. nec in iſtis defectus aliquis habeatur.

De rebus legatis ab Archiepiſcopo Ruſſanenſi.

De rebus autem a Nicolao quondam Ruſſanenſi Archiepiſcopo Curie noſtre legatis. Volumus ut

ut eas ad Curiam nostram mictas. animalia vero ab eodem legata Curie nostre que G. de Anglone Iustitiarius in Sicilia citra flumen salsum fidelis noster a Iohanne de Cioffo fideli nostro recepit. per eumdem G. ad Curiam nostram destinari mandamus. de Saracenis Lucerie & Girofalci qui occasione negotiationis gerende conferunt se in Calabriam. & deinde in Siciliam transire nituntur. set tu eos transire in Siciliam non permictis. placet nobis quod inde facis. & volumus ut omnino inhibeas & facias custodiri. ne aliqui de Saracenis ipsis in Siciliam transeant. Volumus etiam & mandamus tibi ut per partes Calabrie ad quas Sarracenos ipsos cum negotiationibus suis se conferre contingerit. facias custodiam adhibere. ut nulli ex eis per partes ipsas remaneant. vel domicilia faciant ad morandum. de porcis Curie nostre quos in Calabria & Sicilia esse scripsisti pingues de quibus quid fieri debeat nostrum beneplacitum requisivisti volumus & mandamus ut porcos mares quos aptos videris ad vendendum vendi facias. eum nostre Curie plurimum sit pecunia oportuna. Quod autem scripsisti quaternos quondam Matthei Marchasabe Secreti esse in Ecclesia sancti Salvatoris de lingua Messane repositos & XI. sigillis signatos. quorum te oportet habere rescriptum pro juribus & omnibus redditibus Secretie que continentur in eis. ecce quod mandamus Thomasio de Brundusio & Magistro Procopio Notario fidelibus nostris. ut illuc se conferentes quaternos ipsos qui tibi necessarii fuerint exemplificari faciant coram se. & eorum tibi transumptum exemplum assignent. tu vero pro exemplificandis ipsis tam pro Notariis quam pro aliis qui fuerint oportuni ministres. Volumus etiam ut quaterni illi in nostra Camera debeant conservari. de facto autem Nicolini Spinule Admirati. cujus Vicarium significasti nunc postulare. ut assisam Galee Messane recolligat asserens ipsam per Ammiratum debere recolligi. cum sicut tua capitula continebant. & per antiquos recollectores & per quaternos doane nostre inventum est. Marinar. Sicilie & Calabrie & assise lignaminum per doanam nostram recolligi consueverit. licet

De Saracenis Lucerie & Girofalci.

Pag. 38. Decembr. in Sarzan.

De porcis.

De quaternis Secreti.

De Nicolino Spinula Admirato.

per quondam Henricum de Malta Ammirarum predicta Galea Messane extracta fuerit a doana cujus tempore sicut invenisse te scribis de galea ipsa non nisi tareni quingentum & grani sexcentum colligebantur. Nunc autem post inquisitionem factam per quondam Mattheum Marchasabam Secretum de Galea ipsa recolliguntur ultra duomillia & tercentum tareni. Volumus & mandamus ut predicta omnia recolligi debeant per doanam sicut fuit antiquitus consuetum & sicut quondam Mattheus Marchasaba Secretus predecessor tuus ea recolligi faciebat. cum Ammiratus de recolligenda aliqua pecunia se intromictere non habeat. set tantum a te universa oportuna recipere cum pro nostris servitiis eum armari contingerit. Tu vero inquisitioni predicte Galee Messane per supradictum quondam Mattheum Marchasabam Secretum incepte tamquam diligens successor inherens. sic procures. ut Galea ipsa ad statum quo fuit antiquitus per tuum studium deducatur. Quod autem significasti eumdem Mattheum Secretum predecessorem tuum in ultimis suis confessum esse Guillelmum de Anglone Iustitiarium in Sicilia citra flumen salsum debere sibi tarenos auri mille. Leonem Bonanimam Scalensem tarenos mille. Iudicem Eufrenonem Vncias auri viginti. Guillelmum de Sanginiro Vncias auri sex. & Episcopum Martur. Vncias auri decem. mandamus ut si tibi de debito & confessione constiterit. pecuniam ipsam recolligas a predictis sic in hys & aliis nostris servitiis cum diligentia processurus ut confidentiam quam in tuo studio gerimus possimus per effectus operum experiri. Datum.

De pecunia quam M. Marchasaba confessus est sibi deberi.

Item scripsit Guillelmo de Anglone Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum ut equos & mulos legatos Curie a Nicolao Russanensi Archiepiscopo. quos idem G. recepit a Iohanne de Cioffo. mictat ad Curiam.

Item scripsit Thomasio de Brundusio. Significavit nobis Major de Plancatone doan. &c. quod cum omnes quaterni qui fuerunt quondam Matthei Marchasabe Secreti. in quibus continentur distincte omnes redditus doane nostre & singuli Secretie proventus in Ecclesia sancti

Ad Thomasium de Brundusio de quaternis doan.

sancti Salvatoris de lingua Messane sigillis XI. habeantur signati. non potest copiam ipsorum habere cum necesse sibi sit per eos scire proventus & redditus Secretie. quam sibi duximus committendam. & quia exemplum quaternorum ipsorum quod cum omni cautela. legalitare. & studio transcribi volumus eidem Majori Secreto volumus assignari. de studio tuo & Magistri Procopii Notarii & fidelis nostri confisi. fidelitati tue mandamus quatenus personaliter Messane te conferens. quaternos predictos qui eidem Secreto fuerint oportuni una cum predicto Magistro Procopio cui scribimus similiter super hoc. exemplificari faciatis coram vobis per fideles Notarios. omne studium & quantamcumque diligentiam poteritis adhibendo. ne tenor quaternorum ipsorum aliquo modo possit per diminutionem vel per additum vel verborum mutatione. aliqua vitiari. cum enim rescribi debent inter alias quas vos volumus in hys adhibere cautelas. volumus. ut non detis ipsos confuse ad rescribendum. set facta & retenta vobiscum summa cujuslibet pagine faciatis ipsam rescribi & statim transcriptum abscultari cum alia si concordant. & sic in antea procedatis modo simili faciendo ut vestrum in hoc studium approbemus. Ideo enim hoc vobis committimus quia scimus vos in talibus circumspectos. quibus transcriptis. exemplum eorum predicto Secreto assignetis. & autenticos. in Castro nostro Messane reponatis vestris. & aliorum nostrorum fidelium sigillis inclusos. ecce enim scribimus eidem Secreto. ut que pro exemplificandis quaternis ipsis tam pro Notariis quam aliis fuerint oportuna ministret. Scribimus etiam procuratori & conventui Ecclesie supradicte. ut quaternos predictos vobis debeant assignare. Datum.

Similes per omnia scripsit Magistro Procopio.

Item scripsit Senatori de Archis & Castellano Messane. ut predictos quaternos recipiat. & in thesauro in Castro ipso faciat diligentissime custodiri.

Pag. 38. adv. *Decembr. in Sarzan.*

Item. Scripsit idem de superiori mandato Procuratori & Conventui sancti Salvatoris de lingua Messane. ut predictos quaternos doan. supradictis Thomasio de Brundusio & Magistro Procopio debeant assignare.

Procuratori & Conventui S. Salvatoris de lingua Messane de quaternis doan.

Item scripsit Majori de Plancatone Secreto Messane. Capitula que nostro Culmini destinasti. Benigne recepimus & intelleximus diligenter. de expensis autem tuis. salario Iudicis & Notariorum quos tecum in nostris serviriis habere oportet super quibus nostrum beneplacitum postulasti. Volumus & mandamus ut expensas tuas & salarium Iudicis & Notariorum quos tecum pro nostris servitiis necessario videris retinendos. sicut quondam Mattheus Marchasaba Secretus predecessor tuus recipiebat pro se expensas. & Iudici & Notario tuis salarium dabat. tu de proventibus nostris qui sunt per manus tuas recipias & impendas. ita tamen ut Notariorum & Iudicis numerum quem dictus quondam Secretus habebat omnino debeas servare non excedas. de expensis autem dandis nunciis tuis quos frequenter ad Curiam nostram pro necessariis servitiis nostris te mictere oportebit. volumus ut moderate & competentes expense quas pro nuntiis ad Curiam nostram pro necessariis servitiis nostris mictendis te contingerit facere. in tuis debeant rationibus computari. tu tamen sic ubicumque poteris expensis Curie nostre parcas. quod in te studium & diligentiam commendemus. Significaturus nobis quantum pro expensis suis dictus quondam Mattheus Marchasaba Secretus recipiebat. Datum.

Ad Secretum Messane pro expensis suis & Iudicis & Notarii & Nunciorum.

Item scripsit eidem Secreto Messane. Benigne recepimus licteras tuas & capitula que misisti &c. Quod autem inter alia capitula tua nobis significasti. quod cum de duobus Notariis qui erant statuti in servitiis Sicle nostre Messane unus decesserit. alius ad ejusdem Sicle servirium sufficere non videtur propter quod scripsisti Notarium Iohannem de Messana latorem presentium quem ad Curiam nostram misisti ydoneum & sufficientem esse ad idem servitium faciendum. tibi duximus respondendum quod ex quo fidelis noster est. ydoneus. & sufficiens in ipso servitio ut scripsisti. placet nobis & volumus ut eum Notarium

Ad Secretum Messane Responsales pro Notariis Sicle Messane.

rium in Siela ipsa constituas loco defuncti. ad honorem & fidelitatem nostram. recepturus ab eo juramentum fidelitatis & officii juxta morem. Datum.

Ad Secretum Mess. de pecunia Sicle Messane & bulzunall.

Item scripsit ad eumdem Secretum. Significavit Culmini nostro Gaudius ebreus Notarius Sicle nostre Messane fidelis noster quod cum dudum de ordinatione quondam Matthei Marchasabe Secreti fidelis nostri nova Moneta Sicle nostre Messane missa fuerit imponenda per singulas terras Sicilie & Calabrie. plures de illis qui eamdem pecuniam receperunt eo quod dictus quondam Secretus medio tempore concessit in fata. pecuniam ipsam assignare jamdicte Sicle nostre renuunt in Curie nostre jacturam. cum adhuc bona quantitas de dicta pecunia ab eis nostre Curie debeatur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quoscumque tibi constiterit de predicta pecunia Curie nostre debere. compellas districte sicut melius videris expedire. ut pecuniam quam debent predicte Sicle nostre prout tenentur assignent. Significavit preterea nobis Gaudius supradictus. quod dictus quondam Mattheus Marchasaba Secretus vendidit quibusdam mercatoribus Romanis de Bulzunail. Sicle nostre. libras sexmille trecentas & quinquaginta. ad rationem de tarenis sex pro qualibet libra de qua venditione asserit Curiam nostram fuisse deceptam in duobus mille Vnciis & ultra. quod cum scire velimus Mandamus tibi. ut hoc diligenter inquiras. & quicquid inde inveneris. distincte nobis per tuas licteras studeas nuntiare. datum.

Item scripsit predicto Gaudio ebreo Responsales super hoc quod scribitur Secreto super facto monete Sicle. & ut predictum Secretum instruat in premissis ipse qui predicta significavit.

Pag. 39. *Decembr. in Sarzano.*

Ad Roggerium de Amic.

XVI. *De superiori mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Roggerio de Amic. Iustitiario Sicilie ultra flumen salsum Responsales.* Benignitate consueta recepimus licteras &c. gratum satis gerentes. quod Sarraceni qui morantur in partibus ipsis qui ut scripsisti nequitiam suam per multa elandestina maleficia exercebant tuo studio mediante desistunt a pravitatibus suis. & esse jam mali formidant. de Saracenis autem Seralcadii quos pro beneplacito nostro inducis ut habitationes suas reforment in melius placet nobis & tuum inde studium commendamus.

De Saracenis Seralcadii.

de venditione vero bajulationis tam eorum quam aliorum qui extra morantur sicut scripsisti. cum locationes bajulationum ad jus Secretie pertineant, Volumus ut Obberto Fallamonacho Secreto Panormi locandam permictas. cum velimus quod jura cujuslibet officii sint discreta. licet enim de vendenda bajulatione Saracenorum ipsorum dudum tibi duxerimus commictendum eo quod Panormi Secretus non erat. nunc tamen eum ibi Secretus statutus est. Volumus ea omnia que ad officium suum pertinent exerceri per eum.

Quod permictat bajulationes vendi a Secretis.

De cannis quas ad requisitionem Secreti Panormi & Gayti pro nostris servitiis exhiberi fecisti volens expensis Curie nostre parcere que fierent in emendis eisdem gratum habemus. & Volumus ut deinceps ad requisitionem Secreti pro servitiis nostris facias tribui de eisdem ipsas incidi faciens. non in uno. set in diversis locis ubi sine majore lesione canneti videris melius expedire.

De cannis.

Commendamus preterea processum tuum quem habuisti in mictendis licteris tuis & nuntiis per totam Siciliam pro hominibus quondam Centorbii & Capicii. qui cum se ad habitandum Panormum juxta mandatum nostrum conferre deberent se cum suis familiis per partes alias contulerunt. & ecce quod juxta tuum consilium. exinde patentes licteras nostras mictimus Vniversis per Siciliam constitutis. tu autem studium facias adhiberi quod predicti homines ubicumque fuerint. Panormum reduci debeant ad morandum. & si quem inveneris. aliquem de predictis hominibus temere detinere. penam quam te imposuisse scripsisti super hoc. instanter recolligas. & nichilominus eorum nomina nobis studeas intimare.

De hominibus Centorbii & Capicii.

Vidimus autem quaternum tuum quem nobis misisti de singulis nominibus predictorum. & in eo tuum studium commendamus quem in nostra Camera facimus conservari.

De quaternum eorum.

De Venuto de Cephaludo. & Alexandro Russo Pisano

De Venuto de Cephaludo. & Alexandro Pisano captis.

ſano qui capti olim per Roggerium de Calvellis Iuſtitiarium Sicilie ultra flumen ſalſum. predeceſſorem tuum. pro eo quod inventi fuerunt in Butio Oberti de Vintimil. qui contra fideles noſtros piraticam exercebant. promiſerunt & offerunt ſe ſolvere pro liberatione eorum quamdam pecunie quantitatem. Videlicet Venutus Vncias auri centum. & Alexander Vncias quadraginta. mandamus. ut ſi ipſi in culpa dicti Oberti non fuerunt. ſed inveneris ab eodem Oberto. eos in Butium fuiſſe violenter immiſſos ſicut alios qui per te liberati fuerunt. recepta ipſa pecunia ipſos facias liberari. Si vero eos inveneris in culpa fuiſſe non liberes. ſed facias eos cum diligentia cuſtodiri. datum.

Lictere patentes de hominibus quondam Centorbii & Capicii revocandis Panormum.

Item ſcripſit licteras patentes Iuſtitiariis. Secretis. Camerariis. Procuratoribus. Bajulis. Iudicibus. & Vniverſis per Siciliam conſtitutis. ut ubicumque inventi fuerint predicti homines quondam Centorbii & Capicii. ad requiſitionem predicti Roggerii de Amic. cogantur redire Panormum ad habitandum cum familiis & rebus eorum. nec aliquis quemquam ex eis audeat retinere.

Ad Capuanum Archiepiſcopum.

Item ſcripſit eodem de ſuperiori mandato I. Archiepiſcopo Capuano. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi quam de Eccleſiis Regni noſtri vacare contingerit. auctoritate dudum tibi a noſtra Majeſtate commiſſa. non preſtes in antea licentiam eligendi.

Ad C. Amalfitanum Camerarium Aprutii pro preſutiis.

XVII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum R. de Trajecto. ſcripſit G. de Cuſentia Creſſio Amalfitano de Capua Camerario Aprutii.* Cum de bonis preſutiis in Curia noſtra velimus haberi. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus invenias de bonis preſutiis uſque ad ducentum. & eos cum propinquiores erimus. ad Curiam noſtram ſtudeas deſtinare. Datum.

Pag. 39. adv.

Decembr. apud Piſas.

Ad R. de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris Reſponſales.

XXII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Riccardum de Trajecto ſcripſit G. de Cuſentia Riccardo de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris.* Benignitate &c. De notulis autem & aliis Culmini noſtro miſſis que nuncii crucesignatorum ferebant gratum ſatis habuimus & tuum in hoc ſtudium & ſollicitudinem commendamus. De peregrinis autem qui ſicut ſcripſiſti nituntur equos emere. ut eos de Regno extraherent. & tu hoc fieri non permictis. acceptum ducimus quod ſic facis.

De peregrinis. qui emunt equos.

fidelitati tue diſtricte mandantes quod per totam juriſdictionem tuam inhiberi facias. & exactam adhiberi cautelam. quod peregrini ipſi nullos equos qui ſint vel qui eſſe poſſint apti ad arma. aliquo modo valeant de Regno extrahere. Roncinos autem & hujuſmodi equitaturas alias que ad arma non valeant. Volumus ut peregrinos ipſos emere. & ſalvo jure Curie noſtre ſecum deferre permictas. cum placeat nobis ut peregrini ipſi in Regno noſtro commoditates ſuas inveniant & habeant prout decet in premiſſis & aliis &c.

Stanciono de Capua collectori in Sicilia ultra flumen Salſum.

XXIII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum R. de Trajecto ſcripſit Laurentius Stanciono de Capua collectori in Sicilia ultra flumen ſalſum &c.* Statuiſſe & mandaſſe recolimus ut omnis pecunia undecumque noſtre Curie debita. per ſpeciales collectores in ſingulis Regni partibus conſtitutos colligi & ſervari debet certis locis ad hoc ſpecialiter deputatis. ſet ad exigentiam temporum pro negotiorum & locorum varietatibus ſententiam animi noſtri mutantes. providimus & mandamus. ut Obbertus Falamonachus Secretus in eiſdem partibus. omnem Curie noſtre pecuniam ſicut ex officio quod exercet ad manus predeceſſorum ſuorum conſueverat pervenire ſicut etiam recolligebatur per eos. & ex officio vel de mandato noſtro expendebatur in noſtris ſerviciis. ſic & recolligat. & juxta quod ad officium ſuum ſpectat. & utile. ac neceſſarium pro noſtris ſervitiis fuerit. vel a nobis receperit in mandatis. expendat. hoc etiam pro ſua & ſibi ſimilium noſtrorum officialium exoneratione ac ſalute proviſo. ut ſingulis tribus menſibus coram te ponet. & predicti officiales coram collectoribus aliis ponant. de pecunia infra ipſos tres menſes collecta & expenſa. pro parte noſtre Curie rationem ac totum quod ſuperfuerit ratiocinio poſito. per eum tibi & per alios aliis aſſignetur in noſtris Erariis conſervandum. prioris mandati noſtri tibi. & aliis

De pecunia colligenda per manus Secreti & ratione ponenda coram collectore.

aliis collectoribus propter hoc missi. per omnia intacto in eeteris remanente tenore. Super quo. & collectorum & officialium cuilibet pro se. similes licteras destinamus. Quare mandamus quatenus juxta presentis provisionis edictum. & rationem ab eo recipere cum omni fidelitate studeas & cautela. & residuum quod fuerit. ab eodem requirere. recipere & servare juxta priorem modum a nostra Curia tibi datum. ac omnia que inde feceris eum summa ratiocinii & residui. continue. plene ae fideliter. nobis scribas.

Similes omnibus collector. Officialibus Secretis & gerentibus vicem Secreti.

Similes per omnia scripsit Obberto predicto usque ad conclusionem. verbis competenter mutatis.

Item similes scripsit ut supra Silvestro de sancto Paulo collectori in Aprutio per totum.

Similes Criscio Amalfitano de Capua usque ad conclusionem.

Item similes ut supra per totum Stephano Romoaldi de Baro collectori in jurisdictione Riccardi de Polcar.

Similes usque ad conclusionem Riccardo de Polcar.

Item similes Iudici Iacobo de Sanctis collectori in jurisdictione Majoris de Plancatone Secreti Messane.

Similes eidem Majori Secreto usque ad conclusionem.

Item similes Iudici Philippo de Aversa collectori in jurisdictione Alexandri filii Henrici ut supra per totum.

Similes Alexandro filio Henrici usque ad conclusionem.

Similes fecit postmodum VIII. Ianuarii apud Senas. Angelo Frisar. custodi portus Sicilie citra flumen salsum & Iudici Iacobo de Sanctis collectori ut supra pro eo quod scribebatur eidem Angelo solvere debitum Romanis. quod scriptum est predicto die VIII. Ianuarii hujus Indictionis.

Pag. 40.

Decembr. apud Pisas.

Responsales ad Archiepiscopum Capuanum.

XXIIII. Decembris XIII. *Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit P. de Capua licteras Responsales ad Archiepiscopum Capuanum.* Devotionis tue licteras benignitate &c. Studium & sollicitudinem tuam quam super mictendis nobis nominibus officialium habuisti quibus nostra dudum per te. Venerabil. Panormit. Archiepisc. & Episcop. Ravell. dilect. fam. & fid. n. sunt commissa servitia plurimum commendantes. super eo autem quod ipse tue lictere continent. quod propter infirmitatem quam passus es & pateris de qua tibi non indigne compatimur universorum officialium nomina. plene nobis scribere nequivisti. nisi usque ad tempus quo feliciter a Fano processimus pro eo quod dicti familiares nostri nobiscum ad presens presentialiter commorentur. cum quibus etiam ut scripsisti. non poteris assiduis nostris ratiociniis residere per eos familiares & fideles nostros de reliquis officiis sequentis temporis quantum per eos sciri poterit curabimus instrui juxta quod utilitati nostre melius videbitur expedire. Datum &c.

Alexandro filio Henrici pro Nicolao de Panormo & aliis de Camera Canusii & eorum expensis.

XXIIII. *De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum scripsit Laurentius Alexandro filio Henrici &c.* Quia substitui mandavimus Nicolaum de Panormo latorem presentium fidelem nostrum in locum quondam Iacobini qui mortuus est. ad custodiendam Cameram nostram Canusii & Melfie firmiter mandamus quatenus eidem ex quo in servitio nostro ipsius Camere fuerit. pro se uno scuterio. & uno roncino. si eos habuerint. Bartholomeo socio ejus qui ibi est a receptione presentium in antea pro se uno scuterio & uno roncino similiter. ac duobus servitellis nigris nomine Musca & Marzuch. pro personis eorum tantum. postquam ibi fuerint. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. expensas juxta assisam Curie nostre debeas exhibere.

Riccardo de Polcar. pro deferenda Camera in Canusium.

Item Riccardo de Polcar. Cum res quasdam Camere nostre Melfie quas in galeis premisimus de Pisis usque Neapolim. a Neapoli usque Canusium ad Cameram nostram que ibi est deferri velimus. mandamus quatenus ad requisitionem Nicolai de Panormo latoris presentium res ipsas facias illuc salubriter deportari.

Responsales Obberto Fallamonacho Secreto.

Item. De mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit Obberto Fallamonacho doan. &c. Licteras & capitula que misisti. recepimus & pleno collegimus intellectu. super quibus opportunius comoditate captata. delibera-

 re

re plenius. & nostram intendimus rescribere voluntatem. De expensis autem tuis quarum summam & modum a nobis petis habere. volumus & mandamus. quatenus sicut Secreti predecessores tui de statuto Curie nostre consueverant expensas recipere de proventibus Curie nostre. sic & tu recipere debeas de eisdem quantum moderatius fieri poterit. & negotiorum nostrorum utilitas patietur.

De expensis suis.

Item eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit P. de Capua ad Angelum de Marra. Fidelitatis tue licteras plura capitula continentes quas nostro Culmini destinasti. benignitate recepimus consueta. quorum capitulorum pluribus tibi per licteras nostras recolimus rescripsisse. super aliis vero tibi in proximo nostre mictemus beneplacitum voluntatis. Datum &c.

Responsales ad Angelum de Marra.

Item. De mandato domini Iohannis Mauri scripsit Iohannes de Idronto. Alexandro filio Henrici. ut Abdolla servo Camere qui mictitur ad discendum legere & scribere licteras saracenicas det expensas ad requisitionem Magistri Iohachim. ex quo perveoerit ad eum. & cum eo morabitur.

Alexandro filio Henrici pro expensis Abdolla.

Pag. 40. adv.

Decembr. in Pisis.

Mutuum Romanorum.

XXIIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia licteras patentes in hac forma. F. R. &c.* Notum facimus Vniversis tam presentibus quam futuris quod Petrus de Oddone. Mattheus Saxolini. Petrus Russus & Anibaldus mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt nobis & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras LXXV. minus solidis V. pro Vnciis auri CCCIIII. ad generale pondus Regni ad rationem de solidis quinque minus denario I. per Vnciam. de quibus Vnciis promisimus & convenimus eis quod Marinus de Valle. Angelus de Marra & Eufranonus de Porta custodes Erarii nostri Salvatoris ad mare de Neapoli fideles nostri de pecunia ejusdem Erarii nostri que est per manus eorum in Kalendis mensis Aprilis primi futuri anni instantis XIII. Indictionis mercatores predictos vel alterum eorum. sive certum nuncium seu procuratorem eorum sine defectu & majoris more dispendio debeant quietare. Si vero quod omnino nolumus. aliquo accidente casu predictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea quamdiu solutio differretur. de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem prediĉti custodes Erarii nostri eis solvere tenentur & debent pro dampnis & interesse. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. Ad hujus autem &c.

Item scripsit licteras clausas ad predictos custodes Erarii in ea forma per omnia usque ad hujus autem. Quare fidelitati vestre precipieodo mandamus quatenus. odveniente termino supradicto predictis mercatoribus vel alteri eorum sive certo nuncio & procuratori ipsorum supradictas Vncias auri CCCIIII. ad generale pondus Regni de pecunia Erarii nostri que est per manus vestras sine defectu & majoris more dispendio persolvatis. & si forte ut predictum est aliquo accidente casu quod omnino nolumus solutionis ipsius terminus differretur. de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus per meosem. de eadem pecunia solvere eisdem. pro dampnis & interesse. Vos tamen provideatis. & procuretis quod eodem termino quietentur. ne per moram Curia nostra dispendium usurarum incurrat. Vos autem pecunia ipsa soluta. recipiatis ab eis. patentes licteras nostras. quas ipsis de mutuo ipso fieri fecimus. & nichilominus aliud scriptum competens de solutione ipsa fieri faciatis ad cautelam Curie nostre. & si forte Vos omnes ad hoc presentes non eritis. quicumque vestrum presens fuerit. nostrum beneplacitum exequatur. Datum.

Similes scripsit idem tam apertas quam clausas. pro Iacobo Petri de Iacobo. Petro de Iacobo. Iohanne Gaytano Rubeo. & Leonardo de Iacobo de libris Venetianorum grossorum LV. & denariis XV. pro Vnciis CCXXIIII. ad generale pondus Regni. & rationem eamdem.

De eodem.

Similes per omnia pro Georgio Masonar. Iohanne Gregorio Masonar. & Petro Verclo. de libris Venetianorum grossorum XXV. soli-

De eodem.

solidis XI. denariis IIII. pro Vnciis auri CIIII.

De eodem. *Similes pro Iacobo Petri. Iohanne Conti. Nicolao de Andrea. Et Iacobo filio ejus de libris Venetianorum grossorum XLI. & denariis XIII. pro Vnciis CLXVII.*

De eodem. *Similes pro Petro Laurencio de Choro. Laurentio & Girardo filiis ejus de libris Venetianorum grossorum LXVIII. minus solidis III. pro Vnciis auri CCLXXVI.*

De eodem. *Item. Similes licteras clausas & apertas scripsit P. de Capua de eodem mandato pro Iacobo Pappachur. Manuele. Bartol. Lombardo & Nicolao Galluccia Romano de libris grossorum Venetianorum LXXXIII. denariis XVIII. pro Vnciis auri CCCLXXVIII. ad generale pondus.*

De eodem. *Similes scripsit idem pro Blasio Tiniofo & Gilio filio ejus de libris Venetianorum grossorum viginti quinque solido uno & III. pro Vnciis auri CII. ad generale pondus Regni.*

Similes licteras scripsit idem pro Paulo Petro. Sisto fratre ejus. & Leonardo de Cenchio de libris Venetianorum XXVIII. solidis XII. & denariis X. pro Vnciis CXVI. & med. ad generale pondus Regni.

Pag. 41. *Decembr. XIII. Indictionis apud Pisas.*

De facto Prisonum.

XXV. Decembris. De mandato Imperiali facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit P. de Capua ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris ubicumque per Iusticiariatum tibi commissum fueris. te Neapolim conferre procures. ad Riccardum de Montefusculo Iustitiarium Capitinate & honoris Montis Sancti Angeli fidelem nostrum. quo non invento quicquid super facto captivorum & obsidum quos cum Galeis ad presens destinamus in Regnum. ex parte nostri Culminis tibi dicet oretenus quem super eo specialiter destinamus. per nuntium etiam vel licteras tibi mictet & indubitanter credere & efficaciter adimplere procures. Cavens ne per moram tuam servitium nostrum sibi commissum aliquatenus retardetur. Quod si contingeret. Majestati nostre plurimum displiceret. Datum &c.

Item. De eodem mandato scripsit idem ad Iustitiarium Aprutii. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus quicquid super facto captivorum & obsidum. quos cum Galeis in Regnum nostrum destinamus ad presens. R. de Montefusculo Iustitiarius Capitinare & honoris Montis Sancti Angeli fidelis noster oretenus ex parte Culminis nostri tibi dicet. quem super eo specialiter destinamus per nuntium etiam vel licteras tibi mictet. indubitanter credere & efficaciter adimplere procures ut exinde &c.

Item. De eodem mandato scripsit idem similes licteras ad L. de Franco Iustitiarium terre Bari. per omnia.

Item. Similes scripsit ad A. de Aquaquaviva Iustitiarium terre Idronti. per omnia.

Item. Similes scripsit ad Angelum de Marra. per omnia.

XXVI. ejusdem. De Imperiali mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto. Scripsit G. de Tocco Diopuldo de Dragone &c. Mandamus fidelitati tue quatenus que R. de Montefusculo Iustitiarius Capitinate fidelis noster dixerit tibi super facto captivorum Lombardorum. quos io Regnum nostrum Sicilie destinamus. credas & efficaciter studeas adimplere. Datum.

Similes ad Compalatium Neapolis. ut credat eidem.

Item. Vniversis per Regnum Sicilie constitutis fidelibus suis. Quia captivos Lombardos in Regnum nostrum Sicilie destioamus quos oportebit deduci per partes varias in quibus sunt illi. quorum custodie singulos eorum mandavimus deputari fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem R. de Montefusculo Iustitiarii Capitinate fidelis oostri. qui plures ex ipsis captivis Lombardis ducet de mandato nostro ad loca quibus debeant custodiri. securum conductum eis dare curetis. ita quod secure ducantur & commode per eumdem. Datum.

Decembr. XIII. Indictionis apud Pisas. Pag. 41. adv.

Ad Riccardum de Montenigro Iustitiar. terre Laboris. *XXV. De Imperiali mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Cusentia ad Riccardum de Montenigro Iustitiarium terre Laboris & Comi-*

mitatus Molisii. Cum quosdam de Mediolano Placentia & Cremona quos captivos habemus in Regnum duxerimus destinandos . & ex ipsis quosdam per Barones ipsarum partium . fideles nostros de iurisdictione tua velimus cum diligentia custodiri . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus captivos ipsos qui tibi fuerint assignati . recipias. & eos secundum tenorem cedule quam tibi mictimus presentibus interclusam captivorum ipsorum & Baronum quibus assignari debent singuli nomina continentem Baronibus ipsis assignes. eis ex parte nostra districte precipiens. ut captivos ipsos cum omni diligentia faciant custodire. eis in victu dum in ipsorum custodia fuerint. provisuri. de quorum assignatione fieri facias publica scripta. Vnum penes te retinendum . & aliud ad Curiam nostram mictendum. Ordines etiam in jurisdictione tua aliquem virum fidelem . qui singulis mensibus ipsos requirat & videat qualiter custodiuntur . & eis victui necessaria ministrentur . Datum .

Similes scripsit Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii.

Similes Thomasio de Montenigro Iustitiario principatus & terre Beneventane.

Similes Riccardo de Montefusculo Iustitiario Capitinate.

Similes Landolfo de Franco Iustitiario terre Bari. facta in eis mentione de civibus.

Similes Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti facta in eis mentione de civibus.

Similes Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate facta in eis mentione de civibus.

Similes Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis & terre Iordane.

Similes Goffrido de Montefusculo Iustitiario Calabrie.

Similes Guillelmo de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen Salsum.

XXV. *De eodem mandato scripsit Laurentius R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris &c.* Mandamus tibi quatenus omnes captivos quos R. de Montefusculo Iustitiarius Capitinate fidelis noster tibi assignaverit . recipias quos continet cedula in aliis tibi missis excellentie nostre licteris interclusa per loca iurisdictionis tue distribuens prout in eadem cedula continetur . reliquos vero Iustitiario Aprutii facias assignari . ut & ipse per jurisdictionem suam eos dividat. prout mandavimus eidem per licteras speciales . dictis etiam captivis . donec in manibus tuis fuerint cibum exhibeas competentem .

Similes Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus. pro hiis quos ipse dividet. & quos assignabit Iustitiario Vallis gratis.

Similes Ptolomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis pro suis. & pro hiis quos assignabit Iustitiario Calabrie.

Similes Goffrido de Montefusculo Iustitiario Calabrie pro suis & eis quos assignabit Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum G. de Anglone.

Item. Scripsit Thomasio filio Osmundi. Vt captivos quos continet cedula interclusa in aliis licteris missis ei. pro se si presens esse poterit. vel per fideles & securos nunsios a R. de Montefusculo Iustitiario &c. recipiat eosque distribuat prout in eadem cedula continetur.

Item. Scripsit idem Laurentius. Landulfo de Franco. Iustitiario terre Bari pro suis. & eis quos assignabit Iustitiario terre Idronti A. de Aquaviva.

Item. Eidem R. de Montefusculo. Vt quotquot equos ad arma ubicumque per Regnum invenire poterit ad vendendum emat ad opus Curie.

Decembr. apud Pisas. Pag. 457

Barones Iusticiariatus Aprutii quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi.

Roggerius Malaerba custodiat Thomasium Cacatossicum Mediolanensem.
Gentilis de Grandinato — Leonardum de Casali. M.
Bernardus de Amiterno — Leonem Maynerium. M.
Rao de Aversa — Iacobum Maynerium. M.
Petrus de Aversa — Albertum Scaccabarrozum. M.
Vinciguerra de Bollante — Philippum Burrum. M.
Mattheus de Bollante — Albertum de Busto. M.
Fortibraza — Petrum Busanum, de Placentia Placent.
Berardus de Aversa — Iacobum Valvum. M.
Vinciguerra de Aversa — Taddeum Bellabucca. M.
Vinciguerra de Palena — Grimerum Pastorellum. P.
Tholomeus de Castellione — Ioannem Bellum filium astrologi. M.
Raynaldus de Sangro — Guillelmum de Marola. M.
Domini Malatini — Jacobum filium Obizonis de Melignano. M.
Domini de Ofen. — Aldricum de Palatio. M.
Thomasius de Manerio — Guidonem de Melignano. M.
Domini de Tallacotio — Albertinum Coyonem. M.
Domini de Civitate Anten. — Paganum & Merulum de Businate M.

Do-

Domini de Valle Sorana — Conradum de Lampugnano. M.
Domini de Morreo — Iordanum de Bezano. M.
Filii Bartholomei de Pontibus — Iacobum de Suren. M.
Taddeus de Fractura — Albertum Panicatom. M.
Domini de Collepetro — Bovem de Cureno M.
Comes Berardus de Loreto — Petracium de Runco vetesi & Iohannem Surdum. P.
Berardus de Stiffo — Olprandum de Cureno M.
Domini de Soucio — Guillelmum de Caffin. M. & Obertum de Gramediano de Placentia.
Domini de Paganica — Ioannem de Soricin. M.
Domini Rocce Spin. Albiti — Lantelmum de Bobulgo. M.
Domini de Caruncio — Goidonem de Cruce. M.
Domini de Altin. — Girardum de Cureno. M.
Domini Prate Vallis Aveutin. — Perronem de Ayminolto. M.
Comes Symon — Manuelem de Petrasanta. & Bonitacium de Mandelo. M.
Comes Gualterius — Iacobum Cripellum M. & Albertom Fornarium P.
Berardus Palumban. — Albernatium Villanum. M.
Domini de Vrsonna — Lantelm. Buccacium. M.
Thomasius de Turre — Ferrum Cripellum. M.
Raynaldus de Aquaviva — Inblavatum Crivellum M.
Gualterius de Monte — Goffridum de Brognano M.
Symon de Petranigra — Petrum de Cutte. M.
Simon Trogisius — Girardum de Grazano. P.
Bartholomeus de S. Ioanne — Obertum Cripellum. M.
Franciscus Gualterius de Turre — Preshyterum de Cureno M.
Iudex Gualterius de Bucclanico — Obertum de Marillano. M.
Domini de Brittulo — Manfridum de Businadu. M.
Domini de Planella — Goffridum de Albagno. M.
Guillelmus de Landulfo — Goffridum de Avrone. M.
Domini Rocce fil. Adam. — Ardengum de Ardengis. P.
Domini de Podio Raone — Ruggerium de Sentirano P.
Domini de Colle Madio — Turaldum de Vignano. P.
Tancredus de Cellino — Iannonum de Arcellis. P.
Domini de Cellino — Obertum Dyanum P.
Transmundus de Puliano — Henricum Teutonicum. P.
Domini de Belforti — Iacobum de Torrano *mortuus est ante ingressum in galeam.*
Manerius de Castenga — Lantelmum de Coute. M.
Berardus de Millano — Albertum de Calvo. P.
Matheus de Cansano — Iannonum Arcicocom. P.
Berardus de Logonnano — Iohannem Ruodano P.
Berardus Fundarulus — Paulum Cazum. P.
Transmundus de Castello vetolo — Obertum de Fontana. P.
Domini Arenarum — Albertum de Rasio. P.
Berardus de Tortorito — Vgolinum Leccacurvum. P.
Robbertus de Tortorito — Homodeum Contanell. P.
Iacobus de Cerrito — Obertum Corvall. P.
Domini de Tortita — Goillelmum Corvall. P.
Domini de Podio Ymbreccle — Englltum de Cruce. M.
Domini de Rusitu — Petrum Rubeum. P.
Domini de Scorrano — Palmerium de Surasio. P.
Domini de Caprafico — Cremascum Fabrum. Crem.
Bartholomeus de Ocra — Danysium filium Oddonis. P.
Gentilis de Cerasulo de Vngno — Guillelmum de Hubertis. P.
Domini de Arenar. — Iohannem Scullonem. P.
Boamundus de Letto — Iohannem de Ienebrado. P.
Domini de Luco — Iacobum Pregnum. P.
Domini de Latruia — Musinum de Settar. M.
Berardus Beffi — Obertum Bossum. M.
Philippus de Torre — Tassom de Settar. M.
Boamundus de Senelle — Couradom de Radoldu. M.
Berardus de Comestabulo — Conradum Cuminum. M.

Decembr. apud Pisas.

Pag. 42. adv.

Barones in Iustitiariatu Terre laboris. quorum custodie singillatim commissi sunt Prisones Lombardi.

Comes Thomasius { Bonifacium de Posterula / Oldtacum Scaccabarrociom / Comitem Goffridum de Curtenova. } M.
Comes Caserte { Comitem Maufridum de Curtenova / Gabrielem de Petra santa. } M.
Landul. de Aqoino — Iacobum Guidonem de Maegr. M.
Roggerius de Calvellis — Oddunem Burr. M.
Henricus de Ebulo — Durandum. M.
Adenultus de Aquino — Monachum Gambarum. M.
Oddu de Avenabulo — Conradum Scaccabarrocium. M.
Robertus de Molisu — Bonifacium de Lampungnano. M.
Thomasius de Molisio — Manuelem de Surgino. M.
Domini de Montemilulo — Mattheum de Pusterola. M.
Thomasius de rivo nigro — Guillelmum de Bonadiculo. M.
Petrus de Ebulo — Sadunem de Hayato. M.
Diopuldus de Dragono { Vaginam Bisconte / Paganom Vicedominum } P.
Thomasius de Ebolo — Iacobom Scaccabarrocium. M.
Domini de Monte Azulo — Aldeticum de Ola. M.
Riccardus de Marzano — Iacobum Marzanum. P.
Hector de Conca — Vbertom Amicon. M.
Guillelmus de Palma — Guillelmum Clericum. P.
Raynaldus de Avella — Henricum de Landriano. M.
Pandul. de Aquino — Comitem Goffridum de Camisano M.
Domini de Insula — Mediolanum de Cusano. M.
Iolianus de Castropignano — Obertum de Curte maiori. P.
Stephanus de Anglone — Medium Crevellum. M.
Guillelmus de Pescolanzano — Giliolum Maynez. M.
Marinus de Valle — Grimer. de Tuna. P.
Senebaldus de Fossaceca — Guelfum de Ponte. *Vacat quia remansit in Parma.*
Henricus de Fossaceca — Berardum de Presbytero. P.
Domini Cantalupi — Vgonem Avignon. P.
Riccardus de Molino — Gerardum Bumo P.
Robbertus de Bosse — Guillelmum Leccacorv. P.
Dominus de Planisio — Opizonem Vicedomioum P.
Robbertus de Morrono — Autolinum de Monte cimino P.
Roggerius de Canale — Ruffineccum filium Philippi de Caprimilido. P.
Goffridus de Petravalda — Cremascum de Cino. C.
Robbertus de Noell. — Albertum Rubeum de Iustitlino. P.
Gualterius de Biscurro — Clericom de Nigro de Muzia.
Ugo de Rocca Vivat. — Englifcum Maravella.

Obsides Padue.

Vmfredus de Rebursis — Petracium filium Bernucli Vldrau.
Ioannes de Suessa — Bonifacium Oliverii de Sollar.
Rebursa — Iacobum filium Guillelmi de Palmer.
Thomasius Scallonos — Albertom Dentem.
Robbertus de Apolita — Iacobum de Bersis.
Thomasius de Ioa — Carlassar Bartholomei de Prando.
Nicolaus de Cicala — Henricum de Vico Ager. *qui per licteras scriptas primo lunis apud Capuam Landulfo de Franco Iustitiario terre Bari. assignandus per eum Leoni de Bonesio civi Bari.*
Philippus Capice — Guillelmum filiom Aldigerii.
Toranus — Englesidum filium Pandin.
Iohannes Bove — Petrum filium Monaldi.
Goillelmus Guaymarius — Rolandum Guarnerin.
Iohannes de Raymo — Errikect. filium Grimaldelli de lumin.
Iohannes de S. Fraymundo — Ruffinum Burgunnon.
Iohannes Paganus — Bartholomeum filium Zafh iudicis.
Perardus de Monte medio — Vitalianum de domo Iudicis.
Symon de S. Angelo — Berretr. filium Bonifacini de Solar.
Vgo Cappellus — Iohannem de Casottu.
Leonardus de Avenabulo de Aversa — Paganinum de Viguntio *quia illi cui datus fuit inventi sunt suspecti.*

Guil-

Guillelmus de Rocca Tobon. — Henricum de Vico aget.
Domini de Campoleto — Henricum de Manfridu.
Vitus Avaletius — Mattheum de Vitaliano de Linizi.

Pag. 43.

Decembr. apud Pisas.

Barones in Iustitiariatu Principatus quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi.

Magister Iustitiarius — { Guiscardum & Guidonem de Petrasancta } M.
Iacobus de Morra (Landul. Cripellum & Mediol. de Hayato) M.
Goffridus de Morra — Mattheum de Prialon. M.
Rado de Acchia — Lanfrancum de Cusano. M.
Riccardus de Montenigro — Albertum de Businad. M.
Iordanus Filangerius — Otracium de Busenad. M.
Bobbertus de Caiano — Franciscum de Settan. M.
Iohannes de Monteforti — Petrum Burr. M.
Mattheus Franciscus — Raynerium Scangnum. M.
Pandul de Fasanella — Obertum Surdum de Placentia P.
Domini de Contursо — Guillelmum Advocatum de Placentia P.
Riccardus de Senercla — Mattheum Gambarum. M.
Gradaronus de Lavalva — Lanzelmum Mammarell. M.
Oddo de Laviano — Guidonem Mammarell. M.
Philippus de Acerno — Antelmum de Trivulco. M.
Iohannes Fasanella — Henricum de Pizubunell. M.
Riccardus de Bisaccia — Obizum Mentecazum. M.
Philippus de Zunculo — Andream Gambarum. M.
Riccardus de Flumar. — Mediol. de Prialone. M.
Iohannes de Renell. — Roggerium de Orenzano. M.
Landul. de Cripta — Guillelmum Mora. M
Guerrerius de Cripta — Gerardum Pellucc. M.
Guillelmus de Montemarano — Bovem Buscum. M.
Henricum de Torasio — Iacobum de Serieno. M.
Troysius de Montemilecto — Goillelmum Saporitom. M.
Dominus Serte — Obbertum Mentocclum. M.
Dominus de Tufo — Gerardum de Aquanno. M.
Iordanus de Clusano — Obizum Valvum. M.
Dominus de Prata — Iacobum Scanzum. M.
Robbertus Malaerba — Obertum de Mandell. M.
Guillelmus Franciscus (Egidium Marcellinum & Morum Spetialem) M.
Philippus de Buffone — Guidonem Pectoran. M.
Malgerius de Marza — Candulfum Martignon. M.
Iacobus de Castello veteri — Ruggerium de Doenan. M.
Dominus Casalis Albuli — Obizonem Guilineuellum M.
Riccardus de Anglone { Iacobum de Candin. & Bullam de Bonsennor. de Crema. } C.
Rubbertus de S. Georgio — Danisium Botrassa. M.
Guido Filangerius — Iacobum de Rizol. de Placentia P.
Guillelmus Paganus Nucer. — Obertum Villanum. M.
Dominus Torrace — Conradum Cavu M.
Marinus de Ebulo — Rufinum de Porta. P.
Rao de Buffone — Albertom de Melignan. M.
Robbertus de Fontanarusa — Obertinum Amicon. M.
Domini de Molinaria — Petrum Villanum P.
Mattheus de Lecto — Robbertum de Porta. P.
Robbertus Burrellus — Danesium de Matinata. M.
Nevolonus de Ponte — Vitalem Palestrellum. P.
Abbas Monasterii Cavensis — Michaelem de Laudo *qui fuit Prepositus omnium* SS.
Philippus de S. Magno — Ughettum Carbonum. M.
Robbertus de Salvia — Paganum Sartum. M.
Dominus Qualiecte — Falavellum de Mocza. M.
Vgo Capasinus — Aliprandum de Casali. M.
Riccardus Capasinus — Ianninum de Lonifano. P.
Iohannes Paganus — Locterium Gruta. M.
Guillelmus Bodecti — Landonem de Rosa. M.
Filii Roberti Capasini — Obertum de Rivolta. P.
Bartholomeus Bonomo — Guillelmectum de Lampugnano. M.
Riccardus filius Henrici — Finacium Bossum. M.
Hector de Montefusculo — Danisium Crivell. M.
Adenulfus Ianarius — Vbertinum Advocatum. P.
Bartholomeus de Alduyno — Albertinum Crivell. M.
Thomasius Burracius — Albertinum de Posterul. M.
Iohannes de Marzano — Fulconem Todiscum. P.
Roggerius filius Gimundi — Guidoctum de Fontana. P.

Sergius de Castro mari Surrenti — Iohannem de Marate. M.

Decembr. apud Pisas. Pag. 43. adv.

Barones in Iustitiariatu Basilicate. quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi.

Ruggerius Tortaman. (Egidiom de Posterula & Berriolum de Pizubonello) M.
Roggerius de Castelmezano — Iammardum de Terzano. M.
Robbertus Pettapertusus — Durantum de Melignano. M.
Guffridus de Craco — Henricum de Mariano. M.
Raynaldus de Garrisio — Arnaldum de Cantono M.
Gilibertus de Salandra — Albertum de Hayara M.
Robbertus de Ripa candida — Spinalbeum M.
Comestabulus Venusii — Iacobum Albeum M.
Robbertus Gentilis (Rufinum de Mandello & Scrimaeiam de Scrimaeiis) M.
Andreas de Aquaviva — Berteraymum de Casanova. M.
Berardus de Callenga — Ambrosium de Zibil. M.
Gualterius de Rajano — Ruggerium de Hanri is. M.
Guillelmus de Montefalzone — Octatium de Hanticis. M.
Guillelmus de Rotis — Lampunninum Spata in iocta. M.
Riccardus de Lacupesel. — Iacobum de Turre. M.
Domini de Platano — Ansaldum de Riva de Placentia P.
Vguitio Saxofortis — Lanfrancum de Corte. M.
Riccardus de Tito — Iacobum de Buginado. M.
Domini de Pincerno — Obbertum de Summa M.
Dominus Gloriose — Flamineum de Legnano. M.
Thomasius de Saponaria — Percivallum de Summa. M.
Nicolaus de Moliterno — Nicolectum de Cusaoo. M.
Berengerius de Bizan. — Pisam de Lognano. M.
Riccardus de Loria — Sixtum de Pizubunell. M.
Gualterius de Ravano — Castellinum de la Cruce. M.
Guido de Lacu nigro — Goidonem de Bosenado. M.
Goillelmus de Sanginito (Antelmum de Pizubunell. & Morandom Marignon.) M.
Conradus de Sancto Mauro — Grassum de Casale. M.
Petrus Romanus dominus Rotunde — Petrocinum de Arcellis. P.
Gilibertus dominus Turture — Palmerium de Monte domin. P.
Henricus dominus Pappasydor. — Petrum de Conio. P.
Petrus dominus Tricclin. — Burgornon. Lachett. P.

In Melfia obsides Padue.

Iudex Petrus — Andream Mancaspissa.
Muscus — Riccardum Sciurill.

In Potentia obsides Padue.

Palmerius miles — Conradinum filium Zachi.
Raynaldus de Nirso cum fratre — Ambrosium de Conte.

In Iustitiariatu Capitinate.

Riccardus de Montefusculo Iustitiarius — Obbertinum de Ozul. M.
Guido de Guasto — Guillelmum de Galerato. M.
Gualterius de Biccaro — Iudeum de Hayto. M.

Decembr. apud Pisas. Pag. 44.

In Iustitiariatu terre Bari. barones & cives quorum custodie commissi sunt prisones Lombardi, & obsides Padue.

Dominus Turi — Henricum Mauerium. M.
Goffridus de Montefuscolo — Lanzinom de Curte. M.
Iohannes Amorosus — Crescentium filium Alberigecti de Danisano de Padua.
Melenzanus de Baro — Bartholomeum filium Alvernani de Zacho Pad.
Thomasius Arbustus de Neap. — Odericum filium Henrici de Vico ager Pad. *qui per litteras factas primo Iunii apud Capuam datus est Nicolao de Cicala.*

In

In Monopolo obsides Padue.

Segnoricius de Monopulo — Albertum de Bonizo.
Petrus de Uncia — Guarmerinum filiom Otlandi Guarmerini.
Raymundus Iudicis petri — Bartholomeum filiom Symeonis Mancaspissu.
Protontinus — Oliverium filium Marci de Donisa.
Magister Raynerius — Benedictum filium Gabrielis de Ludisino.

In Botonto obsides Padue.

Segnorus — Bonaventuram filium Andree de Frido.
Iudex Petrus de Botonto — Rodulfum filium Manfridi de Cerruto.
Goffridos de Litthia — Paradisom filium Henrici Paradisi.
Angelus de Furasia cum genero — Carsilionem filium Paganini de Vicentio.
Abbamundus cum fratribus — Antoninum de Manfredis.
Iacobus de Ferrariis — Paulum de Dente.
Major de Ferrariis — Andream filium Maff. dulcis.

In Trano obsides Padue.

Vrso Iudicis Iohannis — Solimanum de Leonardo.
Eustasius de Zafiro — Iacobum filium Henrici Robberti Iudicis.
Iaquintus de Risando cum fratre — Philippum filium Bertram. Iudicis.
Apolitus de Barulo — Vivianum de domo Iudicis.
Iohannes Mazuc cum fratre Amoruzo — Simeoneo Mancaspissu. *qui Symeon XIII. Iunii XIII. Indictionis apud S. Germanum commissus est Iustitiario terre Bari & terre Ydronti L. de Franco, ut ipsum in aliquo castrorum Imperialium faciat cum expensis ipsorum custodiri deputando duos servientes ad ipsius custodiam cum expensis eorumdem. que littere facte sunt per manus magistri P. de Capua de mandato Iudicis Taddei.*
Iudex Gualterius cum fratribus — Vngarellum filium Petri penne de Vngarellis.

In Barulo obsides Padue.

Vgo de Lellis — Iacobom Franciscum filium Alli. *quem mandatum est custodiri in castro Baruli sub expensis ejusdem Vgonis XVI. Novembris XIII. Indictionis.*
Griso de Melficta — Tisium filium Maxen. Iohannis Vin.
Iohannes de Marra cum filio — Iordaninum filium Alberti Bar. *XXVII. Aprilis XIII. Indictionis datus est in castro Baruli, sicut scriptum est infra.*
Notarius Gilibertus cum fratribus — Ingolfum filium Samaritani de Contibus.
Henricus de Sire Bisantio — Grimedul. filium Petri de Avonic.
Iudex Angelus Bonellus — Albertinum filium Iacobi de Ponte.
Iudex Guillelmus furensis — Benedictum filium Labonecti de Guido.

In Iuvenacio.

Iudex Salita cum nepotibus — Arenginum filium Bernardi donne diambre.

In Vigiliis obsides Padue.

Iudex Pettus cum filiis — Gualteriom filium Aotenopii Iudicis.
Innoctarus Vnzadaute — Arcoiginum filium David.
Iudex Lupo cum filiis — Tusium filium Albertini.

Decembr. apud Pisas.

Pag. 44. adv.

Barones & cives in Iustitiariatu terre Idronti. custodes captivorum & obsidum.

Thomasius Gentilis — Iacobum Trikirolum.
Raynaldus & Gurrisius domini paleiani — Iohannem Passacalder. P.
Thomasius de Orya — Guidonem de Vedellis. P.
Thomasius de Brittavilla — Girardum de Sutero M.
Berardus de Ozano — Castellectum Contalonerium. M.
Iohannes Cacapice — Henrigertum de Catal. M.
Nicolaus Marescalcus — Iacobinum Bossum. M.
Guillelmus de Caruvigna — Benkettum de Caym. M.
Riccardus Malecta — Villanectum Scoionem.
Comes Petrus de S. Felice — Berteraymum de Monte Cimino P.
Robbertus Guaragnus — Guillelmum filiom Agati. P.
Roggerius Marescalcus — Rufinum de Son. P.
Filii Henrici de Bonseculo — Iohannem Faczubene. P.
Petrus de Massafra — Iannatium Bulcin. P.
Robbertus Bellu — Bernardom Sculfer. P.
Iohannes filius Riccardi — Philippum de Torano. M.
Robbertus de Cerasole — Rufinum Gatta melara P.
Amo donne calye — Meolanum Malcarzatum. M.
Guido de S. Blasio — Mircum de Sala. M.
Guerrerius de Montefulculo — Gualdricum Ferr. M.
Frater Giffredi de Castello — Obertinum Salvaticom. M.
Gentilis de Castringa — Aldricum Long. M.
Vinciguerra Buteller. — Martinum Cacapistum. M.
Thomasius filius marimontis — Vassallum de Sesto. M.
Goffridus Brisardus — Martinum de Rubeato. M.
Guillelmus Pisanellus — Guillelmum de Sisto. M.
Ionathas de Loco — Gerardum Ferrarium.
Riccardus de Petravalda — Iulianum Guadragnabn. P.
Riccardus de Marczano — Nicolaum Baghalottum. P.
Roggerius de Trosen. — Lanfrancum Gorgol. P.
Philippus de Persona — Acerbium de Ponterol. M.
Petrus de Noa — Bonifacium de Scintill. Pad.

In Hostuno obsides Padue.

Majo de Iustar. cum fratre — Artosinum filium Pauli de Vico Aget.
Iudex maior — Pettom bon-filium Sulimonis de Ciliberta.

In Brundusio obsides Padue.

Guarinus — Vbertum filium Vguizonis de Maltraversis.
Nicoletta — Guillelmum filium Traversi de Sacza.
Fraocolinus — . . . . . filium Iordani de Forzete.

In Iustitiariatu Vallis Gratis & terre Iordane.

Comitissa de Coriliann — Abbarem de Melignano. M. *qui datus est ad custodiam Anselmi subscripte. quia suus quem custodiebat obiit & scripsit Laurentius ad eum sicut infra XVII. Aprilis XIII. Indictionis.*
Ampollonius de Morano — Albertum Rizolum du Placentia. P.
Paulinus de Tarsia — Oddolinum de Mandello. M.
Roggerius de Matera — Andream Manerium M.
Roggerius de Guardia — Henricum Valvum M.
Francus de Mediolano — Antolinum de Porta. M.
Mattheus de Tarsia — Obbertum de Rizolo de Placentia. P.
Parisius de Ypsicro — Agatum Bapponum P.
Berardus de Podio — Vgatium Pisalardum. P.
Domini de Vrsomarzo — Aldricum Sellar. M.
Robbertus de Berbecario — Rubum de Balsamo. M.
Henricus Pappasidor. — Iacobum de Avienone. M. *qui XII. Aprilis commissus est Riccardo Valentono.*
Roggerius de Amic. Iustitiarius — Petrum de Gerczano. M.
Fratres Raynaldi de Guasto — Andream de Conte. M.
Vgo de Sabuco — Benvenutum Fert. de Placentia. P.
Iacobus de Petramala — Cannolum de Curte majori Placentinum. P.

Riccardus de Rosa — Ioannem Zinzigollum de Placentia P.
Petrus Biscardus — Fulcum Pelagum de Vicedominie.
Roggerius de Policastrello — Iohannem Librapanem de Placentia. P.
Stephanus de S. Donato — Iacobum Costa de Oca de Placentia. P.
Anselmus Lombardus — Raynerium Salvaticum. *datus est ei abbatinus de Molignano suprascriptus.*

Mandatum est Iustitiario Vallis gratis & terre Iordane. ut quia Henricus de Pappasider. insufficiens est ad duorum captivorum custodiam cum per Iustitiarium Basilicate datus fuerit eidem Henrico unus ex captivis custodiendus. idem auferat eidem Iacobum de Mediolano quem ipse dederat sibi custodiendum & assignet illum custodiendum Riccardo Valentono.
IIII. Ianuarii scriptum est ut dictus Guillelmus ducatur ad Curiam cum filio Nicolai de Lucrato obside Padue quem dicitur custodire Gisulfus de Padula licet non inveniatur scriptus in hoc quaterno prisonum & obsidum.

Pag. 45.

Decembr. apud Pisas.

In Iustitiariatu Calabrie custodes captivorum.

Carnelevarius de Papia — Goffridum Pizubonellum. M.
Guillelmus de Altavilla — Artusium de Cusano. M.
Petrus de Calabria — Iacobum Bilbum. M.
Guillelmue de Sellia — Thomasium Mantichazum. M.
Philippus Acchillone — Lantelmum de Hysato C.
Alexander de Pissono — Besentratum Benzon. C.
Iordanus Gualdricus — Lantelmum de Marinata M.

In Iustitiariatu Sicilie citra flumen Salsum.

Domina Paternionis { Rufinum medicum & / Passaguadum Piliccu } M.
Octavianus dominus Calatabiani — Alterium de Bussano.

Postmodum II. Martii XIII. Indictionis. apud Tuscanellam assignata est in camara. quam misit Iustitiarius Capitanate. Divisio sive dispensatio custodie omnium prisonum & obsidum prescriptorum. que in proximo sequenti folio continetur.

Pag. 46.

Pisis Decembr. XIII. Indictionis.

Littere de collecta XIII. Indictionis.

De collecta.

XXV. *Eiusdem. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Traiecto scripsit G. de Tocco ad B. Piscionem Iustitiarium Aprucii.* Inminens negotiorum nostrorum instantia. quibus decus nostrum & Imperii tangitur nos compellit ut qui personam nostram laboribus exponimus preclare hereditatis nostre Regno nostro Sicilie parcere non possimus quin ad ipsius incolas in laboribus nostris quasi declinantes caput ad requiem quos honoris nostri facimus in invidiam omnium populorum participes faciamus nostrorum onerum non expertes. quorum utique quietem sicut & nostram appetimus & in eorum laboribus fatigamur. Scimus autem quod peculiaris. populus noster de Regno nostro pronus mandatis promptus assurgere ut perficiat quod mandamus ad obtinendam celsitudinis nostre gratiam quam in promtitudine fidei continuatis servitiis noscitur meruisse. Cum igitur velimus in presenti ut Regnum nostrum nobis subventionem faciat colligendam postposita tarditate in ea quantitate & forma. que 10 in collecta anni preteriti statuta extitit & servata. Ecce mictimus ad te Iudicem M. de Iuvenatio fidelem nostrum. qui super quantitate & forma colligende collecte. nostram tibi patefaciet voluntatem. Fidelitati itaque tue precipiendo mandamus quatenus eidem Iudici M. fideli nostro in hys que tibi super hoc dixerit fidem adhibeas. & devote studeas adimplere ita quod quan-20 titas anno preterito imposita in Iustitiariatu tuo in nullo penitus minuatur. & diligentiam tuam circa servitium istud merito commendemus. Datum.

Similiter scripsit R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. & Comitatus Molisii. quod credat R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate.

Similes T. de Montenigro Iustitiario Principatus quod credat eidem.

30 *Similes L. de Franco Iustitiario terre Bari quod eredat eidem.*

Similes T. filio Osmundi Iustitiario Basilicate. quod credat Iudici Leoni de Iuvenacio.

Similes A. de Aquaviva Iustitiario terre Idronti. quod credat eidem.

Similes Iustitiario Vallis Gratis & terre Iordane quod credat R. de Lauria.

Similes Iustitiario Calabrie. quod cre- 40 *dat eidem.*

Similes G. de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen salsum. quod credat H. Abbati.

Similes R. de Amic. Iustitiario ultra flumen salsum. quod credat eidem.

Predicto autem Iustitiario Capitinate scriptum est. quod ipse imponat collectam in Iustitiariatu suo in quantitate. & forma que in collecta anni preteriti statuta 50 *extitit & servata.*

Ad Andream de Cicala super negotio Beneventi.

Eodem die. De eodem mandato. scripsit idem Andree de Cicala &c. Quia per R. de Montefusculo Iustitiarium Capitinate fidelem nostrum super negorio Beneventi. nostrum tibi beneplacitum revela-

velamus fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus. quicquid super eo tibi ex parte culminis nostri dicet firmiter credas. & efficaciter studeas percomplere. Datum.

Similes ad T. de Montenigro Iustitiarium Principatus. ut credat eidem super eodem negotio Beneventi.

Similes ad Iohannem de Marzano. ut credat eidem super eodem.

Similes ad Magistrum Sad. de Benevento ut credat eidem. non expresso in licteris negotio Beneventi.

Ad Iustitiarium Capitinate pro nepote Regis Tunisi.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate. Cum Nepoti Illustris Regis Tunisi velimus de necessariis subveniri. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem nepori Regis des palafredum unum qui valeat usque in sex Vncias auri. Mataraczium unum de zendato. Cultram unam de zendato. Robbam unam de scarlato pro sua persona investitam de vario. & pro indumentis trium scuteriorum ejus Vncias auri sex ad pondus Curie nostre. Recepturus de hiis que sibi dederis apodixam. Datum.

Pag. 46. adv.

Decembr. apud Pisas.

Licttere patentes de Sarracenis reducendis in Luceriam.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem. F. R. &c. Vniversis Iustitiariis. Magistris Camerariis. Camerariis. Bajulis. & universis officialibus citra farum constitutis fidelibus suis &c. Quia beneplaciti nostri est ut omnes Sarraceni quos dudum venire mandavimus de Sicilie partibus in Luceriam reducantur fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem R. de Montefusculo Iustitiarii Principatus fidelis nostri omnes Sarracenos generaliter qui fuerint in terris vestris Iurisdictionibus subjectis ire Luceriam compellatis moraturos ibidem. nec patiamini quod aliquis Sarracenus amodo in terris Iurisdictionum vestrarum moretur quin Luceriam vadat juxta mandatum excellentie nostre. sicut earam habetis gratiam nostram. Datum.

Iustitiario Capitinate de reparandis domibus plateriis & biveriis.

De eodem mandato. Idem ad R. de Montefusculo &c. Quia domos nostras de Iustitiariatu tuo decenter volumus reparari. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad ipsas reparandas te ostendas per effectum operis efficacem. apparatum faciens in eisdem de gallinis. columbis. anseribus. anatribus. lignis siccis. & aliis oportunis. facias etiam abtari placteria & biveria nostra. & plantari nemora. sicut tibi dedimus verbotenus in mandatis. Volumus etiam & mandamus fidelitati tue. ut omnia bona captivorum Capitinate quos Inquisitiones facte culpabiles ostenderunt ad opus nostre Curie capi facias. & cum diligentia debita procurari. taliter in omnibus nostris servitiis processurus &c.

Ad eundem de mille bobus dandis ad partem Sarracenis Lucerie.

Ad eundem Iustitiarium. Ecce scribimus M. de Plancatone Secreto fideli nostro. ut Mille boves de armentis nostris inter domitos & indomitos tibi debeat assignare. Qui si forte numerum ipsum complere tibi non posset. fidelitati tue precipimus. ut quot eidem de numero ipso defecerint. tot emas de pecunia Curie nostre. ita quod numerum millenum completum habeas. & omnes ipsos Mille boves des ad laborem pro parte Curie nostre Sarracenis Lucerie ut ipsos teneant ad partem sicut tenere consueverunt tempore Regis G. secundi recolende memorie consobrini nostri ad commodum Curie nostre. Nomina omnium Sarracenorum quibus boves ipsos dederis sic. faciens in scriptis tedigi ad cautelam Curie nostre quid etiam inde dare nostre Curie teneantur. Volumus etiam & mandamus ut tam ab Archad. quam a quolibet Sarraceno Lucerie recipias pro parte Curie nostre canonem & Gesiam. faciens in scripturam redigi ad cautelam debitam Curie nostre quid & quantum dederint. & quid a quolibet debeatur. ita ut studium tuum possit & debeat ex effectu nperis commendari. & quid ab eis acceperis ad Cameram nostram mictas. Scriptum etiam de predictis omnibus studiose factum ad Curiam nostram studeas destinare. Datum.

Secreto de dandis mille bobus Iustit. Capitinate de armentis Curie.

Item. Ad M. de Plancatone &c. Quia pro servitiis nostris que R. de Montefusculo &c. licteris nostris duximus injungendum. placet nobis ut mille boves inter domitos & indomitos ei de armentis nostris dare debeas. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipsos Mille boves inter domitos & indomitos de armentis nostris accipi facias. & eidem Iustitiario vel ejus nuntiis ad re-

quisitionem ipsius studeas assignare. recepturus de hys quos dederis apodixam. Vt idem Iustitiarius quod inde sibi mandavimus celeriter exequatur & diligentiam tuam proinde commendemus. Datum.

Pag. 47.

Decembr. apud Pisas.

Renaldino de Panormo pro leopardis.

XXV. De Imperiali mandato facto per Magistrum Roggerium de Petrasturmil. scripsit Laurentius Renaldino de Panormo Vallecto &c. Mandamus precipiendo fidelitati tue quatenus statim visis hys licteris eligas tres de leopardis tue eure commissis meliores & melius affaytatos & tres alios non affaycatos meliores qui tamen sciant equitare. & habiliores sint ad affaytandum. & ducas tecum leoparderios necessarios pro leopardis ipsis ac venias usque sanctum Flabianum. deinde venturus ad nos si venire cum eis poteris salubriter & secure. alioquin adventum tuum nobis significes ut qualiter debeas ad nos venire. mandemus. de roncinis autem & expensis necessariis pro te. leoparderiis & leopardis requiras Iustitiarium Capitinate. cui hoc dedimus in mandatis.

R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate pro expensis leopard.

Item R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate. Quia volumus. ut Raynaldinus de Panormo Vallectus fidelis noster eum sex leopardis & leoparderiis ad presentiam nostram festinanter accedat. Mandamus quatenus eidem roncinos & expensas necessarias pro leopardis & leoparderiis ipsis quos duxerit. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere. & dicto R. pro se duobus scuteriis & tribus equis suis expensas.

R. de Montenigro Iustit. terre Laboris pro mutuandis equis nuntio Cumian.

Item. De mandato domini Raonis & Magistri Alberti scripsit idem Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris &c. Quia nuntium Cumian. in Apulia de Curia nostra permictimus usque ad reditum nostrum Fogie moraturum. fidelitati tue mandamus quatenus eidem pro se & hys qui secum sunt. octo equos de hys qui sunt in contrata jurisdictionis tue. facias usque Fogiam mutuari. ut in eis usque ad dictum locum comode valeat equitare.

Item Alexandro filio Henrici. Quia nuntium &c. *usque* moraturum. & cum eo Theodorum Vallectum &c. procuratorem a nostra Curia sibi datum. mandamus quatenus. eidem nuntio. pro se & decem personis. sicut melius expedire videris. ac dicto Theodoro. pro se duobus scuteriis. & tribus equis. juxta assisam Curie nostre. de pecunia nostre Curie que est per manus tuas. expensas debeas exhibere. a medietate mensis Ianuarii primo venturi in antea donec morabuntur ibidem.

Alexandro filio Henrici pro expensis nuntii Cumian.

Alexandro predicto pro canibus & scuteriis Marescalle.

Item eidem. Quia Conradum Firmonachum. & Iohannem de Troja Marescalle nostre scuterios eum septem canibus in Regnum venire mandavimus. fidelitati tue mandamus quatenus eis. a medietate mensis Ianuarii proximo futuri in antea donec ibidem cum eanibus ipsis fuerint de pecunia Curie nostre que est per manus tuas expensas moderatas & necessarias sicut potius expedire videris debeas exhibere pro se & canibus antedictis.

Lictere ad R. de Amic. quod assignet Castellum Cephaludi Hugoni Anglico.

XXV. Decembris. De mandato Imperiali facto per Marinum de Panormo. scripsit P. de Capua ad Roggerium de Amic. Iustitiarium Sicilie. Notum facimus fidelitati tue. quod nos confidentes de prudentia & fidelitate Hugonis Anglici habitatoris Panormi fidelis nostri. custodiam Castri nostri Cephaludi. ipsi duximus commictendam. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus Castrum ipsum cum omnibus rebus que in eo sunt sibi facias assignari custodiendum ad honorem & fidelitatem nostram. faciens de rebus in eo inventis. fieri tria scripta similia. Vnum penes te retinendum. aliud eidem Castellano tribuendum. tertium ad nostram Curiam destinandum. Datum &c.

Ad O. Fallamonachum pro Camera Imperatricis.

Item eodem die. De eodem mandato scripsit idem. ad Obbertum Fallamonachum Secretum. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus quidquid Iohannes de Amato statutus super servitiis Camere illustris Consortis nostre super officio & ordinatione ejusdem Camere per suas licteras tibi mictet. exequi & complere procures. Vt &c.

Decembr. apud Pisas. Pag. 47. adv.

XXV. Ejusdem. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scri-

Responsales ad Angelum Frisar. super diversis capitulis.

scripsit G. de Tocco. Angelo Frisar. &c. Benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit & que continebant intelleximus diligenter. laudantes studium tuum. de eo quod ad mandatum nostrum pecuniam assignasti H. Abbati fideli nostro ad nostram Curiam deferendam. & placet nobis. ut pecuniam undecumque potes studeas invenire nostris sumptibus oportunam. Super capitulis vero tuis licteris interelusis. singillatim tibi ad omnia Respondemus. Primo de tertiaria extractionis victualium receptorum dudum a fidelibus nostris de Regno. placet nobis ut sicut per alias licteras nostras tibi & aliis Officialibus nostris statutis super portubus nôstris mandavimus observandum quintam partem tantum recipias. In hoc enim utilitati fidelium nostrorum benigne providimus. quorum commoda nostris accrescere commoditatibus reputamus. De victualibus Curie nostre. tam de portubus. quam de granariis. placet nobis ut quia Secretus fidelis noster fecit muniri Castra nostra ipsatum partium. ipse victualia ipsa recipiat. & quantum necessarium fuerit Castris ipsis detineat de residuo vero faciat quod utilitati Curie nostre melius videbitur expedire. De granariis. campis. molendinis. terragiis. & scadentiis Auguste que ut scripsisti quidam inter se dividunt. & Curia nostra nihil percipit. que si forent uni procuranda commissa. ad commodum nostre Curie redundaret. placet excellentie nostre. ut per dictum Secretum aliquis discretus & fidelis hys omnibus proponatur. per quem in ipsis Curie nostre urilitas procuretur. de aliis victualibus Curie nostre que sunt per manus tuas. & ut scripsisti si mictentur in Barbariam vel Yspaniam carius venderentur. placet nobis. ut ubicumque melius vendi possunt ipsa victualia vendenda transmictas. De hominibus Heraclee qui volunt solvere ut scripsisti terragium Curie nostre pro terris quas tenent. de quibus Curia nostra percipiet usque in sex mille fere salmas placet nobis ut ipsum terragium ad opus Curie nostre idem Secretus cum consilio tuo recipi faciat & cum debita diligentia procurari. De plagia vero quam iidem homines Heraclee petunt fieri. ut barce possint ingradari & fieri poterit cum expensis solummodo Mille tarenorum. & inde Curie nostre commodum grande perveniet placet nobis. ut idem Secretus de consilio tuo. plagiam ipsam fieri statuat si videatur expedire Curie nostre. Ipsi enim Secreto super omnibus supradictis per licteras nostras speciales mictimus nostre beneplacitum Majestatis. Datum.

Ad Secretum super eysdem diversis capitulis.

Item ad Secretum. Significavit nobis per licteras suas Angelus Frisar. fidelis noster quod victualia Curie nostre. tam de portubus quam de granariis nostris que dudum M. Marchasaba Secretus accepit. ad manus suas non perveniunt. prout secundum formam commissionis sue noscuntur ad suum officium pertinere. Verum quia tu Castra nostra in partibus ipsis muniri facis. placet excellentie nostre. quod victualia ipsa de portubus. & granariis nostris percipias, & quantum expedire videris pro munitione Castrorum retineas. de residuo facias. quod ad commodum Curie nostre melius videbitur expedire. Significavit etiam nobis. quod de granario. campis. molendinis. & scadentiis Auguste. que quidam inter se dividunt Curia nostra nichil percipit. & si forent uni procuranda commissa. Curie nostre commodum curaretur. Super quo mandamus fidelitati tue ut fidelem hominem. & idoneum statuas. qui ipsa ad utilitatem Curie nostre procuret. sicut ipsum statui ad commodum nostrum cognoveris expedire. nomen ipsius quem ordinaveris nostre Curie transmissurus. Item significavit. quod homines Eraclee fideles nostri volunt solvere terragium Curie nostre pro terris quas tenent. Vnde Curia nostra percipiet usque in sex mille salmas. de quo placet nobis. ut si ita inveneris esse verum consilio habito cum Ipso A. terragium ipsum percipi facias & fideliter procurari. Item exposuit nobis per easdem licteras suas quod iidem homines Eraclee petunt plagiam fieri per Curiam nostram. ubi barce ingradari possint. que plagia fieri potest. ut ipse scripsit. fere. pro Mille tarenis. & grande commodum Curie nostre accrescet. Super quo mandamus tibi. ut communicato consilio cum prefato A. si ita inveneris quod in plagia ipsa

Ipſa pro tanta quantitate ſumptuum facienda. utilitas Curie noſtre verſetur. ipſam fieri facias in ea quantitate ſumptuum ſicut melius videbitur expedire. Vt ſtudium tuum &c. Datum &c.

Ad Admiratum Sicilie pro facto navis.

Item ſcripſit R. de Salerno Ammirata Nicolino Spinule. Significavit excellentie noſtre Angelus Freſarius Magiſter Portulanus Sicilie citra flumen ſalſum. quod cum commiſerimus ei quod victualia Curie noſtre que ſunt per manus ſuas. ad illas partes extra Regnum mictere debeat in quibus vendi valeant precio cariori ad utilitatem Curie noſtre. ſi de navibus Curie noſtre pro mictendis victualibus ipſis ad vendendum unam ſibi facere mandamus aſſignari cum ea magnum commodum noſtre Curie procuraret. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. habito ſuper hoc colloquio & conſilio cum eodem Angelo. ſi videritis ſimul quod idem A. de victualibus ipſis majus commodum Curie noſtre cum navi noſtra valeat procurare. tu unam de navibus Curie noſtre cum apparatu ſuo. pro exequendo ſervicio ipſo cum ea vel navim aliam quamcumque poteris ad commodum noſtre Curie ſibi facias aſſignari. & quicquid inde duxeris faciendum nobis tuis licteris ſignificare procures,

Pag. 48.

Decembr. apud Piſas.

Ad Carnelevarium de Papia quod mictat duos falcones ſacros.

XXVI. *De Imperiali mandato ſcripſit Roggerius de Petraſtur. Carnelevaria de Papia*. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus duos ſalcones ſacros videlicet illum qui dicitur Saxo & alium meliorem quem habes. per duos bonos portitores ad preſenriam noſtram per terram tranſmictas. injungens portitoribus ut a ſancto Flaviano in antea uſque ad preſentiam noſtram. ſi ſecure venire poterunt veniant. alioquin ſignificent nobis advenrum ſuum ut ſicut ei mandabimus exequantur. & ecce quod Alexandro filio Henrici mandamus ut ad requiſitionem tuam pro falconibus ipſis. portitoribus. & equitaturis eorum uſque ad preſentiam noſtram expenſas debeat exhibere. Datum.

Alexandro filio Henrici pro expenſis ipſorum.

Item. Scripſit Roggerius de Salerno dicto Alexandro. Vt ad requiſitionem & ordinationem dicti Carnelevarii pro falconibus. portitoribus. & equitaturis eorum expenſas debeat exhibere de pecunia Curie que eſt per manus ſuas.

Iuſtit. Capitinate pro expenſis captivorum Lombardorum.

Eodem die. Scripſit G. de Tocco ad R. de Monteſuſculo Iuſtitiarium Capitinate. Mandamus fidelitati tue. quatenus. omnibus captivis Lombardis quos in Regnum noſtrum Sicilie mictimus cum galeis quouſque aſſignati fuerint Baronibus & Militibus fidelibus noſtris. quorum cuſtodie deputantur. de pecunia Curie noſtre que de Iuſtitiariatu tuo eſt per manus tuas moderatam comeſtionem tribuas. de hys que dederis. cautelam debitam recepturus. Datum.

„ *Eodem die. De Imperiali mandato*
„ *facta per Magiſtrum R. de Trajecto.*
„ *ſcripſit G. de Tocco R. Pultar. &c.*
„ Quia H. Abbatem fidelem noſtrum in
„ Siciliam pro noſtris ſerviriis deſtina-
„ mus. fidelitati tue precipiendo man-
„ damus quatenus cum ad te pervene-
„ rit. ſi expedierit ſerviriis noſtris cum
„ ire per mare facias eidem H. armari
„ barkectam Iſde in qua in Siciliam
„ tranſeat pro ſervitiis noſtris commo-
„ dius & celerius faciendis. Datum.

Caſſate ſunt quia non fuerunt aſſignate ſet reſtitute in Camera ſalva ſigillo apud Fogiam VIII. Aprilis XIII. Indictionis.

Decembr, in Piſis.

Pag. 48. adv.

XXVII. *Henricus Abbas de Trapano. & Iudex Major de Iuvenatio remiſſi ſunt cum Galeis in Regnum pro deferenda pecunia ad Curiam ſicut deferre conſueverunt. quam recipere debent ab officialibus. quo die ſcripſit G. de Cuſentia de mandata Imperiali facta per Magiſtrum R. de Trajecto literas patentes pro Iudice Majore predicto in hac forma.*

Licte re patentes ad Officiales pro Iudice Majore de Iuvenatio.

FR. &c. Iuſtitiariis. Magiſtris Camerariis. Camerariis. Portulanis. Magiſtris Sicle Brunduſii. & Vniverſis Officialibus per Iuſtitiariatus Aprutii Capitinate. terre Bari. terre Idronti. & Baſilicate conſtitutis &c. Quia Iudicem Majorem de Iuvenatio fidelem noſtrum in Regnum duximus ſpecialiter deſtinandum ut ab Vniverſis & ſingulis veſtrum pecuniam noſtre Curie quam haberis vel habere poteritis undecumque requirat. recipiat. & citiſſime ad Curiam noſtram portet

cum

cum sit nobis non modicum oportuna. fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus omnem pecuniam Curie nostre quam habetis vel habere poteritis undecumque . ad requisitionem ipsius . statim visis licteris assignetis eidem . Nos enim sibi mandavimus . ut statim ad nos ipse redire studeat cum pecunia memorata. Vos autem recipiatis ab eo de hys que sibi assignaveritis apodixam & eadem nobis per vestras licteras intimetis . Datum .

Similes scripsit pro Henrico Abbate ad Iustitiarios . Secretos . Magistros Camerarios . Portulanos . & Universos officiales per totam Siciliam . Calabriam . terram Iordanem . Vallem Gratis . Principatum . & terram Laboris statutos .

Notario Symoni de Petramajore.

Item . Scripsit Notario Symoni de Petramajore . Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quantamcumque pecuniam habes de Curia nostra tecum deferas . & ad presentiam nostram te conferas cum eadem per terram . ita tamen quod cum fueris apud sanctum Flavianum . significes nobis adventum tuum illuc . & in veniendo ulterius non procedas . donec quid facturus sis mandatum nostrum receperis speciale . Datum .

Ad Secretum Messane pro sellis & scudo Regis Conradi .

Eodem die . De mandato facto per I. Maurum scripsit G. de Tocco M. de Plancatone Secreto . Mandamus fidelitati tue quatenus receptis licteris facias fieri apud Messanam sellam unam pulcram & competentem ad Palafredum . & aliam sellam ad destrerium pro Illustre Rege C. &c. karissimo filio nostro de armatura ejusdem Regis . & scutum unum de eisdem armis . quod videatur ydoneum . Vallecto qui sit sedecim annorum . & ea omnia studiose peracta . ad Curiam nostram studeas celeriter destinare . Datum .

Iohanni Romaldicio & Iohanni Iudicis Sparod. qu, Magistris portuum in Apulia pro mictenda pecunia ad Cameram que remansit eis .

Eodem die . Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum de Trajecto ad Iohannem de Romaldicio & Iohannem Iudicis Sparod. quondam Magistros portuum in Apulia scripsit Notarius R. de Salerno . Non sine ammiratione intelleximus quod vos ad generale mandatum nostrum quod omnibus Officialibus nostris dudum fecimus per patentes licteras nostras . pecuniam Curie nostre que remansit penes vos de officio introitus portuum quod exercuistis . Iudici Majori fideli nostro assignare minime voluistis . Inmo ipsam contra mandatum nostrum tenere temere presumpsistis in vestrum commodum & nostre Curie lesionem . Quo circa fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus . quatenus si est ita . receptis hys licteris omnem pecuniam quam habetis Curie nostre . que pervenit vobis tam ex officio supradicto . quam undecumque aliunde latori presentium Iudici Majori . eum omni integritate assignare curetis omni mora & occasione remotis . sicut gratiam nostram diligitis . & indignationem cupitis evitare . ut per eum ad nostram Cameram deferatur . Vos autem recipiatis ab eo de hys que sibi dederitis apodixam . & significetis nobis per licteras vestras quantitatem pecunie quam sibi duxeritis assignandam . Datum .

Decembr. apud Pisas. Pag. 49.

Responsales ad Andream de Cicala .

XXVII. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Sugio scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales domino Andree de Cicala . Benigne satis recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit & earum tenorem intelleximus diligenter . Studium autem & sollicitudinem tuam quam in ordinanda custodia & munitione Castrorum nostrorum te habere significasti plurimum commendamus . super eo vero quod ad requisitionem & mandatum dilecti filii nostri Henrici illustris Regis Turrium & Gallure . sine speciali mandato nostro pro servitiis nostris contulisti te personaliter Contraguerram . & milites . balistarios . & Sarracenos juxta ordinationem ipsius cum illa pecunia quam habere potuisti ad servitium nostrum mictere procurasti tanto te inde favorabiliter commendamus . quanto etiam non recepto mandato nostro . te in omnibus servitiis nostris sollicitum exhibes & paratum . tu ergo more solito circa servitia nostra promptus & devotus existas ut de bono in melius proinde te merito commendemus .

Ad R. de Pulcar. pro onerandis Galeis .

Eodem die . De eodem mandato scripsit G. de Tocco R. de Pulcar. Fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus venientibus Neapolim galeis nostris & galeis

leis Pisanis quas simul cum Lombardis prisonibus destinamus. loquaris cum H. Abbate fidele nostro. & statuas cum Pisanis Magistris galearum ipsarum ad melius forum quod poteris ad utilitatem Curie nostre. & omnes ipsas galeas Pisanas studeas onerare frumento nostro quod habes de frumento Curie quod si non suffecerit. emas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. ita quod omnes ipse galee onerentur frumento nostro. & statuas aliquem discretum & fidelem virum. qui veniat cum galeis ipsis & frumentum usque Sarzanum in terram Lunesanam de quo frumento nostro idem Prepositus per te. muniat Castra nostra que tenemus in territorio Pontistrem. & terra Lunesane in manibus nostris pro sex mensibus. residuum vero vendat ibidem prout melius poterit ad utilitatem Curie nostre. & de pecunia quam de ipso frumento percipiet solidabit CC. servientes pro duobus mensibus. ad rationem de quatuor tarenis auri per mensem cuilibet eorumdem & quos de terra Laboris fideles & idoneos per nostras licteras evocamus. quas super hoc ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris fidelem nostrum transmictimus. qui servientes venient cum eisdem galeis Pisanis. que cum nostro frumento redibunt. Tu vero super hys bene complendis studium habeas & diligentem laborem ut de mandato nostro per te bene completo tuam diligentiam commendemus. Significabis autem illi quem mictes super frumento quod servientes CC. terre Laboris solidabit pro II. mensibus. quos per R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris ipsos pro uno mense solidari mandamus. Injungas etiam ei. & statuas. quod de vidanda servientibus ipsis provideat quousque ad locum pervenerint supradictum ubi Castra nostra sunt sita corum custodie deputanda. Datum.

A i R. de Monte nigro Iustitiario terre laboris pro servientibus CC. mictendis in Lunesanum.

Item R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Cum velimus habere de Iustitiariatu tuo CC. servientes decenter armatos pro custodia Castrorum nostrorum. que habemus in partibus Pontistrem. & terra Lunesana. qui fideles sunt. de fidelium nostrorum genere orti. & consanguineos habent fratres seu filios in regione ipsa terre Laboris. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis licteris sine mora ipsos CC. servientes de Iustitiariatu tuo studeas invenire. solidans eos pro mense uno ad rationem de tarenis quatuor auri per mensem. & ipsos omnes sine mora mictas cum galeis Pisanis. quas R. de Pulcar. fidelis noster mictet oneratas frumento nostro. juxta mandatum nostrum quos eodem modo faciemus in antea solidari. qui per Castra nostra predicta distribuentur per V. Pelavicum ordinatum nostrum Capitaneum in Lunesano ad custodiam eorumdem. cui ipsos facies presentari. Tu vero super servientibus ipsis bonis & idoneis inveniendis. solidandis. & mictendis cum galeis predictis. talem sollicitudinem habeas. ut mandato nostro plene completo tuam diligentiam commendemus. Significabis autem R. de Pulcar. mensem quo solidabis servientes ipsos. qui debet mictere nuntium specialem cum frumento nostro in predictis galeis. qui eosdem servientes debebit pro duobus aliis mensibus solidare. ut in numero mensium & solidis ipsis dandis. nostra Curia non fraudetur. Datum.

Decembr. apud Pisas. Pag. 49. adv.

Responsales ad R. de Montenigro Iustitiarium terre laboris super facto suspectorum comitatus Molisii & Fundani pro excessibus contra regem.

XXVII. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Sugio. scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales. ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris. Grate satis & benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit. & tenorem diligenter inteleximus earumdem. Super processu autem habito contra homines Comitatus Molisii & Fundani. sicut tue lictere continebant. qui ex preteritis excessibus dudum contra nos per eos temere perpetratis Curie nostre reddiderint se suspectos. studium & sollicitudinem tuam favorabiliter commendamus. & quia contra alios. qui in pari sunt crimine constituti pro eo quod nobiscum morantur ad presens simili modo procedere non temptasti. celsitudini nostre placet. Volumus tamen. ut quid de illis tibi mandabimus efficaciter exequaris.

Item. Scripsit idem Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti de superiori mandato. Benigne recepimus licteras quas tua

Litt. responsales ad Andr. de Aquaviva Iustitiarium terre Ydronti super pecunia assignanda Iudici Majori.

tua nobis devotio destinavit & earum intellecto tenore studium & sollicitudinem tuam quam in recolligendo residuo collecte preterite habere te novimus per effectum . favorabiliter commendamus . fidelitati tue mandamus . quatenus. totam pecuniam quam habes de residuo ipsius collecte. &c quamcumque aliam habere poteris. Iudici Majori de Iuvenacio. secundum tenorem licterarum nostrarum debeas assignare . nichilominus in recolligendo alio residuo si quod restat adhuc & assignando eidem sollicitudinem & studium adhibeas. ut devotionem tuam &c.

Ad Secretum Messane pro Stephano Mustattio.

XXVIII. Ejusdem . De Imperiali mandato facto per Comitem Thomasium de Acerris . scripsit G. de Cusentia . Majori de Plancatone Secreto Messane . Cum Stephanum Mustattium falconerium & fidelem nostrum in partes Sicilie destinemus qui recolligere debet falcones nostros . sicut hactenus consuevit . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem Stephano Mustattio. expensas sicut recipiebat olim a Mattheo Marchasaba quondam Secreto. facias exhiberi . Postquam autem falcones nostros habuerit expensas juxta assisam Curie. tam pro falconibus . quam pro custodibus eorum sibi facias exhiberi. Datum.

Ad Iustitiarium terre Ydronti de capiendis bonis Iudicis Andree de Pomarico.

Eodem die . De Imperiali mandato facto per Magistrum T. de Suessa . scripsit G. de Tocco A. de Aquaviva Iustitiario terre Idronti . Quia Iudex A. de Pomarico in servitiis nostris statutus in Lombardia. male se gessit. & plura fecit in quibus nostram Majestatem offendit . ipsum capi mandavimus & fecimus custodiri penam debitam recepturum . fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus . omnia bona ejusdem Iudicis A. ad opus Curie nostre capias . & statuas fideliter procurari . Significaturus nobis quid & quantum in bonis ejusdem inveneris . & ceperis ad opus nostrum . studium etiam habiturus . quod aliqua ex bonis ejus in prejudicium Curie nostre non valeant occultari . Datum .

Ad Iustitiarium Basilicate de eodem.

Item . Similes per omnia . Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate .

Pag. 50. *Kalendis Ianuarii apud Santum Minianum .*

Primo Ianuarii . De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto . scripsit G. de Cusentia Alexandro filio Henrici .

Ad Alexandr. filium Henrici pro crucesignatis.

Cum illustris Rex Navarre dilectus amicus . & Comes Campanie fidelis noster . ac alii crucesignati qui sunt in partibus ultramarinis . preces nostre porrexerint Majestati . ut victualia vinum & alia oportuna de Regno nostro extrahere permictantur deferenda pro sustentatione eorum in partibus illis . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus quascumque res preter quam equos extrahere voluerint & deferre. eos permictas extrahere per jurisdictionem tuam. salvo jure Curie nostre statuto . Datum.

Tenor cedule . De jure autem . quod requiritur . dicas eis & ostendas nos fecisse gratiam & dedisse licentiam Universis fidelibus nostris vendendi res suas. deferendas extra Regnum . & ideo jus ipsum ab hominibus requiri pro eo quod res suas vendunt & volunt .

Lictere patentes de frumento vendito mercatoribus Pisanis.

Ibidem . De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum . scripsit Iacobus de Bantra patentes licteras in hunc modum. Tenore presentium notescat Universis quod Petrus Russus . Ugolinus Russus. Philippus filius Alberti . & Philippus Patruculus mercatores Pisani fideles nostri emerunt a Curia nostra Mille & trecentas saumas frumenti . libere extra Regnum portandas preter quam apud Venetias quocumque voluerint ad generalem saumam Regni pro Unciis auri quingentis & XX. ad generale pondus. ad rationem de tarenis XII. pro unaquaque sauma . quas Uncias in Camera nostra assignaverunt . quibus convenir & promisit firmiter Curia nostra quod Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi assignabit eis integre dictam quantitatem frumenti in portu Panormi sive in portu Trapani in proximo futuris Kalendis Martii hujus XIII. Indictionis libere & expedite ab omni jure Curie nostre & permictet eos ipsum frumentum libere de Regno extrahere . & portare preter quam apud Venetias quocumque voluerint ad vendendum . Unde ad ipsius rei memoriam &c.

Lictere ad Obbertum Fallamonachum super assignando frumento vendito mercatoribus Pisanis suprascriptis.

Item . scripsit Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Notescat fidelitati tue. quod Petrus Russus. Ugolin. Russus . Philippus filius Alberti & Philippus Patruculus mercatores Pisani fideles nostri emerunt a

Curia nostra Mille & trecentas faumas frumenti libere extra Regnum portandas ad generalem faumam Regni. pro Vnciis auri quingenris. & XX. ad generale pondus ad rationem de tarenis XII. pro unaquaque fauma quas Vncias in nostra Camera assignaverunt. quibus convenit & promisit Curia nostra. quod tu in Kalendis Martii proximo futuris frumentum ipsum in portu Panormi. vel Trapani. ubi commodius erit pro Curia nostra mercatoribus ipsis libere & expedite ab omni jure Curie nostre debeas & facias assignari. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. si in orreis nostris ipsarum partium. dicta frumenti quantitas haberi poterit. tu eamdem in altero ipsorum portuum. mercatoribus predictis. vel alteri sive nuntio ipsorum in predicto termino facias assignari libere & expedite ab omni jure doane & portus. & si in predictis otreis non habebitur. tu de pecunia Curie nostre que est per manus tuas emas ipsum. & in loco predicto illis assignes in constituto termino. qualibet difficultate remota. permissurus eos frumentum ipsum portare extra Regnum preter quam apud Venetias. quocumque voluerint ad vendendum. Quibus expeditis licteras nostras apertas quas exinde habent recipias. & scriptum competens pro Curie nostre eautela tibi fieri facias ab eisdem.

Pag. 50. adv.

Ianuar. in Pugibonito.

IIII. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Andree de Cicala a porta Rosesii usque Trontum Capitaneo. Quia Castellanus Rocce Buyani intelleximus infirmari ad mortem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus si est ita. receptis hys licteris. invenias aliquem probum. ydoneum. & fidelem de quo Curia nostra plene confidat. & ipsum in eadem Rocca Buyani constituas Castellanum ad honorem & fidelitatem nostram. significaturus nobis per licteras nomen ejus quem ibi duxeris statuendum. Datum.

Ianuar. apud Senas. Pag. 51.

Conventio facta cum Romanis de mutuo quod fecerunt Curie in Castris apud Landrianum III. Octubris qui debebant quietari in Curia. & pro defectu pecunie mictuntur solvendi in Regno.

VIII. Ianuarii. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia patentes licteras in hac forma. F. R. &c. Notum facimus Universis. quod Romano Angeli Stephano de Philippo. Tibaldo fratri ejus. Paulo Malagrumo. Nicolao Stephani de Philippo. & Luce de Iennar. mercatoribus Romanis fidelibus nostris pro Vnciis auri CCC. & XXII. ad generale pondus Regni. quas debuerunt recipere de Camera nostra apud Cremonam per totum mensem Octubris XIII. Indictionis pro mutuo quod fecerunt Camere nostre in Castris apud Landrianum III. predicti mensis Octubris. quia predicto loco & termino quietati de predicta pecunia non fuerunt nec poterant ad presens in Curia nostra persolvi de pecunia delata de Regno per Henricum Abbatem fidelem nostrum secundum conventionem eis factam. & eorum solutio usque ad Kalendas Madii proximo futuri hujus XIII. Indictionis extitit prorogata Vnde Curia nostra convenit eis computatis dampnis & interesse predictorum sex mensium. de singulis tribus Vnciis. quatuor Vncias facere exhiberi que sunt in summa. Vncie auri CCCCXXVIIII. & tareni X. ad generale pondus. promisimus quod Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi fidelis noster. pro parte Curie nostre. de pecunia venditionis victualium & proventuum portuum Sicilie ultra flumen salsum. que est per manus suas. in predictis Kalendis Madii Vncias ipsas predictis mercatoribus vel alteri eorum. sive certo nuncio vel procuratori ipsorum sine difficultate. & majoris more dispendio debeat quietare. & si forte aliquo accidente casu quod omnino nolumus predictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea. quamdiu solutio differretur. de singulis centum Vnciis de tota predicta quantitate CCCCXXVIIII. Vnciarum. & tarenorum X. tres Vncias auri ad generale

Obberto Fallamonacho.

rale pondus per mensem idem Obbertus pro dampnis & interesse eis solvere teneatur & debeat. & nichilominus integre & sine difficultate solvere ipsis Vncias supradictas. Vnde &c.

Pro eisdem scripsit predicto Obberto Secreto Panormi. licteras clausas. juxta formam predictam per omnia. & conclusit. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus adveniente termino supradicto. predictas CCCCXXVIIII. Vncias. & tarenos X. ad generale pondus prefatis mercatoribus vel alteri eorum sive certo nuncio seu procuratori ipsorum. de pecunia venditionis victualium & proventuum portuum Sicilie ultra flumen salsum. que est per manus tuas. sine difficultate & majoris more dispendio debeas quietare. & si forte ut predictum est. aliquo accidente casu. quod omnino nolumus immo tibi firmiter inhibemus predictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea quamdiu ipsa solutio differretur de singulis centum Vnciis. de tota quantitate predicta. tres Vncias auri ad generale pondus per mensem tu eis pro dampnis & interesse. solvere debeas. provisurus attente. & sollicite curaturus. quod predicto termino quietentur ne per moram. majus Curia nostra dampnum incurrat. Soluta vero quantitate predicta. patentes licteras quas eis inde fecimus. recipias ab eisdem. & nichilominus. aliud scriptum competens facias de solutione ipsa. ad Curie nostre cautelam. Datum.

Obberto Fallamonacho.

Similes clausas & apertas. scripsit Angelus de Capua eidem Obberto. pro Stephano Philippi Stephano nepote ejus. Angelo Rufini. Nicolao Donadei. & Thomasio Scrisinii mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis auri CXXXIIII$\frac{1}{3}$ ad generale pondus. debent habere Vncias CLXXVIIII. & tarenos X.

Similes apertas & clausas. scripsit G. de Tocco eidem Obberto pro Petro Bozo. & Petro nepote ejus mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CXII. & tarenis X. debent recipere Vncias CXL. tarenos XII$\frac{1}{2}$.

Similes apertas & clausas. scripsit eidem Angelus de Capua. pro Iacobo de Illa Leonardo de Chencio & Nicholao Markisano mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis auri CCXCIIII. debent recipere Vncias CCCXCII.

Ianuar. apud Senas.

Pag. 51. adv.

Sequitur de predictis licteris de mutuo Romanorum apud Landrianum.

Similes apertas & clausas eidem Oberto scripsit Angelus de Capua pro Hugolino. Leonardo de Chenzio. Nicolao de Andrea. & Nicolao de Baro Romanis mercatoribus. qui pro Vnciis CCCXLIII. debent recipere Vncias auri CCCCLVII. & tarenos X.

Obberto Fallamonacho.

Similes apertas & clausas eidem. scripsit idem pro Laurentio de Pandulfo. Zentio Stephani de Philippo. Laurentio de Gilio. & Tedelgardo mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis DCLXX. debent recipere Vncias DCCCXCIII. & tarenos X.

Similes apertas & clausas eidem scripsit idem pro Petro Romano. Iohannis Bernardi. mercatore Romano qui pro Vnciis CXVII. debet recipere Vncias CLVI.

Similes apertas & clausas eidem scripsit G. de Cusentia. pro Actaviano de Caldobuccone. Paulo de Lucell. & Petro de Alexandro mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CXCIIII. debent habere Vncias CCLVIII. & tarenos XX.

Similes apertas & clausas. scripsit G. de Tocco Majori de Plancatone Secreto Messane pro Paulo Malagrumo. Andree de Iennar. & Luce de Iennar. mercatoribus Romanis. qui pro unciis DCCXVI. debent recipere Vncias DCCCCLIIII. & tarenos XX.

Secreto Messane.

Similes apertas & clausas eidem Secreto Messane. scripsit G. de Cusentia pro Laurentio Bonasigna. Nicolao Stephani de Philippo. Stephano & Philippo fratre ejus. & Stephano filio ejusdem Nicolai. mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CCXCVII. debent recipere Vncias CCCXCVI.

Similes apertas & clausas scripsit eidem Secreto Messane G. de Tocco pro Paulo de Cesar. Iohanne de Raynerio. Iacobo filio ejus. & Michaele Petri Iohannis de Saxo mercatoribus Romanis qui pro Vnciis CCC. debent recipere Vncias CCCC.

Similes apertas & clausas scripsit Iacobus de Banna eidem Secreto pro Iacobo Petri Sinibaldi. Petro Oddone Serlet. & Nicolao Stephani de Philippo mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis DCLXII. debent recipere Vncias DCCCLXXXIII. minus terciam.

Similes apertas & clausas eidem scripsit G. de Cusentia pro Philippo Ficcaficar. Iacobo fratre ejus Iohanne Ficcaficar. & Mon-

Montaincollo filio ejusdem Iohannis mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CCXII. debent recipere Vncias CCLXXXII. & tarenos XX.

Similes apertas & clausas scripsit Laurentius de Brundusio. Angelo Frisare custodi portuum Sicilie citra flumen salsum pro Iohanne Scrisinio. Thomasio. Nicolao. & Petro fratribus. & Nicolao Stephani de Philippo mercatoribus Romanis. qui pro 10 Vnciis CCXXXVII ÷ debent recipere Vncias CCCXVI. & tarenos XX.

Similes apertas & clausas eidem Angelo scripsit P. de Capua. pro Paulo Ruso. Nicolao Stephani de Philippo. Angelo Rufino. & Petro Ficcaficar. mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CCCII. debent recipere Vncias CCCCII. & tarenos XX.

Similes apertas & clausas eidem Angelo scripsit idem P. pro Iacobo Salamone. 20 & Nicolao de Baro mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CCCXXXVI. debent recipere Vncias CCCCXLVIII.

Angelo Frisario.

Similes apertas & clausas eidem scripsit idem pro Iohanne Carboncello. qui pro Vnciis auri LXIII ÷ debet recipere Vncias LXXXIIII. & tarenos XX.

Similes apertas & clausas eidem scripsit idem pro Angelo & Laurentio de Pandolfo Laurentio de Gilio mercatoribus Ro- 30 manis qui pro Vnciis CCLXXX. debent recipere Vncias CCCLXXIII. & tarenos X.

Similes apertas & clausas. eidem scripsit idem pro Petro Donadei. Nicolao Donadei. & Petro Mancino mercatoribus Romanis qui pro Vnciis CLXIIII ÷ debent recipere Vncias CCXXVIIII. tarenos X.

Similes apertas & clausas eidem scripsit L. de Brundusio pro Andrea Tito. 40 Chencio Stephani de Philippo. Laurencio de Gilio & Tedelgardo Ruso. qui pro Vnciis CCLXXXVIIII. debent recipere Vncias CCCLXXXV. tarenos X.

Pag. 52.

Ianuar. apud Senas.

Sequitur de licteris de mutuo Romanorum facto apud Laudam XVIIII. Novembris XIII. Indictionis qui debuerunt quieta- 50 ri apud Cremonam in medietate Decembris & pro defectu pecunie missi sunt in Regnum solvendi.

VIII. Ianuarii. In forma predicta scripsit Iacobus de Bantra Obberto Fallamonacho Secreto Panormi pro Paulo Malagrumo. Nicolao Stephani de Philippo. Stephano Philippi. Andrea & Luca de Iennar. pro Vnciis auri CCCLXVIIII. quas recipere debuerunt in Camera apud Cremonam in medietate Decembris primo preteriti XIII. Indictionis pro mutuo quod fecerunt apud Laudam XVIIII. Novembris. & quia solutio eorum delata est usque ad Kalendas Madii & computatis dampnis & interesse quatuor mensium & dimidii ad rationem pro singulis quatuor Vnciis quinque Vncias debent habere Vncias CCCCLXI. & quarta.

Obberto Fallamonacho.

Similes apertas & clausas eidem scripsit Iohannes de Idronto. pro Stephano Philippi Stephano nepote ejus. Angelo Rufino & Nicolao Donadei mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CCXXXV. debent recipere Vncias CCXCIIII. minus quarta.

Similes apertas & clausas eidem scripsit Laurentius de Brundusio pro Romano Muto. Ioanne Lucido. Nicolao de Andrea Angelo Muto. Iacobo filio ejus mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis CXXII ÷ debent recipere Vncias CLIII. tarenos IIII.

Similes apertas & clausas eidem scripsit Iacobus de Bantra pro Iacobo de Illa. Leonardo de Chenzio. & Nicolao Markisano mercatoribus Romanis. qui pro Vnciis LXI. debent habere Vncias LXXVI. & quarta.

Similes apertas & clausas scripsit Iohannes Idronti Majori de Plancatone Secreto Messane pro Iohanne de Raynerio Iacobo filio ejus. Paulo de Cesar. fratre ejusdem Iohannis. & Michaele Petri Iohannis de Saxo. mercatoribus Romanis qui pro Vnciis CLXI. & quarta. debent recipere Vncias CCI ÷.

Secreto Messane.

Similes apertas & clausas eidem Secreto. scripsit Iacobus de Bantra pro Romano Angeli Stephano de Philippo Tibaldo fratre ejus mercatoribus Romanis qui pro Vnciis auri CCXX. debent recipere Vncias CCLXXV.

Similes apertas & clausas scripsit idem Iacobus Angelo Frisario pro Aldeprandino Pinnaculo. Raynerio & Alexio Henrici. Mattheo Dentisalvi. Raynerio Richi. Gazanetto Alberici & Bonajuto Samarelli mercatoribus Senensibus. qui pro Vnciis auri D. debent habere Vncias DCXXV.

Angelo Frisario pro Senensibus.

Ia-

Pag. 52. adv.

Ianuar. apud Senas.

Lictere pro mutuo mercatorum Parmensium.

VIII. Ianuarii. *De superiori mandato scripsit G. de Cusentia patentes licteras.* F R. &c. Notum facimus &c. quod Iacobo Forniculo. Leonardo fratri ejus. Hugolino de Algano Bonifacio de Bonadeo. Iacobo Busolo. Gandolfo Tusco & Petro Manizo mercatoribus Parmensibus de Vnciis auri MDCLXXXV. ad generale pondus Regni. quas recipere debuerunt de Camera nostra apud Cremonam per totum mensem Octubris nuper preteritum hujus XIII. Indictionis pro mutuo quod fecerunt Camere nostre in Castris apud Landrianum III. predicti mensis Octubris. quia predicto loco & termino quietati non fuerunt. solutis eis postmodum in fine Decembris apud Pisas de Camera nostra Vnciis DXXVIIII. de reliquo non poterant in Curia nostra quietari ad presens. set ipsorum solutio usque ad Kalendas Martii proximo futuri hujus XIII. Indictionis extirit prorogata. Vnde Curia nostra convenit eis facere exhiberi. computatis dampnis & interesse IIII. mensium. videlicet a mense Novembris usque per totum mensem Februarii. ad rationem de quinque Vnciis pro centenario per mensem. que sunt in summa Vncie auri MCCCCLVI. ad generale pondus promisimus. quod Matinus de Valle. Angelus de Marra. & Eusran. de Porta custodes Erarii nostri Salvatoris ad Mare apud Neapolim fideles nostri pro parte Curie nostre de pecunia ejusdem Erarii nostri que est per manus eorum in predictis Kalendis Madii. Vncias ipsas predictis mercatoribus. vel alteri eorum. sive certo nuncio. seu procuratori ipsorum. sine difficultate. majoris more dispendio & pro ceteris aliis debeant quietare. & si forte aliquo accidente casu quod omnino nolumus. immo fieri prohibemus expresse predictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea quamdiu solutio differretur de singulis centum Vnciis de tota predicta quantitate MCCCCLVI. Vnciarum. tres Vncias auri. ad generale pondus per mensem iidem custodes Erarii nostri pro dampnis & interesse. eis solvere teneantur. & debeant. & nichilominus. eis cum integritate solvere Vncias supradictas. Vnde &c.

Ad custodes erarii Salvatoris ad mare pro mercatoribus Parmensibus.

Pro eisdem scripsit idem. dictis custodibus erarii. in forma predicta, & conclusit. Quare mandamus quatenus adveniente termino supradicto predictas Vncias auri MCCCCLVI. ad generale pondus. predictis mercatoribus &c. *omnia sicut in forma alia consueta que superius continentur.*

Ad Secretum pro solutione pecunie Iohanni de Raynerio romano.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum. scripsit G. de Tocco. Majori de Plancatone Secreto. Quia Iohannes de Raynerio mercator Romanus fidelis noster pro dampnis. expensis & interesse de mutuo quod dudum fecerat Camere nostre recepturus est a Curia nostra Vncias LX. tarenos XX. & grana septem. prout in licteris patentibus Venerabilis Ravellensis Episcopi familiaris & fidelis nostri ejus sigillo sigillatis exinde sibi factis plenius continetur. de quibus promisit ei Curia nostra ipsum in mense Madii primo futuro facere quietari. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus prefatum Iohannem de Raynerio de predictis LX. Vnciis. tarenis XX. & granis septem adveniente termino ipso debeas quietare de pecunia Curie nostre. que est per manus tuas. recepturus ab eo licteras predicti Episcopi Ravellensis. & scriptum quietationis ab eo. pro Curie nostre cautela. Patentes etiam licteras nostras. quas ei de debito fieri mandavimus si penes eum sunt. recipias ab eodem. Datum.

Ad eundem de solvenda pecunia Iacobo Petri Seneb. romano.

Ad eundem scripsit idem pro Iacobo Petri Seneb. similes licteras pro Vnciis L. tarenis novem. & granis quinque solvendis eidem. prout in licteris patentibus Venerabilium Capuani Archiepiscopi & Ravellensis Episcopi continetur.

Ianuar. apud Aretium. Pag. 53.

Majori Secreto Messane pro recipiendo augmento vini vinearum Curie in Messana.

XI. *De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Sugio. scripsit Iacobus de Bantra Majori de Plancatone.* Veniens ad presentiam nostram Matinus Propenga civis Messane fidelis noster exposuit coram nobis. quod de vineis Curie nostre quas nunc Raynerius Cavalar. pro parte Curie nostre procurat non tanta vini quantitas provenit nobis quanta deberet & posset ex illarum proventibus

bus provenire . & optulit se meliorare Curiam nostram in quadringentis saumis vini annuatim ultra illam quaotitatem que nunc pro ipsa Curia nostra percipitur de eisdem . Quare nobis humiliter supplicavit ut vineas ipsas mandaremus sue procurationi commicti . Quia igitur placet nobis . quod nostri redditus augmententur . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus diligenter inquiras . si idem M. studiosus sit & sufficiens circa procurationem & culturam ipsarum vinearum . & si solvendo est : recepta cautione idonea de bene colendis eisdem . & de solvendis saumis predictis quolibet anoo oblatis pro augmento nostro . & quod fideliter responderet Curie nostre de proventibus ipsarum vinearum . habito respectu ad majorem quantitatem . quam a tribus annis citra Curia nostra habuit de eisdem . vineas ipsas illius procurationi commictas .

R. de Montenigro Iustitiario terre laboris pro palafredo & equo Andree de Cicala .

XI. De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentanaria scripsit Laurentius R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris &c. Quia volumus habere palafredum & equum . quos Andreas de Cicala Capitaneus a porta Roseti usque Trontum fidelis noster dedit nobis . Mandamus quatenus . latori presentium Marestalle nostre scuterio eos assignes . dans ei unum hominem qui pedes veniat cum eodem . & juvet eum ducere aliquem eorum usque ad presentiam nostram expeosas autem pro se . uno roncino suo . homine . quem eidem dederis . & dictis duabus equitaturis . pro veniendo ad nos de pecunia Curie nostre que est per manus tuas ei debeas exhibere .

Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii pro equis Curie .

Item . Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii . Quia equi sunt nobis plurimum oportuni . Mandamus quatenus per Iustitiariatum Aprutii diligenter inquiras . apud quos homines remaoserunt de equis nostris quos Hector de Montefusculo Iustitiarius recepit a Iohanne Carazolo veniente de Regno ad presentiam nostram cum equis ipsis & custodiendos distribuit . & tam ipsos quos inveneris quam alios equos Curie nostre quos aliquo modo habes . statim visis hys licteris per tuum specialem nuntium ad presentiam nostram mictas actente providens quod salubriter veniaot & secure .

Obberto Fallamonacho Secreto Panormi pro duobus augustalibus notarii Guillelmi .

Item Obberto Fallamonocho Secreto Panormi . Pervenit ad audientiam nostram quod Notarius Guillelmus de Panormo dum olim esset Notarius Severini de Calataph. Bajulatiooum Magistri fidelis nostri in distributione terrarum Trapani novos habitatores ejusdem loci qui terras recipiebant ibidem . graviter pro arbitrio sue voluntatis afflixit . dum noo contentus solidis quos per dictum Severinum recipiebat a Curia nostra scriptum doane nostre quod faciebat eisdem de terris assignatis & immunitatibus nostre gratie concessis eisdem unicuique . statuto precio duorum Augustalium vendere presumebat . Cum igitur hoc ad consequentiam trahi nolimus . Mandamus quatenus ioquiras super premissis diligentius veritatem per homines Trapani supradictos . & si tibi constiterit de premissis . tam id quod eum sicut dictum est inveneris recepisse . quam & solidos quos recipiebat a Curia nostra tunc temporis . capere non omictas ab eo . quicquid inde feceris nobis fideliter & citissime rescripturus .

Lator notarius Symon nuncius G. de Anglone Iustitiarii citra flumen Salsum date sunt et apud Viterbium XVI. Februarii XIII. Indictionis .

Ang. de Marra pro interesse Nicolai Marchisani & socii mercatoris Romani. de mandato magistri Alberti .

Item Angelo de Marra &c. Nicolaus Marchisanus fidelis noster pro parte sua & Iacobi de Illa mercatores Romani nobis humiliter supplicaverunt . quod cum de mandato nostro restitueris eis pecuniam . quam nostre Camere mutuaraot . de interesse sibi satisfieri cum exinde sicut dicitur non satisfeceris . mandaremus . Nos igitur mandamus quatenus . si est ita . de quantitate temporis & interesse ipsis ratione debiti supradicti . a nostra Curia debito . diligentem & fidelem facias rationem . & eam plane sub sigillo tuo . ad Curiam nostram mictas .

Ianuar. apud Aretium : Pag. 53. adv.

Andree de Cicala pro defensis Eboli.

XI. Ianuarii . De Imperiali mandato per Magistrum R. de Trajecto . scripsit R. de Salerno . Andree de Cicala Capitaneo a porta Roseti usque Trontum . Fidelitatem tuam credimus bene scire . qualirer dudum statuerimus per diversas partes Regni nostri defensas pro solatiis nostris . & sepe ac pluries mandasse per licteras nostras Officialibus nostris

ftris . quod unufquifque per jurifdictionem fuam defenfas ipfas faceret cum omni diligentia euftodire . Verum quia nuper intelleximus . quod in defenfis Curie noftre Ebuli . quidam Ebulenfes contra mandatum noftrum temere funt venati . grave ferimus & indignum . propter quod fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus fuper hoc inquifitionem facias diligentem & quofcumque inveneris in defenfis Curie noftre Ebuli fuiffe venatos capias de perfonis & in aliquo Caftrorum noftrorum fub diligenti cuftodia facias detineri . fignificaturus nobis per licteras tuas nomina eorum qui talia temere prefumpferunt . Datum .

Andree de Cicala de Iudicibus & Notario.

Item fcripfit eidem . Quia volumus quod fervitia noftra tibi commiffa necnon & caufe & appellationes que ad te deferuntur & coram te ventilari & determinari contingunt . melius & citius expediantur . mandamus quatenus habeas tecum duos providos Iudices . & unum Notarium ad falarium . Iudicibus & Notariis Curie noftre in Regno morantibus ficut modo recipiunt conftitutum . cum quibus fervitia noftra tibi commiffa & caufas & appellationes que deferuntur ad te . melius & citius valeas expedire . Datum .

Nic. de Trano veniente cum equis.

Item . *De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentenaria . fcripfit Laurentius . Nicolao de Trano Marefcalle Vallecto* . Quia equi nobis funt plurimum oportuni . mandamus . quatenus ftatim vifis hys licteris eum equis omnibus Curie noftre quos ducis ad prefentiam noftram ftudeas te conferre . per viam quam noveris tutiorem . & ecce quod de expenfis . ipfis equis & tibi dandis . A. filio Henrici . licteras noftras duximus deftinandas .

Alexandro filio Henrici pro expenfis eorum.

Item Alexandro filio Henrici &c. Quia volumus ut Nicolaus de Trano &c. cum equis noftris quos ducit . pro quibus eum hactenus mifer amus . ad prefentiam noftre Majeftatis accedat . Mandamus quatenus ad requifitionem dicti Nicolai . fcuterios quot quot neceffarios habuerit. & ftatuto fuper expenfis faciendis aliquo viro provido & fideli . expenfas neceffarias ufque ad prefentiam noftram pro dictis equis . fcuteriis . eodem Nicolao , duobus fcuteriis . & tribus equis ipfius . de pecunia Curie noftre que eft per manus tuas debeas exhibere .

XII. De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentenaria . fcripfit Laurentius . Roggerio de Amic. Iuftitiario Sicilie ultra flumen falfum . Cum boni muli fint noftre Curie oportuni . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus receptis hys licteris invenire ftudeas tres mulos vel mulas ad fellam . bene fanos . juvenes . & ambulantes . ac eos fine mora . per fpecialem tuum nuntium ad prefentiam noftram mictas . tales miffurus . quod in eis tuum ftudium commendemus . Datum .

Similes fcripfit G. de Anglone Iuftitiario Sicilie citra flumen falfum pro mulis IIII.

Similes Secreto Meffane pro mulis VI.

Similes G. de Montefufculo Iuftitiario Calabrie pro mulis III.

Similes Iuftitiario Bafilicate pro mulis II.

Similes Iuftitiario terre Idronti pro mulis IIII.

Similes Iuftitiario terre Bari pro mulis III.

Similes Iuftitiario Capitinate pro mulis III.

Similes Iuftitiario Principatus pro mulis II.

Similes Iuftitiario terre Laboris pro mulis III.

Similes Iuftitiario Aprutii pro mulis II.

Ianuar. in Aretio. Pag. 54.

Alexandro filio Henr. pro Carnelevar. de Papia & falconibus.

XII. De Imperiali mandato facto per Magiftrum R. de Trajecto . fcripfit G. de Cufentia . Alexandro filio Henrici . Significavit nobis Carnilevarius de Papia fidelis nofter . quod cum de mandato noftro . falcones noftros in Apulia faciat cuftodire . expenfas pro fe . falconibus . falconeriis & cuftodibus eorumdem . ficut dudum recipiebat a Thomafio de Brundufio . a tempore quo idem Thomafius amotus ab officio fuit . habere non potuit . Quare mandamus quatenus a tempore quo tu ftatutus in officio Thomafii predicti fuifti . & idem Carnilevarius predictas expenfas non habuit. expenfas ipfas pro fe falconibus & cuftodibus eorumdem . ficut recipiebat olim a dicto Thomafio ufque nunc & in antea

antea. donec in eodem servitio nostro fuerit. debeas exhibere. significaturus nobis quantitatem falconum. & pro quot scuteriis & equis. & quid pro quolibet duxeris exhibendum. Datum.

Ricc. de Montenigro Iustitiario terre laboris contra donnum Bisantum.

XIII. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Delationes quasdam in conspectu Culminis nostri factas contra Donnum Bisantium statutum super faciendis expensis in opere Castri nostri Capue. tibi mictimus presentibus interclusas. super quibus cum inquisitionem velimus fieri diligentem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus super omnibus que cedula continet interclusa cautam & diligentem inquisitionem facias. & quicquid inde inveneris sub sigillo tuo ad Curiam nostram mictas. Volumus preterea quod inquiras de meritis & processu Magistri Liphantis Prothomagistri operis memorati caute & diligenter. qualiter se gessit in opere memorato. cum & idem apud Celsitudinem nostram in pluribus sit delatus. & quodcumque inveneris sub tuo sigillo similiter ad Curiam nostram mictas.

Eodem die. De dicto mandato facto per Magistrum T. de Suessa scripsit G. de Tocco R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Quia Parisius Latro fidelis noster est oportunus servitiis karissimi filii nostri H. illustris Regis &c. in partibus Sardinie. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eundem Parisium compellas districtione qua convenit. ut ad requisitionem ejusdem Regis ad servitia ipsius vadat in Sardiniam sine mora. quod eidem mandaverit devote & fideliter completurus. nisi sit nostro ratiocinio vel officio obligatus. Datum.

Alexandro filio Henrici ut det expensas Iohan. de Ferull. pro ducendis canibus.

Eodem die. De mandoto Imperiali facto per Magistrum Riccordum de Trajecto. scripsit Iohannes de Idronto. Alexandro filio Henrici. Qui Ioannem de Ferull. Vallectum & fidelem nostrum pro ducendis canibus ad nostram presentiam destinamus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem Iohanni pro se duobus scuteriis & tribus equis a Kalendis Februarii primo venturi competentes expensas quousque ad nostram presentiam cum canibus venerit debeas assignare. Nichilominus etiam des expensas competentes & necessarias pro singulis quatuor canibus uni custodi pro se & ipsis canibus qui cum predicto Iohanne ad nostram presentiam sunt venturi. Mandamus insuper quatenus omnibus qui super custodia falconum canum & aliorum solatiorum nostrorum sunt deputati & ipsos falcones habere & custodire tibi constiterit expensas prout hactenus Thomasius de Brundusio eis dare consuevit facias exhiberi juxta priorum nostrarum continentiam licterarum.

Item. Eodem die scriptum est Vniversis custodibus canum Curie. ut ad requisitionem Ioannis de Ferull. assignent ei quoscumque canes ab eis duxerit requirendos ad presentiom domini ducendos. & canes quos ipse illis assignaverit. od custodiam recipiant.

Ianuario apud Aretium. Pag. 54. adv.

Lictere ad Secretum Messane pro Gualterio de Fisaulo de persona quam ducit.

XIIII. Ianuarii. De mandato Imperiali facto per Marinum de Panormo. scripsit P. de Capua ad Secretum Messane. Cum G. de Fisaulo fidelem nostrum cum illa persona quam de partibus transmarinis secum duxit per servicia nostra ad presentiam Majestatis nostre venire mandemus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus. eidem G. pro se scuteriis & equitaturis suis. & pro illa persona pro se scuterio suo ad requisitionem ejusdem G. Roncinos duos & expensas usque ad presentiam nostram de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas studeas exhibere. Recipiens ab ipso de omnibus que dederis & expenderis apodixam & rescripturus nobis quantum & pro quot personis & equis expensas pro eis duxeris exhibendas. Datum &c.

Lictere ad eum quod veniat.

Eodem die. De codem mandato scriptum est eidem Gualterio. ut veniat cum illa persona.

Lictere ad eundem Secretum Messane pro tubis argenteis.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem od predictum Secretum. Cum quatuor tubas & unam tubectam argenteas ad presens in Camera nostra habere velimus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipsas tubectam & tubas argenteas fieri facias & ipsas factas salubriter ad Cameram nostram mictas

ctas per presentem portitorem. eas enim volumus presentare.

Licttere ad Secretum Panormi de sclavis cum tubis & tubectis mictendis.

Eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Obbertum Fallamonachum Secretum Panormi. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus id quod dudum tibi mandavimus per licteras nostras de sclavis docendis ad tubam & tubectam & ipsis mictendis ad Curiam nostram cum tubis & tubectis juxta quod 10 tibi mandavimus. celeriter exequi & adimplete procures. ipsos eum tubis & tubecta cum latore presentium ad nostram Curiam destinando. quibus omnibus necessaria usque ad Curiam nostram. sive per mare veniant. vel per terram. studeas exhibere. Mandamus etiam tibi quatenus locum Minse subtus palacium nostrum sicut expedire videris reparari facias. & columbarium in ea fieri. & 20 columbas ibidem ad opus Curie nostre nutriri.

Alexandro filio Henr. pro Henrico Baumo de Marcis quingentis.

XV. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum scripsit Laurentius A. filio Henrici &c. Noveris quod Henricus Baumo de Wienna mercator fidelis noster mutuavit & assignavit in Camera nostra. septimo die Decembris proximo preteriti hujus XIII. Indictionis apud Parmam. quingentas Marcas argenti in de- 30 nariis grossis Cremone. ana solidos octo. & denarios decem per marcam. valentes in auro. ad rationem de tarenis quadraginta duobus per marcam ad generale pondus. Vncias DCC. factaque conventione cum eo quod tam de pecunia ipsa. quam de aliis quingentis Marcis argenri ad pondus Wienne. que sunt ad Marcam Colonie. Marce quingente sexaginta due & media. compu- 40 tande in auro ad rationem aliarum predictarum. quas quidem dare sibi nostra Curia tenebatur pro expensis quas de mandato nostro feeerat. nobis dudum existentibus in Wienna. pro nunciis Regis Ruscie. pro quibus videlicet obligaveramus ei villam unam in Austria tenendam & usufruendam sibi quousque de ipsa pecunia quietaretur a nobis. & occasione guerre. villam ipsam habere 50 non potuit nec tenere. faceremus exhiberi sibi per te estate proximo futura in Apulia de frumento novo Curie nostre. ad rationem de tarenis decem per salmam. in summa salmas quatuormilia quadringentas sexaginta duas & mediam. extrahendas de Regno libere. & sine aliquo jure portus fundici & doane. ac deferendas quocumque voluerit extra Regnum preter quam Venetias. Quare mandamus. quatenus estate primo futura de novo frumento Curie nostre predictas salmas quatuormilia quadringentas sexaginta duas & mediam Iosepho 10 de Brundusio & Diethmaro latoribus presentium pro parte dicti Henrici. facias exhiberi. permictens eis extrahi de portubus infra jurisdictionem tuam positis libere & sine aliquo jure predicto. & preter quam Venetias deferri. ubicumque voluerint extra Regnum. parentes etiam licteras nostras ab eis. & ad Curie nostre cautelam scriptum competens recepturus.

20 *Similes a principio usque ad conclusionem patentes scripsit idem.*

Lictere ad P. Castaldum substitutum.

XVII. Madii XIII. Indictionis renovate sunt superiores lictere dicti Henrici. ad P. de Castaldo Magistrum Procuratorem Curie loco dicti Alexandri statutum. per eadem verba usque ad conclusionem & additum est. Et eidem Alexandro super hys misimus scripta nostra. qui cum ea non fuerit exequutus firmiter man- 30 damus quatenus presenti estate de novo frumento Curie nostre. predictas salmas quatuormilia quadringentas LXII $\frac{1}{2}$. Iosepho de Brundusio. & Diethmaro presentium latoribus pro parte dicti Henrici in portu aliquo jurisdictionis tue expedite facias exhiberi. extrahenda per eos libere & sine aliquo jure predicto. & preter quam Venetias & Ianuam deferenda. patentes &c.

40

Ianuar. apud Castellion. Aretinum. Pag. 55.

Ad Andream de Cicala. de militibus missis ad Regem Sardin.

De manutenendis Reatinis ad promissa.

XV. De Imperiali mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit Iacobus de Bantra Andree de Cicala. Benigne recepimus &c. Gratum quoque gerentes quod in muniendis Castris nostris sicut significasti curam & diligentiam habuisti juxta quod a nobis rece- 50 peras in mandatis. Satis etiam celsitudini nostre placet quod ad dilectum filium nostrum illustrem Regem Turrium & Gallure sacri Imperii in Ytalia Vicarium generalem milites juxta mandatum ipsius mictere procurasti. De tra-

 ctatu

ſtatu autem habito cum Reatinis. volumus quod ſemper des eis bona verba, & caute inducas eos ad ea que promiſerunt ut cum venerimus ad partes ipſas nobis preſentibus adimpleant que obtamus. De domino inſuper de Reate quem ſe obtuliſſe noſtris ſervitiis intimaſti, adhuc credimus quod bonus ſit & fidelis. Tu vero circa ſervitia noſtra &c. Datum.

Pag. 55. adv.

Ianuar. apud Cortonam.

Ad Iacob. Capic. quod permictat ſemel videri filiam Alberici de Roman.

XVI. *De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Riccardum de Trajecto ſcripſit Guillelmus de Tocco Iacobo Capic.* Quia Martius lator preſentium venit ut videat filiam Alberici de Roman. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus permictas quod ſemel eam videat, & loquatur ſibi palam, non tamen occultum aliquid dicat ei, ſed ſermo utriuſque ab aliquibus fidelibus noſtris ibi ſtantibus audiatur. & lictere ejus ad noſtram celſitudinem referantur, quo ſermone ſemel peracto diſcedat. Datum &c.

Reſponſales ad Iuſtitiar. Baſilicate de hominibus Vguizonis de Saſſoforti.

Eodem die ibidem. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Riccardum de Trajecto ſcripſit Guillelmus de Tocco ad T. Filaſmundum Iuſtitiarium Baſilicate. Benignitate ſolita recepimus licteras tuas &c. Super eo autem quod ſicut ſcripſiſti homines Vguizonis de Saxoforte de ſancto Archangelo dare ſibi ſubventionem pro B. filio ſuo faciendo milite renuerunt. ſpreta pena ipſis impoſita per tuum nuncium ſpecialem. & ſpecialiter quatuor quibus per eumdem nuntium taxare pecuniam pro ſubventione ipſa & taxatam colligere mandabatur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus homines ipſos ſancti Archangeli compelli facias cohertione qua convenit, ut ſubventionem tribuant pro militia B. predicti filii Vguizonis fidelis noſtri. ſicut eſt de conſuetudine Regni & noſtris conſtitutionibus eſt ſtatutum. Super pena vero per nuncium tuum impoſita, & ſpecialiter quatuor ab ipſis accepta. procedas contra eos Iuſticia mediante. Datum &c.

Lictere ad Iuſtitiarium terre laboris contra magiſtrum Iohannem de Caſerta qui moratur in Curia Pape.

XX. *Ianuarii apud Aretium. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad R. de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris*, Generale noſtre Majeſtatis edictum ſuper publicandis bonis eorum de Regno, qui poſt prohibitionem noſtram circa Papam preſumerent commorari, ad te jam credimus perveniſſe. Nuper ſcias ad audientiam culminis noſtri fama referente pervenit, quod tu bona Magiſtri Iohannis de Caſerta que habet in Capua & Averſa, qui adhuc tamquam temerarius tranſgreſſor mandati noſtri, in Curia Papali non eſt veritus commorari, ad opus noſtre Curie non cepiſti. Quod ſi verum eſt digne mirari cogimur & moveri preſertim cum R. Comes Caſerte Vallectus & fidelis noſter ea que dictus Iohannes tenuit in Caſerta, ad opus ſuum jam fecerit annotari. Cum igitur dictum Magiſtrum Iohannem de hujuſmodi preſumptuoſa temeritate ſua gaudere nolimus. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus in continenti receptis hys licteris. bona ſingula ipſius tam mobilia quam ſtabilia in Capua & Averſa, ad opus noſtre Curie capias. & diligenter facias cuſtodiri. Quicquid etiam a tempore prohibitionis noſtre de bonis predictis perceptum fore inveneris. aut aliquatenus diminutum. ad opus noſtrum recipi facias & ſervari. Reſcripturus nobis per licteras tuas quicquid inde duxeris faciendum. tale &c.

Ianuar. apud Aretium.

Pag. 56.

Lictere ad Iuſtitiarium terre laboris contra Riccardum de Yſa de Caſerta & Iohannem filium ſuum.

XX. *Ianuarii. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad R. Iuſtitiarium terre Laboris.* Intellexit nupet Serenitas noſtra quod cum dudum generalem prohibitionem fecerimus ſpecialiter hominibus Regni noſtri ut nullus noſtrorum fidelium. Papales licteras aliquas deferret in Regnum. nec de Regno cum aliquibus licteris iret ad Papam. Riccardus de Yſa de Caſerta A. Venerabili Caſertano Epiſcopo fideli noſtro pridem poſt prohibitionem noſtram Papales licteras preſentavit, ut Iohanni Clerico filio ſuo in Caſertana Eccleſia beneficium exhiberet & ipſum reciperet in Canonicum & in fratrem. Quod ſi verum eſt. & ad notitiam tuam aliquo modo pervenit. quod uſque nunc predicta tranſgreſſio ſine debita pena tranſivit. tanto digne

digne miramur quanto in contemptum edicti nostri impetratio & assignatio licterarum ipsarum noscitur actentata. Cum igitur tam presumptuosam audaciam transire non deceat impunitam fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus cognita super hoc diligentius veritate. si tibi constiterit ita esse tam presentatorem licterarum ipsarum. supradictum quam illum pro quo fuerunt lictere presentate capi facias & cum diligentia custodiri. Rebus suis omnibus annotatis. Vt transgressoribus ipsis ad penam veniat. & aliis ad terrorem. publicationem vero ipsam nobis per licteras intimabis. Datum &c.

Ad Silvestrum de S. Paulo recollectorem pecunie in Apratio pro Iohanne de Raymo.

XXI. *Ejusdem ibidem. De eodem mandato facto per Magistrum T. scripsit Angelus de Capua Silvestro de Sancto Paulo recollectori pecunie in Aprutio.* Mandamus & precipimus fidelitati tue. quatenus Iohanni de Raymo provisori Castrorum in Aprutio fideli nostro pro se tribus scuteriis & quatuor equis expensas dare procures juxta assisiam Curie nostre quamdiu fuerit in servitio supradicto. hiis videlicet tantum diebus. quibus juxta mandatum nostrum exercuerit officium antedictum.

Ad Steph. de Romoaldo recollectorem terre laboris pro Guillelmo de Laurentio.

Similes scripsit idem ad Steph. Romoaldi statutum super erario in terra Laboris pro Guillelmo de Laurentio de Suessa provisore Castrorum Principatus & terre Laboris.

Ad Maiorem de Plancatone Secretum Messane pro vino de Galloppo.

Eodem die. *Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum de Trajecto ad Majorem de Plancatone scripsit Notarius Roggerius de Salerno.* Fidelitati tue mandamus atque precipimus. quatenus statim receptis hys licteris mictas per nuncium centum barrilia de bono vino de Galloppo usque Neapolim. & ille facias assignari Compalatio Neapolis cui damus per nostras licteras in mandatis. ut vinum ipsum a nuncio tuo recipere debeat & ad nostram presentiam per suum nuncium destinare.

Compalatio Neapolis pro vino ipso.

Item scripsit eidem Compalatio Neapolis quod recipiat a Nuncio Majoris de Plancatone centum barrilia de vino de Galloppo & statim per suum nuncium mictat cum sommeriis ad presentiam domini.

Pag. 56. adv.

Ianuar. in Civitate Castelle.

XXIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Cusentia Nicolino Spinule Ammirato Regni.*

Ad Nicolinum Spinulam Regni Sicilie Ammiratum Responsales.

Benignitate consueta recepimus licteras &c. Quod autem significasti te tantum adhibuisse studium quod de proventibus Curie nostre taliter ordinasti quod galeas multas inter novas & veteres & teridas. preter alia parva vassella in brevi paratas habebis pro nostris serviciis faciendis licet invenisses negotia maris in ipsis partibus quasi nulla inter quas viginti quatuor reparari facis instanter que adeo devastate erant quod ad navigandum non valerent aliquatenus ut scripsisti. & octo alias novas facis instanter fieri bene aptas nec processisti in partibus Apulie ad faciendam nunc majorem quantitatem earum pro alleviandis expensis Curie nostre & reparandis aliis parvis vassellis Curie nostre que reparatione necessaria in presenti indigere scripsisti. & quod Protontinos, Comites & alios Officiales oportunos & aptos ad maris officia. & tam vassellorum quam darsanarum custodiam statuisti. nec non per darsanas quas per maritimam Apulie imperfectas invenisti. perfici facis & perfectas cum exacta diligentia custodiri placet nobis & in omnibus processum tuum & studium commendamus. Quod vero aput Brundusium scripsisti darsanas non invenisse muratas immo sub quodam remedio facto ad modum logiarum. propter quod expedire Curie nostre scripsisti ut in eadem terra que videtur esse caput terrarum maritimarum Apulie fierent prope Castrum nostrum darsane lucide & murate in quibus viginti galee possent omni tempore oportune manere. placet nobis ut hoc fieri facias prope Castrum sicut melius ad utilitatem Curie nostre videris expedire. Super eo quod significasti te usque ad Kalendas Madii proximo venturi reparatas habere decem naves Curie nostre & inter galeas & teridas LXXV. & omnibus necessariis communitas. preter alia plura parva vassella ad faciendum tunc victoriosum stolium nostrum ubicumque nostre placuerit Majestati satis gratum hoc ducimus & acceptum. fidelitati tue mandantes ut ad habendam quantitatem ipsam in predicto tempore paratam. omnem impendas sollicitudinem. & studium non re-

De commendatione processus super navibus.

Darsane Brundusii ponendae prope castrum.

De decem navibus & LXXV. inter galeas & teridas.

De duabus navibus & tertia parte alterius naulizatis.

remissum. placet etiam Majestati nostre quod duas naves nostras. & tertiam partem alterius que sunt in portu Brundusii ad commodum Curie nostre quibusdam mercatoribus naulizasti. eo quod scripsisti victualia nostra seu merces alias in Apulia non invenisti quibus eas ad tractandam utilitatem nostre Curie onerares. Quod vero nobis de carobana mercatorum Ianuensium & Venetorum. significasti qui de ultramarinis partibus circa mensem Madii soliti sunt venire. & nunc quia tregua inter Xristianos & Saracenos rupta est in partibus illis providisti. quod si venirent. facile possent capi. si quatuor naves. & todidem galeas nostras armari contra eos & bene mandaremus muniri. placet nobis & volumus. ut hoc studeas ordinare & mictere contra eos sicut honori & commodis nostris melius videris expedire. De facto autem Regis Tunnisi ut scripsisti. cui ad certum tempus treguam de gratia nostra concessimus. & ipse in partibus suis Ianuenses & Venetos infideles nostros recipit atque fovet. noveris nos speciales nuncios nostros ad eumdem in proximo directuros. post quorum reditum procedes sicut te instrui faciemus. interim super hoc in aliquo non procedas. De sclavis qui in partibus Apulie piraticam exercere non metuunt. & sub specie mercatorum fidelibus nostris dampnosi sunt in personis & rebus propter quod bonum esse scripsisti. ut tota Sclavonia bannîri publice debeat ut per pacificos mercatores illarum partium piratarum loca strictius arceanrur. placet nobis & Volumus. ut hoc fieri facias. & nichilominus ut scripsisti armari facias aliqua vassella in partibus Apulie. tune videlicet eum videris expedire. que sint ad custodiam partium earumdem. processurus tamen in omnibus prout melius videris nostris utilitatibus provenire. de licteris nostris quas fieri ad novos Officiales Regni fecisti. ecce tibi duximus destinandas. tu igitur &c.

De carobana Ianuensium & Venetorum.

De Rege Tunnisi.

De sclavis qui piraticam faciunt in Apulia.

Pag. 57. *Ianuar. in Civitate Castelle.*

XXIII. Mensis ejusdem. Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum de Traiecto ad Thomasium de Montenigro Iustitiarium Principatus facte sunt lictere responsales per Notarium Roggerium de Salerno. Fidelitati tue licteras quas nostro culminl destinasti benivolentia recepimus consueta. & ad ea omnia que eedem tue lictere continebant benivolum prestitimus intellectum studium &c. quod autem scripsisti nobis per eas quod in Castro nostro Montisfusculi cisterna est plurimum oportuna volumus & mandamus ut in ipso Castro cisternam sicut expedire videris fieri facias de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. significasti insuper nobis quod plures homines exire volunt de Benevento & habitationes eorum transferre ad terras nostras & petisti super hoc scire nostre beneplacitum voluntatis ad quod tibi taliter respondemus. Quia Civitas Beneventana est lapis offensionis & petra scandali Regni nostri nolumus quod ipsius habitatores exeant in hoc a predicta Civitate cum potius sibi & eorum indempnitati videantur consulere quam nostre satisfacere Majestati. propter quod volumus quod omnes intus tamdiu squalore famis arescant. quousque cogantur per famis asperitatem & aliarum rerum inopiam omnes unanimiter nostris addiscere obedire Imperiis & mandatis ad quod faciendum per arctiorem custodiam te volumus cum omni studio debitam prout negotio expedit diligentiam adhibere ut tam super hoc quam super omnibus serviciis nostris effectus operum coram nobis te commendabilem representet ad hoc scriptum continens nomina officialium jurisdictionis tue quod misisti per nuncium tuum juxta mandarum nostrum. idem tuus nuncius in nostra Camera assignavit.

Alexandro filio Henrici de Ammirato.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Alexandro filio Henrici. Cum de prudentia & fidelitate Nicolini Spinule civis Ianuensis fidelis nostri plene confisi. eum ob expertam suam industriam & fidei sue meritum Regni Sicilie Ammiratum duxerimus statuendum. fidelitati tue mandamus quatenus ad requisitionem ipsius naves. galeas & cetera vassella Curie nostre que habes assignes ei cum apparatibus & omnibus necessariis eorumdem pro utilitatibus Curie nostre procurandis. Man-

Mandamus insuper & firmiter tibi precipimus quatenus de faciendis navibus. galeis & vassellis aliis. ac armandis eisdem. de emendis afisis. & ceteris necessariis eorumdem. de incidendis lignaminibus & deferendis ad mare. de faciendis quoque reficiendis & custodiendis darsanis per singulas regiones secundum quod idem viderit expedire. nec non de navibus & vassellis aliis onerandis frumento victualibus mercibus & rebus aliis Curie nostre. & in earumdem defectu emantur & assignentur sibi per te ac de tribuenda ei pecunia necessaria pro hys & aliis oportunis de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas intendere & respondere sibi procures juxta quod idem expedire viderit. & a te de predictis omnibus duxerit requirendum. Datum.

Similes scripsit Riccardo de Pulcar.

Pag. 57. adv.

Ianuar. in Civitate Castelle.

Ad Tholomeum de Castellione Iustitiarii Vallis gratis & terre Iordane.

XXIIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia Tholomeo Iustitiario Vallis Gratis & terre Iordane Responsales.* Consueta benignitate recepimus licteras &c. De Baronibus autem & Feudatariis jurisdictionis tue quos juxta tenorem mandati nostri exinde tibi missi citasti. quod se equis & armis pro nostris servitiis communirent. tuum studium commendamus. Volumus tamen ut distincte nobis significes quot sunt & qui sunt illi qui se ad hoc paraverunt. & qualiter sunt muniti. inquiras etiam diligenter facultates & posse cujuslibet & qui sunt qui jussi sunt munire se nec se munierunt. & in quo etiam illi qui paupertatem allegant se possunt munire. & potentiam & impotentiam uniuscujusque & terram quam quilibet tenet. & nobis singula studeas intimare distincte. de quaternis autem actorum. feodorum. collecte generalis. & Clericorum. quos habet Senator de Archis predecessor tuus fidelis noster. quos propter ipsius absentiam habuisse te non posse scripsisti. ecce quod eidem S. qui de mandato nostro a Curia nostra rediit damus per nostras licteras in mandatis. ut eos tibi debeat assignare. De illis vero quos per Iurisdictionem tuam carceratos invenisse scripsisti per predictum Senatorem quondam Iustitiarium qui se proponunt sine causa rationabili captos esse & offerunt se fidejussoriam cautionem prestare de justitia facienda volumus. ut diligentius inquiras qui sunt illi qui capti sunt & qua de causa capti fuerunt. & a quo tempore & omnia nobis distincte significes. Nos enim cognitis omnibus rescribemus tibi nostre beneplacitum voluntatis. Nam cum obscure super hoc scripseris. certum tibi non potuimus demandare. tam enim super hoc. quam super omnibus aliis que nobis aliquando nunciabis. studium adhibeas. quod dictincte nobis Vniversa significes. & aperte. de illis qui sicut scripsisti contra tenorem sacrarum constitutionum nostrarum arma prohibita non veriti sunt portare. nolumus ut contra eos secundum formam earumdem constitutionum nostrarum procedas. Quod autem significasti de pecunia que imposita fuit Comitibus. Baronibus. Militibus. & Feudatariis jurisdictionis tue pro eorum demaniis quamdam quantitatem esse adhuc colligendam. Volumus ut operam in hoc impendas. quod pecunia ipsa cito ad manus Curie nostre valeat devenire. de facto vero venationum per partes ipsas. quas Senator de Archis olim Iustitiarius fecerat inhiberi. sed ignoras quo modo. propter quod instrui exinde postulasti. mandamus. ut in defensis nostris & locis solatiorum nostrorum nullo modo aliquem venari permictas. ita tamen quod ingenia prohibeas universis quod cum eis aliquis non venetur. Recipimus preterea nomina officialium de tempore quo Iustitiariatus officium exercuisti in Aprutio que ad mandatum nostrum. tam tu quam tuus filius ad Curiam nostram misit. & tuum exinde studium commendamus.

De Baronibus citatis.

De quaternis actorum. feudorum. & collecte.

De carceratis.

De illis qui arma prohibita portaverunt.

De pecunia que fuit imposita Baronibus.

De venationibus.

De nominibus officialium.

Item scripsit Senatori de Archis Castellano Messane. Quod assignet predicto Iustitiario quaternos actorum. feodorum. collecte generalis & clericorum. retentis secum similibus eorumdem.

Eodem die. Scripsit de mandato facto per Magistrum Taddeum. Iordano Filangerio. Licet dudum mandaverimus tibi ut in partes Calabrie & Sicilie. te conferres. & ibi pro nostris servitiis Capitanie

tanie officium exerceres . quia tamen venientibus nobis feliciter in partes Tuſcie . & omnibus nobis pro voto ſuccedentibus expedire non videmus ad preſens . ut in partibus ipſis in eodem officio ulterius commoreris . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus pro ipſo officio moram ibi ulteriorem non facias . ſed ad propria revertaris . Datum.

Renovate fuerunt poſtmodum quia nuntius rediens diſrobbatus . dixit ſe lictteras ammiſiſſe .

Eodem die . De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentanaria . ſcripſit G. de Tocco Majori de Plantone Secreto . Cum P. de Calabria fidelis noſter ſuper Arratiis & Mareſcallis noſtris Calabrie proviſorem & Magiſtrum duxerimus ſtatuendum ut eas ad commodum & utilitatem noſtram prout melius expedire videbitur faciat procurari. fidelitati tue preipiendo mandamus . quatenus quecumque fuerint neceſſaria pro ſtallonibus cuſtodiendis ſine defectu pro ſolidis ſcuteriorum & ſervientium qui ad cuſtodiam aratiarum & Mareſcallatum noſtrarum Calabrie fuerint deputati ad requiſitionem ipſius P. de Calabria ſibi reſpondeas & intendas ut ſervitium noſtrum ſtudio ſuo commiſſum poſſit ſine defectu quolibet percomplere . Datum .

Pag. 58. Januar. aput civitatem Caſtelle.

Item ad eumdem . Fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus tres aſinos grandes & bonos in Sicilia ſtudeas invenire qui boni ſint pro Iumentis cooperiendis & ipſos facias aſſignari P. de Calabria fideli noſtro . quem in Aratiis & Mareſtallis noſtris Calabrie duximus ſtatuendum ut ipſos aſinos pro cooperiendis Iumentis noſtris ſicut expedire viderit faciat cuſtodiri . Datum .

Item ad P. Roggerium Monachum Florenſ. Monaſterii . Cum P. de Calabria fidelem noſtrum . ſuper Aratiis & Mareſcallis noſtris Calabrie Magiſtrum & proviſorem duxerimus ſtatuendum ut eos ad commodum & utilitatem Curie noſtre prout melius expedire videbitur faciat procurari . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de jumentis noſtris que ſunt in Curia tua eidem P. reſpondeas & intendas . Datum .

Item . De mandato facto per Magiſtrum T. ſcripſit idem G. de Monteſuſculo Iuſtitiario Calabrie . Cum fides & bonitas Petri de Cathania quondam Iudicis Regii relatione noſtrorum fidelium ad notitiam noſtram devenerint & volimus eum in noſtris ſervitiis permanere . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus receptis hys lictteris expreſſim injungas ſibi ex parte culminis noſtri ut ſine mora in Tuſciam ſe conſerat moraturum in ſervitio noſtro cum P. de Faſanella Capitaneo noſtro in Tuſcia fideli noſtro cui precepimus ut ſibi in neceſſariis debeat providere . Datum .

„ *XXV. Ianuarii . Mandante domino* „ *Imperatore per Magiſtrum Riccardum* „ *de Trajecto ad Riccardum de Pulcar.* „ *ſcripſit Notarius Roggerius de Salerno.* „ Intelleximus quod Riccardus Filange- „ rius Mareſcallus & fidelis noſter mi- „ ſerit nuper a partibus Tranſmarinis Al- „ bertum de Nuceria pro ſervitiis no- „ ſtris quem eum velimus quod ad pre- „ ſentiam noſtram cito ſe conſerat cum „ rumoribus illatum partium . fidelita- „ ti tue precipiendo mandamus . qua- „ tenus ſtatim quod idem Albertus ad „ te veniat exhibeas ei equitaturas & „ expenſas neceſſarias uſque ad preſen- „ tiam noſtram . & ſi portat res ali- „ quas quas deſtinavit ad preſentiam „ noſtram ipſa etiam facias tu portari. „ Cavens ne pro negligentia vel deſi- „ dia tui moram trahat aliquam in „ veniendo . tu vero quotiens nuncii „ aliqui de extraneis partibus ad pre- „ ſentiam noſtram ſe conſerentes ha- „ buerint per te tranſitum equitaturas „ ſimiliter & neceſſarias expenſas exhi- „ beas uſque ad preſentiam noſtram .

„ *Item . De ſuperiori mandato ſcripſit* „ *idem Notarius ad Albertum de Nuceria quod veniat & recipiat equitaturas* „ *& expenſas neceſſarias a Riccardo de* „ *Pulcar. uſque ad preſentiam noſtram .*

Alberto de Nuceria quod veniat.

Caſſate ſunt quoniam prius venit ad Curiam dictus Albertus quam mictterentur lictere ipſe pro eo .

Aput Civitatem Caſtelle . Pag. 58. adv.

Die Iovis XXVI. date ſunt ad ſigillum lictere infraſcripte de mutuo Romanorum que facte fuerunt preterito die Lune XXIII. hujus menſis Ianuarii & ſcripte per manus Notarii P. de Capua de man-

Lictere patentes de mutuo Romanorum facto in die Lune Andree Pauli & Petri Carnali & ſociorum.

mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum F℞. &c. Notum facimus Universis quod Paulus de Carnali. Andreas de Carnali & Petrus de Carnali mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt nobis & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras quadraginta tres solidos octo & dimidium pro Vnciis auri centum sexaginta octo & dimidia ad generale pondus Regni ad rationem de solidis quinque minus denario uno pro Vncia de quibus Vnciis promisimus & convenimus eis posito sibi fidejussore T. de Aquino Comite Acerrarum fideli nostro. ut Marinus de Valle. Angelus de Marra. & Iudex Heufrano de Porta custodes Erarii nostri Salvatoris ad Mare pro parte Curie nostre de pecunia Erarii nostri que est per manus eorum predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium. vel procuratorem ipsorum hinc ad tres menses completos ab hodierno die Lune vicesimo tertio presentis mensis Ianuarii hujus XIII. Indictionis in antea numerandos sine difficultate. defectu. & majoris more dispendio debeant quietare. Si vero quod omnino nolumus aliquo casu predicte solutionis terminus pertransiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem predicti custodes Erarii de eadem pecunia Curie nostre. eis solvere tenentur & debent pro dampnis & interesse. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. Ad hujus rei memoriam & predictorum mercatorum cautelam. presentes licteras fieri & sigillo Majestatis nostre jussimus communiri. Datum aput Civitatem Castelle anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono die vicesimo tertio Ianuarii XIII. Indictionis.

Lictere clause ad custodes Erarii de eodem mutuo restituendo.

Item eodem die. De eodem mandato scripsit Notarius Gualterius de Cusentia ad eosdem custodes Erarii nostri Salvatoris ad Mare in eadem forma per omnia usque ad Vncias supradictas. sequitur deinde. Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus adveniente termino supradicto jamdictas centum sexaginta octo Vncias & dimidiam ad dictum pondus Regni mercatoribus ipsis vel alteri eorum. seu certo nuncio vel procuratori ipsorum de pecunia Erarii nostri que est per manus vestras pro parte Curie nostre sine majoris more dispendio persolvatis. & si forte ut predictum est aliquo casu ipsius solutionis terminus pertransiret deinde in antea. quamdiu ipsa solutio differretur de singulis centum Vntiis tres Vncias auri ad generale pondus per mensem. pro dampnis & interesse de eadem pecunia Erarii nostri solvatis eisdem. provisuri tamen. ut predicto termino quietentur. ne per moram Curia nostra dispendium usurarum incurrat. Vos autem soluta ipsa pecunia. patentes licteras nostras. quas eis de ipso mutuo fieri fecimus recipiatis ab eis. facturi inde aliud scriptum competens de solutione ipsa ad Curie nostre cautelam. & si vos omnes presentes non eritis. Nichilominus quicumque vestrum presens fuerit nostrum beneplacitum exequatur. Datum &c.

Lictere ad Riccard. de Montefuscolo Iustitiarium Capitinate pro castro S. Iuliani.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum Riccardum. scripsit Iohannes Idronti Riccardo de Montefuscolo Iustitiario Capitinate, in hunc modum. Quia Castrum sancti Iuliani quod sicut intelleximus ad nostram Curiam spectat detinetur in nostrum prejudicium occupatum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Castrum ipsum recipias & ad opus Curie nostre facias procurari. Datum &c.

Que lictere assignate sunt portande & procurande.

Ianuar. in Agubio. Pag. 59.

XXVIIII. *De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco R. de Montefuscolo Iustitiario Capitinate.* Mandamus fidelitati tue quatenus sine mora omnes domos nostras que sunt in Iustitiariatu tuo facias cum diligentia & celeritate debita preparari. faciens fieri in singulis apparatum. De gallinis. anseribus. & anatribus sicut per alias licteras nostras tibi dedimus in mandatis. Ita studiose facturus &c.

Item, De eodem mandato facto per eumdem scripsit eidem G. de Cusentia. Cum pro Castro quod aput Sanctam Mariam de Monte fieri volumus per te licet de tua jurisdictione non sit instanter fieri velimus actractum. fidelitati tue pre-

precipiendo mandamus. quatenus actractum ipsum in calce lapidibus. & omnibus aliis oportunis fieri facias sine mora. Significaturus nobis frequenter quid inde duxeris faciendum tale in hoc studium habiturus ut sicut hoc specialiter sollicitudini tue commictimus. sic &c.

Item scripsit P. de Capua de eodem mandato A. de Aquaviva Iustitiario terre Idronti. Intellexit nuper Serenitas nostra. quod custos defense nostre Tarenti propter senectutem inutilis est ad custodiam defense predicte. Cum igitur velimus quod tam defensa ipsa. quam omnes defense nostre jurisdictionis tue juxta ordinationem nostram bene debeant custodiri. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus si custos predicte defense Tarenti adheo senes est quod ad custodiam ipsius inutilis videatur. tu alium virum bonum & fidelem ad custodiam ipsius defense substituas loco sui. Ceteras defensas nostras in jurisdictione tua taliter facias custodiri. Vt studium tuum &c.

Lictere ad Enzium falconerium pro falconibus assignandis R. de Morra.

Item. De eodem mandato. scripsit G. de Cusentia. ad Magistrum Enzium falconerium. Quia intelleximus te graviter infirmari. quod nostre displicet Majestati. propter quod tue convalescentie providentes mictimus R. de Morra vallectum & fidelem nostrum. ut falcones nostros qui sunt in tui custodia debeat affaitare & aliquos. quos mictendos viderit ad nostram presentiam destinare. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus id quod idem R. de falconibus ipsis tibi dixerit credere debeas & complere. tu autem saluti tue intendas ut cito valeas confortari. Datum &c.

Item. De eodem mandato scripsit G. de Cusentia ad Sardum falconerium. Noveris quod licet tu absens sis. nos frequenter capimus pingues gruas. de quibus fructum tuum videlicet de e . . . . ribus facimus preservari. Ideoque fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris ad presentiam nostram venias sine mora.

Pag. 59. adv.

Ianuar. in Agubio.

Lictere ad universos officiales pro dandis necessariis Curie Imperatricis.

XXVIIII. Ianuarii. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Tocco ad Vniversos officiales Regni Sicilie patentes literas in hac forma. Cum karissimam consortem nostram Romanorum Imperatricem semper augustam. Ierusalem & Sicilie Reginam transmictamus in Regnum. fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem Iacobi de Amato fidelis nostri omnia necessaria pro Curia sua sine difficultate & defectu ministrare curetis. Recepturi de omnibus que dederitis apodixam. Datum &c.

Ianuar. in Gualdo.

Pag. 60.

XXX. Ianuarii. Mandante domino Imperatore per Notarium Riccardum de Trajecto scripsit Roggerius de Salerno patentes licteras. Notum facimus Vniversis quod Bartolus Afforza mercator Senensis & Mattheus Brunus socius ejus fideles nostri mutuaverunt & assignaverunt Henrico Illustri Regi Turrium & Gallure & totius Italie Sacri Imperii Legato dilecto filio nostro existenti in Marchia Anconitana pro servitiis nostris de Venetianis grossis. sterllingis. Miliarisis. Turonensibus & aliis monetis argenteis computatis per Venetianos grossos. de Venetianis grossis in numero libras ducentas triginta unam. & solidis quinque pro Vnciis nongentis viginti quinque ad generale pondus Regni. ad rationem videlicet de solidis quinque Venetianorum grossorum per Vnciam. de quibus Vnciis promisimus & convenimus ei. quod Alexander filius Henrici de pecunia Curie nostre que est per manus suas in Kalendis Aprilis proximo venturi hujus tertie decime Indictionis predictos mercatores vel alterum eorum. sive certum nuncium procuratorem eorum in Apulia pro parte Curie integre debeat quietare. Si vero quod omnino nolumus predicte solutionis terminus aliquo casu pertransiret deinde in antea quamdiu solutio differretur. de singulis centum Vnciis tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem predictus Alexander filius Henrici de eadem pecunia Curie nostre pro dampnis & interesse solvere tenetur & debet. & nichilominus integre & cum omni celeritate solvere Vncias supradictas. ad cujus rei memoriam &c.

Item.

Alexandro filio Henrici.

Item. Eodem die per eundem Notarium de superiori mandato scriptum est Alexandro filio Henrici in eadem forma per omnia usque Vncias supradictas. *sequitur de eisdem licteris*. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus advenìente termino supradicto. predictas nongentas viginti quinque Vncias auri ad dictum pondus. mercatoribus ipsis. vel alteri eorum. seu certo nuncio vel procuratori ipsorum de pecunia Curie que est per manus tuas. pro parte Curie nostre sine dispendio majoris more persolvas. & si forte ut predictum est aliquo casu ipsius solutionis terminus pertransiret deinde in antea quamdiu solutio ipsa differretur. de singulis centum Vnciis. tres Vncias ad generale pondus per mensem pro dampnis & interesse de eadem pecunia Curie nostre persolvas eisdem. provisurus tamen ut predicto termino quietentur ne per moram. Curia nostra dispendium usurarum incurrat. tu autem soluta ipsa pecunia patentes licteras nostras quas eis de ipso mutuo fieri fecimus. recipias ab eisdem. facturus aliud scriptum competens de solutione ipsa. ad Curie nostre cautelam. Que lictere misse sunt per Muscatum scuterium Marescalle ad Regem pro eo quod pecunia nondum eidem Roggerio fuerat assignata. ut idem Rex recepta pecunia a mercatoribus easdem licteras assignaret eisdem.

Pag. 60. adv.

Ianuar. in Gualdo.

T. de Montenigro Iustitiario principatus pro recipiendo balio terre & filiorum quondam Iohannis de Hossen quem habebat Aroasa uxor per curiam procuravit.

XXX. *Mensis ejusdem. Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum scripsit Roggerius de Salerno T. de Montenigro Iustitiario Principatus*. Licet consideratis gratis servitiis & fidei meritis quondam Iohannis de Hossen. fidelis nostri dudum Aroase uxoris ejus balium filiorum & terre sue de speciali gratia nostra duxerimus immictendum & procurandum per eam donec nostre Majestati placeret. Quia tamen nuper veridica assertione audivimus quod dicta Aroasa sororum ac feminarum & aliarum religiosarum vitam & religionem sectatur. ac bona omnia & proventus terre predicte que ad opus pupillorum ipsorum conservari deberent in eorum detrimentum cum religiosis consumit. Volentes sicut tenemur eorumdem pupillorum curam gerere & habere. balium ipsorum & terre ad manus nostre Curie duximus revocandum. fidelitati tue mandamus. quatenus receptis hys licteris. balium pupillorum & terre predictorum ad opus Curie nostre recipias & diligenter facias procurari. de proventibus vero ejusdem terre omnia necessaria pupillis ipsis facias ministrari juxta quod ipsis videris expedire. rescripturus nobis per licteras tuas distincte annuum valorem proventuum terre cujus balium hactenus ipsa Aroasa per nostram Curiam procuravit & a quo tempore balium ipsum exercuit. ut inde certi. indempnitati pupillorum ipsorum providere possimus.

Alexandro filio Henr. pro dandis expensis R. de Morra & Iordano Sarraceno & falconibus.

Eodem die. De mandato Imperiali scripsit Iohannes de Idronto Alexandro filio Henrici. Quia Rogerium de Morra Vallectum nostrum pro affaitandis falconibus nostris peregrinis in Regnum duximus destinandum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus a Kalendis Martii proximo futuri in antea donec moram ibi traxerit in eodem servitio nostro. expensas pro se duobus scuteriis & tribus equis suis. pro Iordano Sarraceno & uno equo. nec non & pro falconibus nostris quos ipsum tibi habere constiterit juxta assisiam Curie de pecunia Curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere. recepturus &c.

Februar. in Fulinio. Pag. 61.

Castellano Introduci pro Curia & Oddone Palumbar.

I. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Castellano Introduci*. Cum Oddoni de Palumbar. fideli nostro quedam servitia nostra commiserimus exequenda. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ei pro nostris servitiis exequendis ubi te duxerit requirendum tribuere debeas auxilium oportunum. ut tuam in hoc diligentiam commendemus. Datum.

Similes scripsit Henrico de Senis.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit Gualterius de Cusentia. Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii. Quia Civitas Spoleti spiritu Rebellionis assum-

ſumpto noſtris beneplacitis ſe opponit. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris omnes Spoletanos quos per Iuriſdictionem tuam poteris invenire in perſonis & rebus debeas detinere faciens eos cum diligentiã cuſtodiri. ad quos inveniendos omne ſtudium adhibeas & cautelam. Datum Fulig. &c.

Item. De eodem mandato ſcripſit Iohannes Idronti ſimiles per omnia licteras hys ſubſcriptis Iuſtitiariis.

Landulfo de Franco Iuſtitiario terre Bari.

Item Riccardo de Monteſuſculo Iuſtitiario honoris Montis Sancti Angeli & Capitinate.

Item Thomaſio filio Oſmundi Iuſtitiario Baſilicate.

Item Andree de Aquaquiva Iuſtitiario terre Idronti.

Item Thomaſio de Montenigro Iuſtitiario Principatus & terre Beneventane.

Item Goffrido de Monteſuſculo Iuſtitiario Calabrie.

Item Tholomeo de Caſtillione Iuſtitiario Vallis Gratis & terre Iordane.

Item Riccardo de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris & Comitatus Moliſii.

Item Roggerio de Amic. Iuſtitiario in Sicilia ultra flumen ſalſum.

Item Guillelmo de Anglone Iuſtitiario in Sicilia citra flumen ſalſum.

Ad Rogerium de Morra pro falconibus deferendis.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum R. de Trajecto ſcripſit G. de Tocco R. de Morra. Poſt diſceſſum tuum a preſentia noſtra intelleximus. Magiſtrum Encium falconerium & fidelem noſtrum convaluiſſe ab infirmitate ſua. propter quod fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi ipſum inveneris convaluiſſe ſicut audivimus. tu tres tantum falcones & turziolum deferens, licet tibi de octo falconibus & turziolo mandatum fecerimus redeas ad Curiam noſtram. Si vero ipſum infirmitate gravatum inveneris. ipſos tres tantum falcones & turziolum mictas ad nos. & tu pro affaytandis falconibus noſtris moreris juxta mandatum noſtrum. Datum.

Ad magiſtrum Hencium pro eodem.

Item Magiſtro Hencio; Vt ſi ita eſt quod convaluerit mictat per eumdem R. de Morra tres ſolummodo falcones & turziolum. & ipſe in avibus domini curam habeat more ſolito diligentem. Datum.

Februar. in Fulgineo. Pag. 61. adv.

Lict. Reſponſales ad Stephanum de Romoaldo.

Die Mercurii I. Februarii. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum R. de Sugio ſcripſit Iacobus de Bantra licteras Reſponſales Stephano de Romoaldo recollectori pecunie per terram Laboris & Principatus. Solita benignitate recepimus licteras quas tua nobis devotio deſtinavit & earum tenore plenius intellecto. favorabiliter commendamus ſtudium & ſollicitudinem tuam. quam in exequendis ſervitiis noſtris tibi commiſſis. te ſollicite gerere novimus & habere ſuper eo autem quod a nobis certum fieri poſtulaſti ſuper dandis ſtipendiis militibus ituris in Campaniam. cum P. de Aquino ſicut A. de Marra receperat per noſtras licteras in mandatis. ſic duximus reſpondendum. ut juxta ipſius mandati tenorem ſtipendia ipſa ſolvas. ſi per eumdem Angelum non fuerint integre perſoluta. Volumus etiam quod ſtatutas expenſas pro equis & mulis noſtris quos Obbertus Fallamonachus Secretus Panormi de Sicilia miſit ad partes ipſas facias exhiberi. De dandis vero expenſis officialibus ſic mandamus ut illis officialibus expenſas tribuas qui mandatum noſtrum ſuper hoc tibi deferent ſpeciale. de dandis inſuper expenſis & conducendis navigiis pro falconeriis noſtris & nuntiis venientibus ad nos uſque Piſas Volumus ut eum tempus fuerit & caſus acciderit. id diligenter facias. ad preſens tamen non expedit cum in illis partibus non moremur. De habendis autem duobus Notariis ut lictere continebant nequaquam vidimus expedire ſed cum ſatis unus ſufficiat. ut nulla ſit tibi occaſio. volumus quod unum Notarium retineas ſub expenſis noſtris pro ſe & uno equo juxta aſſiſam Curie. & pro ſalario ſuo des ei de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas octo Vncias auri ad idem pondus. Volumus etiam quod pro munitione Caſtrorum noſtrorum ipſarum partium ad requiſitionem G. de Laurentio de Sueſſa proviſoris eorum ſolvas pecuniam oportunam. tu attamen circa recollectionem pecunie Curie noſtre debire ſollicitus & actentus exiſtas. ut devotionem tuam &c.

De dandis ſtipendiis militibus ituris in campaniã cum P. de Aquino.

Pro dandis expenſis officialibus, equis & mulis Curie.

De expenſis falconeriorum & nunciorum venientium ad Curiam.

De habendo uno Notario.

De danda pecunia pro munitione caſtrorum.

Eodem die. Mandante domino Imperatore

Ad Riccardum de Pulcar. de revocando casale aliunde nucelleto Bannirosuli & feudo Iohannis de Ademaro que tenet Iudex Bernardus de Avellino.

tore per Magistrum Riccardum de Trajecto ad Riccardum de Pulcar. scripsit Notarius R. de Salerno. Ad audientiam nostram nuper pervenit quod Iudex Bernardus de Avellino quoddam Casale quod dicitur aliunde nucelletum. quoddam quod dicitur Bannirosul. & quoddam feodum quod fuisse quondam dicitur Iohannis de Ademaro que omnia ad demanium nostrum pertinere dicuntur detinet in nostre Curie prejudicium & non modicam lesionem. ac cum inventum fuisse dicatur per inquisitionem dudum factam per Iudicem Peregrinum de Caserta olim revocatorem ipsarum partium predicta omnia ad nostrum demanium pertinere. per incuriam procuratorum demanii nostri penes eumdem Iudicem B. ipsa omnia remanserunt. Verum quia pati nolumus jura nostra ab aliquo detineri. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem. & si inveneris predicta omnia ad nostrum demanium rationabiliter pertinere sive per inquisitionem quam feceris per homines fide dignos regionis ipsius sive per inquisitionem dudum factam per predictum Iudicem Peregrinum ea omnia ad demanium nostrum revoces. & diligenter ad opus nostre Curie facias procurari. non obstantibus licteris nostris si quas super hoc dictus Iudex B. contra jus Curie nostre a celsitudine nostra veritate tacita impetravit.

Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii pro G. de Mazaria. & pena centum unciarum.

II. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit Laurentius B. Pissono Iustitiario Aprutii. Querelam Gualterii de Mazaria de Castro Sangri fidelis nostri recepimus continentem. quod blanca relicta Matthei de Ebulo. destituit eum injuste & auctoritate propria quibusdam hominibus suis quos in Castro Alfidene & pertinentiis ejus rationabiliter possidebat. spreta defensa quam dictus G. sibi imposuit pro parte nostra sub pena centum Vnciarum auri. Quare mandamus. quatenus partibus convocatis causam audias. & tam de ea quam de pena imposita finaliter procedere studeas sicut postulat ordo juris.

Lator Mattheus de Suessa nuntius Magistri Henrici de Suessa. & idem Imp.

Ad Riccardum de Pulcar. ut emat asinum unum pro servitiis castri Roccepimontis.

II. De mandato Imperiali facto per Magistrum Riccardum. scripsit Iohannes Idronti Riccardo de Pulcar. Exposuit excellentie nostre Magister Rogerius de Salerno Notarius &c. quod in Castro Rocce Pimontis quod ad honorem & fidelitatem nostram custodit est asinus unus necessarius ad opus ipsius Castri. eo quod alius sumerius pro ipsius Castri servitiis deputatus defecit. Quare mandamus &c. quatenus si tibi constiterit dictum sumerium defecisse. alium ad opus ipsius Castri emas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. & ab eo cui ipsum assignaveris recipias apodixam.

Februar. in Fulgineo.

Pag. 62.

De mandato Imperiali scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales Archiepiscopo Messane. Licet de devotionis & fidei quam erga celsitudinem nostram geris zelo processerit. ut per nuntium tuum ad nos transmissum pacem persuaseris inter nos & domnum Romanum Pontificem reformandam. si tamen recte premeditasses auctorem scandali & ipsum suscitasse odii somitem actendisses nequaquam per te qui causam noveras hys diebus ad nos sermo talis pervenisset. cum nullam in nobis culpe notam. nullam a nobis invenisses ipsius discordie materiam processisse. quamquam ipse rector improvidus & pastor inutilis gregis Dei multis & multotiens injuriis & gravaminibus. gratis innocentiam nostram leserit manifeste. an forte oblitus es. quod nobis existentibus in servitio Ihu XΓ. ad quod ipse causam impedimenti prebuerat publice non favoris. Dum ibidem vite nostre periculum subdole moliretur & niteretur omnino nostrum reditum impedire. fines concesse sibi desuper auctoritatis excedens. invasit hostiliter Regnum nostrum. & exercens contra nos sui robur exercitus ab ejus occupatione noluit manus avidas retinere. fuit ne istud. pace contempta. justitia pretermissa turbato divini cultus ordine. diligere scandalum. discordiam excitare. Cum autem grave tulerit dominus & indignum quod a Sanctuario suo. vel a Petri Sede fuisset nostri juris invasor egressus contra opinionem & votum illius ad propria nos reduxit ipso

Tt 2 nobis

nobis previo sine alicujus injuria fugato ejusdem invasoris exercitu. Regni nostri tantummodo recuperavimus occupata. & cum possemus tunc totam terram ipsius vel majorem partem dominio nostro sine alicujus obstaculo subjugare. patienter potius illatam injuriam sustinentes. ut vinceremus in bono malum nequaquam extra fines Regni porreximus pedes nostros. sed ex toto desiderantes unire nobis Ecclesiam. & nos ei. sedenti Iesus applaudens. preterite quasi lesionis obliti. te & alios fideles nostros plures & pluries speciales super hoc nuntios misimus ad eumdem. sue nos exponentes arbitrio voluntatis. fuit hoc videas. velle nos pacem querere & discordiam evitare. & ad ultimum postmodum pace data. dum crederemus eam nobis multis & gratis obsequiis presentialiter & potenter eidem a nobis impensis ut nosti. in perpetuum & inviolabiliter conservari. dum aliud idem in corde. gesserit. quam ore promiserit pacem dando. sepe sepius in observatione pacis turpiter vacillavit. quamquam nobis grata prepediens. & ingrata sollicite procurando nobis deinde proficiscentibus in Alemaniam ut statum reformaremus Imperii. visitantibus postmodum partes Italie. ut scissuras repararemus ejusdem. ab ipso sicut a patre filius contra Mediolanenses & alios rebelles Imperii subsidium prestolantes. frustrati spe nostra proh dolor. manifeste se nobis ipse contrarium posuit. quem speravimus adjutorem. hoc autem totum equanimiter tolerantes. optenta contra votum illius victoria sicut Domino placuit eorumdem. humilitatis exinde spiritum assumentes & optantes ipsum nobis benivolum exhibere. te & alios sollempnes nuncios pluries ad ejus presentiam misimus. per eosdem sibi servitiorum gratitudinem & reverentiam offerentes. ac devote nos in omnibus exponentes sue beneplacitum voluntatis. sed quid inde boni consecuti fuerimus ab eodem. notum est omnibus usque ad terminos orbis terre. cum adversus nos durius sevierit furor ejus. & concepte jacula pravitatis. injuriosius emiserit in filium innocentem. Cum autem non fuerit in Sede Petri qui patientie nostre longanimitatem & innocentie causam attenderet. qui servitiorum nostrorum & munerum memor existeret ut sicut expectabamus assidue se gratum nobis & benivolum exhiberet. sed semper expectatio nostra sinistrum nobis eventum tulerit ab eodem. viam alteram eligentes. proposuimus in manu forti procedere cum apud ipsum nobis humilitas nil prodesset. disposuimus firmiter inrevocabili proposito mentis nostre. Ducatum & Marchiam & terras alias que longo tempore Imperio subducte fuerant & subtracte. ad manus nostras & Imperii revocare. & deinde sic Dei nutu disponimus vicinari. ut domum tuam de Anagnia possimus cominus intueri. & tunc si de aliquo nos requisieris. respondebimus tibi prout decebit celsitudinem nostram. & honori nostro videbimus expedire.

Februario in Fulignio. Pag. 62. adv.

De mutuo Romanorum.

Tenio Februarii. De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum scripsit P. de Capua litteras patentes in hac forma.

Littere Petri Leonis. Nicolai Petri Leonis. & filii de unciis ducentis nonaginta sex & media.

F. &c. Notum facimus Vniversis quod Petrus Leonis. Nicolaus Petri Leonis. filius ejus. & Iohannes frater mercatores Romani fideles nostri mutuaverunt nobis & assignaverunt in Camera nostra de Venetianis grossis libras septuaginta quatuor solidos duos & medium. pro Vnciis auri ducentum nonaginta sex. & media ad generale pondus Regni ad rationem de solidis quinque pro Vncia. de quibus Vnciis promisimus & convenimus eis. Vt Angelus de Marra. & Iudex Eufran. de Porta custodes Erarii nostri Salvatoris ad Mare fideles nostri de pecunia ejusdem Erarii nostri que est per manus eorum. predictos mercatores. vel certum nuncium vel procuratorem suum in Kalendis Madii proximo venturi hujus XIII. Indictionis debeant pro parte Curie nostre sine difficultate. defectu. & majoris more dispendio quietare. Si vero quod omnino nolumus aliquo accidente casu. predictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea quamdiu solutio differretur. de singulis centum Vnciis. tres Vncias auri ad generale pondus Regni per mensem. de predicta pecunia Erarii nostri pro dampnis & interesse eis

eis ſolvere tenentur & debent . & nichilominus integre & cum omni celeritate ſolvere Vncias ſupradictas . ad cujus &c.

Item ſcripſit litteras clauſas pro eiſdem . Similes per omnia uſque ad verbum illud ſupradictas *ſequitur*. Quo circa fidelitati veſtre precipiendo mandamus . quatenus adveniente termino ſupradicto . predictas ducentas Vncias nonaginta ſex & mediam ad predictum pondus predictis mercatoribus ſeu certo nuncio vel procuratori eorum . de pecunia Erarii noſtri que eſt per manus veſtras pro parte Curie noſtre ſine defectu & majoris more diſpendio perſolvatis & ſi forte ut predictum eſt aliquo accidente caſu predictus ſolutionis terminus pertranſiret . deinde in antea quamdiu ipſa ſolutio differretur de ſingulis centum Vnciis tres Vncias auri ad generale pondus per menſem . pro dampnis & intereſſe . de eadem pecunia Erarii noſtri ſolvatis eiſdem . proviſuri tamen ut predicto termino quietentur . ne per moram Curia noſtra diſpendium uſurarum incurrat . Vos autem ſoluta ipſa pecunia patentes litteras noſtras . quas eis de ipſo mutuo fieri fecimus recipiatis ab eis . facturi aliud competens ſcriptum de ſolutione ipſa . ad Curie noſtre cautelam . Si vero ambo preſentes non eritis . preſens mandatum noſtrum alter veſtrum quem invenerit exequatur . Datum .

Pro M. Stancione de unciis CCCCXXVII & media.

Similes tam apertas quam clauſas ſcripſit Angelus de Capua pro Mattheo Stancione de libris de Venetianis groſſis centum ſeptem ſolidis duobus & medio pro Vnciis auri quadrigentis viginti octo & media ad generale pondus .

Litttere pro M. Angelerii & fratre de unciis LXXVIIII. & ſolidis XV.

Similes tam apertas quam clauſas ſcripſit idem A. pro Mattheo Angelerii & Petro Angelerii fratribus pro libris Venetianorum groſſorum ſexaginta novem . & ſolidis quindecim pro Vnciis auri ducentum ſeptuaginta novem ad generale pondus.

Pag. 63.

Februario in Fulignio .

Ad Angelum de Marra pro mutuo cum Gilio de tyniaſo .

III. Februarii . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit P. de Capua ad Angelum de Marra . Gilius Tynioſus mercator Romanus fidelis noſter ad Curiam noſtram accedens Majeſtati noſtre humiliter ſupplicavit quod cum dudum de mandato Venerabilium Archiepiſcopi Capuani & Epiſcopi Ravellenſis dilectorum familiarium & fidelium noſtrorum reſtitueremus ei pecuniam quam noſtre Camere mutuarat & de tempore elapſo ultra prefixum ſibi terminum nichil pro intereſſe & dampnis ſibi fuerit perſolutum ut dicit . ſibi exinde ſatisfieri mandaremus. nos igitur predictum fidelem noſtrum nolentes ſuo Iure fraudari . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ſi eſt ita . de quantitate elapſi temporis & de eo quod contingit ipſum habere debere pro intereſſe & dampnis ratione mutui ſupradicti . diligentem & fidelem eum eo facias rationem . & eam plene & fideliter facta ſub ſigillo tuo ad Curiam noſtram mictas . Datum &c.

Ad eundem pro Mattheo Stancione.

Similes ſcripſit idem . De eodem mandato ad eumdem Angelum pro Mattheo Stantione Romano .

Similes facte ſunt pro Celdrigario Ruſſo & ſocii ad eumdem Angelum . XI. Februarii aput Coccoionam .

Ad Iuſtitiarium Aprutii pro Petro Iohannis Rogerii.

Eodem die . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea . ſcripſit P. de Capua ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprucii . Petitionem Petri Iohannis Rogerii de Rocca Preturi fidelis noſtri latoris preſentium contra Gualterium de Collepetro . Iohannem Petri Martini & quoſdam alios de eadem Rocca . Majeſtati noſtre porrecta tibi mictimus preſentibus interclusam . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus quod Iuſtum & rationabile fuerit exinde fieri facias . Super deſenſis vero impoſitis & contemptis ſic Iuſtitia previa ſtudioſe procedas . commodo Curie noſtre aliquatenus non ommiſſo . Vt &c.

Februario in Fulignio .

Pag. 63. adv.

Littere patentes de officio Criſcii Amalfitani de Capua.

IIII. Februarii . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum R. de Trajecto . ſcripſit P. de Capua Prelatis Eccleſiarum Communitatibus Baronibus & Vniverſis per Iuſtitiariatum Aprutii conſtitutis . Notum facimus fidelitati veſtre quod nos de prudentia & legalitate Criſcii Amalfitani de Capua fidelis noſtri confiſi ſtatuimus ipſum Procuratorem demaniorum

rum . Morticiorum & excadentiarum Curie noſtre per totum Iuſtitiariatum Aprutii . Vt ea que revocanda ſunt ad opus Curie noſtre faciat eum aliis que ſunt de demanio morticiis & excadentiis Curie noſtre fideliter procurari . & revocet ea que invenerit revocanda . cui plenam dedimus poteſtatem . Vt demania morticia & excadentie & omnia que revocata ſunt vel revocabuntur per eum ad commodum & incrementum Curie noſtre locare poſſit nichilominus & rehedificari faciat prout melius viderit expedire ita quod in utilitatem Curie noſtre magis ipſa proficiant & proventus ipſorum exigat & recolligat ad opus noſtre Curie conſervandos . Commiſimus etiam eidem Curie ut omnia nova ſtatuta & quedam capitula ſigillo noſtro celſitudinis roborata . ab omnibus ſicut inventum eſt per Curiam noſtram faciat firmiter obſervari . & ut tranſgreſſores ſeu contumaces puniat ſicut viderit expedire . Mandamus igitur & diſtricte precipimus Vniverſis . quatenus eidem C. fideli noſtro intendatis & reſpondearis de cetero tamquam Magiſtro Camerario & Procuratori a noſtra celſitudine conſtituto . novorum ſtatutorum noſtrorum & aliorum . que ſue induſtrie ſunt commiſſa ad honorem & fidelitatem noſtram . & commodum Curie noſtre . Datum &c.

Capitula ſcripta per eumdem P. de eodem mandato . Hec ſunt Capitula commiſſa Criſcio Amalfitano civi Capue . In primis quod ſpecialem curam habeat de ſale . ferro . aczaro & ere . & ut omnia nova ſtatuta ſervari faciat & inviolata teneri per totum Iuſtitiariatum Aprutii tam in duana . fundicis . tinctoriis . Boczariis . quam in omnibus aliis que pertinent ad nova ſtatuta . proventus qui ex eis proveniunt . ad opus Curie noſtre recipiet & receptis ad Imperialem Curiam deſtinabit . & hec omnia diligentiſſime procurabit . ſive ad cabellam dando . ſive locando ad credentiam ordinando . ſicut melius pro Curia Imperiali proſpexerit . & ea que revocata ad demanium Curie Imperialis invenerit . excadentias morticia. ad opus Curie noſtre faciat procurari ſive commictendo ea perſonis fidelibus. ſive ad cabellam dando . ſive locando. prout melius ad utilitatem Curie viderit expedire . Dabit etiam ſtudium & operam diligentem ad facienda omnia que ad demanium Curie pertinet . & id ipſum faciet de excadentiis & morticiis . & omnia ſicut predictum eſt diligenter faciat procurari . proventus vero novorum ſtatutorum . nec non & demaniorum . morticiorum . & excadentiarum ad opus Curie percipiet ſicut ſuperius continetur . & ut hec omnia firmius & utilius valeant procurari . neque dubietas revocet aliquos . qui ſecum ſuper hys duxerint contrahendum ad utilitatem & honorem Imperialis culminis plenam auctoritatis poteſtatem ſuper hys auctoritate Imperiali ſibi noverint eſſe commiſſam . & ſi qui ſunt qui ſuper predictis contradicere auſu temerario preſumpſerint . vel ipſum C. in aliquo contra utilitatem Curie impedire . Vna cum Iuſtitiario loci ejuſdem ubi expedit auctoritatem habeat puniendi . Datum &c.

Capitula ſibi commiſſa .

Idem . De eodem mandato ſcripſit idem licteras reſponſales ad eumdem Criſcium . Fidelitatis tue licteras &c. Capitulorum nunc miſſorum &c. ſuper eo autem quod noſtro culmini nunciaſti quod B. Piſſonus Iuſtitiarius & fidelis noſter L. Vncias auri . in quibus Eccleſia Sancti Clementis de Piſcaria taxata fuit pro ſubvenrione Clericorum & Eccleſiarum cum inſtantia requirit habere de bonis Eccleſie ſupradicte preſertim cum Abbate ipſius Monaſterii exigentibus culpis ſuis de mandato noſtro expulſo de Regno . Monaſterium ipſum ad manus noſtras pervenerit cum omnibus bonis ſuis tibi taliter Reſpondemus quod damus eidem Iuſtitiario per noſtras licteras in mandaris ut pro demanio ipſius Eccleſie pro collecta ipſa nichil extorqueat vel requirat . ſi vero Vaſſallos habet quibus pro collecta aliquid requiri poſſit faciat inde ad utilitatem Curie noſtre ſicut melius viderit faciendum . Quod autem ſignificaſti quod proventus Eccleſiarum vacanrium in juriſdictione tua non poſſunt fideliter ad credentiam procurari & precipue Sancti Clementis & obedientiarum ejus qui ſi ad extalium venderentur cederet ad utilitatem noſtram placet nobis quod ſive ad credenriam ſive ad extalium facias exinde commo-

Pag. 64.
Februario in Fulignio.
De proventibus Eccleſiarū vacantium & ſpecialiter S. Clementis de Piſcaria & obedientiarū ejus.

modum Fisci nostri Ita tamen quod res Ecclesiarum propterea minime dissipentur nec deteriorentur aliquatenus proventus. Quod valorem Ecclesie Theatine per singula nunciasti studium tuum specialiter commendamus. ad ea vero que tue litere continebant quod Iudices Notarii & Advocati Civitatis Theatine propterea quia per quondam Episcopum Theatinum creati fuerunt eorum officium dubitant exercere quare jura Bajulationis ipsius terre quodammodo minuuntur. ecce quod Iustitiario nostro regionis damus nostris literis in mandatis. ut ibidem Iudices annales statuat sicut fit in aliis partibus Regni nostri. Advocatos & Notarios ibidem patiatur sicut hactenus officia exercere. Et quia homines Civitatis ipsius non prestiterunt Sacramenta fidelitatis nobis quia in nostris literis ut scripsisti exinde mentio non fiebat. volumus ut ab ipsis juxta Regni nostri consuetudinem fidelitatis nobis Sacramenta prestentur. Consultationi vero tue facte super rebus Ecclesie Sancti Clementis assignatis tibi per Henricum de Morra &c. sicut ipsa capitula continebant quia res ipsas nobis distincte & plene non significasti. tibi ad presens plene non potuimus respondere. Monachis vero Claustralibus ipsius Ecclesie victum vestitum & quecumque necessaria de proventibus ipsius te exibere volumus moderate. Victualia vero que munitionibus Castrorum superfuerunt ut tue litere continebant. volumus quod vendantur ad utilitatem & majus commodum Fisci nostri. Ceterum quia nunciasti nobis quod hominibus Piscarie fidelis nostri pro sale vendito Curie nostre tempore undecime Indictionis & duodecime. ac pretium eis afferunt non solutum. satisfieri eis petunt instanter. volumus & mandamus. ut cognita veritate. de eo quod habere debent. de quo tibi fieri volumus plenam fidem eisdem satisfacias. Curie nostre in omnibus indempnitate servata. de proventibus vero demanii Marsie ut scripsisti utilitatem Curie nostre facere studeas & augumentum. ita tamen quod demania nostra suis temporibus excolantur & sicut expedit procurentur. ne abusio modica temporis. demanii nostri depauperet utilitatem. Super facto Bajulationis & aliorum proventuum Curie nostre. qui hominibus qui non sunt de demanio nostro. ad utilitatem nostram in extalium vendi possunt ut dicis taliter respondemus quod cum sacris nostris constitutionibus sit expressum quod in officiis nostris non statuantur officiales nisi sint fideles & de demanio nostro. Volumus quod per te in officiis Curie nostre aliquis qui non sit de demanio & fidelis noster aliquatenus admictatur. Decimas vero Ecclesiis debitas ad quarum solutionem in predictis ut scripsisti. te exhibere volumus consuetas & debitas & sicut Regis W. tempore consobrini nostri usque modo & continue sunt dari hactenus consuete. Homines autem Sancti Flaviani & Civitelle qui collectam Sancte Marie aliis officialibus predecessoribus tuis dare consueverunt & nunc ipsam dare contempnunt in dampnum nostrum & prejudicium ut misisti. volumus & mandamus quod ad solutionem consuetam & debitam omnino compellas. Super facto vero salis de cujus portatione ab Apulia & de Imperio in Iustitiariatum Aprurii dampnum non modicum provenire tue litere recitabant. ecce quod Iustitiario regionis ipsius scribimus ex nunc juxta petitionem tuam nostre beneplacitum voluntatis. & ut ad requisitionem tuam illud ordinare procuret. Tu vero &c.

Item. De eodem mandato scripsit idem ad B. Pissonum Iustitiarium Aprutii. Significavit nobis Criscius Amalfitanus Magister Camerarius Aptutii fidelis noster quod tu quinquaginta Vncias auri impositas dudum Monasterio Sancti Clementis de Piscaria de bonis ipsius habere cum instantia exigis & requiris. Cum igitur Ecclesia ipsa eum omnibus bonis suis de mandato nostro procuretur ad presens ad opus nostrum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Vntias ipsas ab aliquo pro parte ipsius Monasterii pro ejus demanio non exigas amplius nec requiras. Si tamen Vassallos habet a quibus pro adjutorio ipso aliquid requiri possit commodum Curie nostre exinde facias sicut videris expedire. & quoniam intelleximus per dictum Criscium fidelem nostrum, quod ho-

De Iudicibus notariis & advocatis civitatis Theatine.

De prestandis sacramentis ab hominibus Civitatis ipsius.

De rebus Monasterii S. Clementis de Piscaria assignatis Criscio Amalfitano.

De dandis necessariis Monachis claustralibus ipsius.

De vendendis victualibus que remanserunt de munitionibus Castrorum Aprutii.

De satisfaciendo hominibus Piscarie de pecunia salis venditi.

De proventibus demanii Marsie.

Super facto Bajulationis & aliorum proventuum Curie que non vendantur nisi hominibus demanii & fidelibus.

De decimis dandis.

De hominibus S. Flaviani & Civitelle ut solvant collectam debitam &c.

Super facto salis quod non portetur de Apulia & de Imperio.

Quod non requirat uncias quinquaginta pro demanio S. Clementis.

Pag. 64. adv. Februario in Fulignio. Sequitur de ipsis licteris Iustitiario.

homines Civitatis Theatine non prestiterunt nobis fidelitatis Sacramenta. propterea quia exinde in licteris tibi missis mentio non fiebat & quod Iudices & Notarii & Advocati ipsius terre officia sua dubitant exercere quia per quondam Episcopum Thearinum ereati fuerunt propter quod Iura Bajulationis nostre ibidem plurimum minuuntur. Mandamus tibi ut homines ipsius terre compellas fidelitatis nobis Sacramenta prestare juxta consuetudinem Regni nostri. Iudices etiam annales ibidem statuas. Advocatos vero & Notarios sua sicut hactenus ibidem permictas officia exercere. ne jura Curie nostre exinde propterea minuantur ceterum per predictum nostram intellexisse noveris Majestatem quod multa quantitas salis de Apulia & Imperio defertur in Iustitiariatum Aprutii tibi commissum per quod Curia nostra non modicum dampnum incurrit. Volentes igitur nostris indempnitatibus providere. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem Criscii predicti ita statuas & procures quod sal de predictis partibus in Iustitiariarum ipsum nullatenus deferatur in nostre Curie lesionem. & ut sollicitudinem tuam &c.

De Iudicibus notariis & advocatis civitatis Theatine.

De facto salis quod defertur de Apulia & de Imperio quod non fiat.

Eodem die. De eodem mandato. scripsit alias P. de Capua ad Criscium Amalfitanum. Solita benignitate recepimus licteras quas misisti & ipsarum continentiam nec non & capitula que misisti audivimus & intelleximus diligenter. ad quod tibi taliter respondemus. Mandantes fidelitati rue. quatenus pro equo Curie nostre qui est aput Sanctum Flavianum & pro ejus scutifero des expensas secundum quod per alias nostras literas tibi recolimus injunxisse. Super eo siquidem quod scripsisti. de Castris a nostra Majestate concessis quorum Bajulationes vendite fuerant. pro quibus nichil Silvester de Sancto Paulo collector in partibus ipsis fidelis noster recepit a Bajulis quibus date fuerunt. conventam nostre Curie quantitatem. Mandamus tibi quatenus nomina Castrorum ipsorum & eorum quibus concessa sunt & quo tempore nos ea concesserimus. & residuam debiri quantitatem. distincte culmini nostro scribas & nos tibi rescribemus nostre beneplacitum voluntatis. super eo quod misisti de Iohanne de Belforte. armato. & Berardo de Lanzano de Piscaria qui sint utiles & fideles pro vendendo sale Curie nostre in Piscaria. Mandamus tibi quatenus id inde facias. quod utilitati Curie nostre cognoveris melius expedire. Super aliis Capitulis que de novo misisti tibi per alias nostras licteras plenarie respondetur. Datum &c.

De equo qui custoditur apud S. Flavianum & scutero eius.

Responsales ad Criscium Amalfitanum.

Baiulationes castrorum concessorum a domino Imperatore.

De statuendis hominibus pro venditione salis.

Februario in Fulinio.

Pag. 65.

III. De Imperiali mandato facto per Magistrum Rogerium de Petrasturmil. scripsit Laurentius B. Pissono Iustitiario Aprutii. Innotuit excellentie nostre quod Boamundus de Lecto Curie nostre tenetur in quadam pecunie quantitate non minori mille tarenorum auri pro restitutione videlicet terre sue facta sibi tempore quondam Episcopi Melfiensis dum Iustitiariatus officium exerceret. ac eadem quantitas in scripto restitutionis ipsius sicut intelleximus est expressa. Cum igitur Curie nostre jura per detentorum suppressionem. vel officialium nostrorum incuriam deperire nolimus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus statim visis hys licteris. dictum Boamundum. coram te facias presentari. querens ab eo. pro parte Curie nostre dictam pecunie quantitatem. Quod si confessus fuerit. eam recipias ab eodem. Si vero eam voluerit diffiteri. super hoc inquisitionem diligentem facias & fidelem. & si tibi per inquisitionem. ipsum B. Curie nostre teneri compereris in eadem. pecuniam debitam ab eo instanter recipias. & tam de ipsius occultatione quam negatione ipsum punias ut est justum.

B. Pissono Iustitiario Aprutii.

Boamundi de Lecto Curie debitoris.

Not. Stabilis muncius Criscii Amalfitani.

Item Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus &c. Denunciationes Curie nostre factas contra Riccardum de Rocca hostiarium nostrum Castellanum Rocce Montis draconis. & Iohannem de Rocca fratrem ejus Castellanum Castri Campanie fideles nostros ribi mictimus presentibus interclusas. Mandamus quatenus de ipsis diligentem inquisitionem facias & fidelem. & ad nostram Curiam mictas eamdem. Scirurus. quod similes per omnia fecimus in nostra Camera conservari.

Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus de denunciationibus factis contra Riccardum & Iohannem de Rocca fratres.

Iacobus de Crelano habitator Capue nuntius & consanguineus magistri elefantis.

V. Ejus-

Iohanni de Cio ∫o Responsales.

V. Ejusdem. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia. Iohanni de Cioffo Responsales. Benigne recepimus licteras &c. Quod autem significasti te ad licteras dudum Venerabilium I. Capuani Archiepiscopi. & P. Ravellensis Episcopi familiarium & fidelium nostrorum. quas tibi miserunt cum transcripto Imperialium licterarum nostrarum que mictebantur quondam Mattheo Marchafabe Secreto. sed ad eum pervenire non potuerunt morte preventum. Vnam navim Curie nostre que fuerat olim R. aule nostre Camerarii cum peregrinis & quibusdam aliis rebus Curie nostre misisse in Acon pro comodo Curie nostre tractando. & statuisse in eadem navi quemdam probum virum fidelem nostrum qui de pecunia perveniente de venditione rerum delatarum in eadem navi emat ad opus Curie nostre. que rediens detulit. balistas. & quia predicta navis diu morari poterat in quadam alia galea que ibat in Acon alium quemdam fidelem nostrum misisse pro balistis emendis ad opus Curie nostre. que rediens detulit XXIIII. balistas de duobus pedibus. & unam de torno. satis bonas veraces & pulcras. & tu etiam sicut scripsisti tres alias balistas de torno de ultramare satis bonas & pulcras aput Messanam emisti. placet nobis & tuum in hys studium commendamus. fidelitati tue mandantes. quatenus balistas ipsas in palatio nostro Messane reponi facias & servari donec de eis mandemus nostre beneplacitum voluntatis. Recepimus preterea nomina officialium statutorum quondam per M. Marchafabam Secretum que nobis ad mandatum nostrum tibi & Notario Iohanni de Lentino missum dudum significare curasti. & vestrum inde studium commendamus. Quod autem nuntio tuo quem cum eis ad Curiam nostram misisti de pecunia Curie nostre. que est per manus tuas. tribuisti moderatas & competentes expensas & quod Gualterio de Fisaulo redeunti de partibus ultramarinis ad quas eum pro nostro servitio miseramus fideli nostro pro se & hominibus suis tribuisti expensas. nec non pro illa alia persona quam de mandato nostro duxit secum de partibus illis expensas & alia etiam necessaria tribuisti. ad requisitionem Gualterii nominati. placet nobis. & volumus ut in tuis debeant rationibus computari. Datum.

De navi missa in Acon.

De balistis.

De nominibus officialium & expensis datis nuncio suo. & Gualterio de Fisaulo.

Februario in Fuligio.

Pag. 65. adv.

Ad Secretum Messane.

V. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Secreto Messane Responsales licteras & capitula &c. Quod autem significasti te ad majorem utilitatem proventuum Curie nostre in Camerariis. Granicteriis & omnibus que ad Secretiam pertinent omni studio & sollicitudine promovere. nec non vineas terras. & alios proventus nostros ac vacantes Ecclesias que sunt in manu Curie nostre cum omni studio procurari. & novam diligentiam super omnibus revocatis facere adhiberi & quod ad ordinandam procurationem animalium nostrorum Sicilie & Calabrie habere studium incepisti. placet nobis si ex premissis processibus Curie nostre utilitas procuratur. & tuum studium commendamus. De pecunia. ferro pice. tuppis & aliis oportunis pro navibus & galeis nostris juxta mandatum nostrum. quod significasti te annuatim nostro Vicario exhibere pro nostris servitiis acceptamus. Quod autem statuisti super balio Castri nostri Messane complendo quemdam probum & fidelem virum pro cogendis hominibus ad mictenda animalia ad servitium Castri ipsius qui ea mictere consueverunt & debent. tuum studium commendamus. de Guillelmo de Pedevillano qui sicut scripsisti non permictit in ipso opere alia esse animalia nisi sua. quod in dampnum Curie nostre & gravamen nostrorom fidelium cedit. mandamus ut diligenter inquiras. & si hoc inveneris ad dampnum Curie nostre & gravamen nostrorum fidelium cedere. fieri non permictas. & nobis studeas intimare. De LIIII. quaternis scriptis de libro Palamides. qui fuerunt quondam Magistri Iohannis Romanzor. quos nobis per Notarium Symonem de Petramajore mictere te scripsisti. grarom ducimus & acceptum. De Castro Iacii & sancte Anastasie a quibus Castellanom tamquam non ydoneum amovisti. jamdudum providimus nostre beneplacitum Majestatis. de ancillis Curie nostre que

De universis processibus.

De balio castri Messane.

De Guillelmo de Pedevillano.

Quaterni libri Palamides.

De castro Iacii & S. Anastasie.

sunt in palatio nostro Messane. & cum nullum servitium faciant, Victum a Curia nostra recipiunt, mandamus. ut statuas eas ad aliqua servitia facienda sive ad filandum, sive ad alia quecumque opera, ut panem non comedant otiosum. de hoc quod Magistris Asberger. qui sunt in palatio nostro Messane ad laborandum pro Curia nostra statuti, tam pro eis quam pro faciendis ferramentis eorum oportuna facis tribui placet nobis. Quod autem in Messana Magistri alii non sunt qui sciant cum eis de eorum ministerio laborare. ecce quod sicut scripsisti licteras nostras mictimus apud Pisas ut de terra ipsa mictantur qui instructi sint ad ministerium supradictum, tu vero pro filo ferreo ad opus loriearum emendo, mictas & facias inveniri. De Saraceno quem invenisti de partibus Aquitanie saltatore. qui eum sicut scripsisti diversimode saltare sciat ipsum pro Curia nostra retinere curasti. volumus. ut eum ad Curiam nostram mictas. in premissis &c.

De ancillis Curie palatii Messane.

De magistris Asbergariis.

De Saraceno saltatore.

De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum. scripsit P. de Capua ad R. de Pulcar. Cum Magistrum A. de Capua Notarium & fidelem nostrum pro quibusdam nostris servitiis exequendis ad presens mictamus in Regnum. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quia in Camera nostra in presenti pecunia non habetur. pro presenti mense Februarii quo mense recepit expensas a Curia nostra septem Vntias auri ad pondus Curie, sicut in Curia nostra recipiebat per mensem pro se tribus scuteriis & quatuor equis prefato Notario fideli nostro, de pecunia Curie nostre que est per manus tuas exibere procures, & a mense Marcii in antea si in Regno pro predictis serviriis nostris moram traxerit pro se predictis scuteriis & equis suis, expensas juxta assisam Curie in Regno persolvas, Recepturus &c.

Lictere pro expensis dandis notario Angelo de Capua.

Similes facte sunt Oliverio de Pontetremul. similiter eunti in Regnum. de dandis sibi Vnciis novem pro mense Februarii. pro sex equis. & quinque hominibus & a mense Marcii pro se quatuor scuteriis & quinque equis. si pro servitiis nostris ipsum ire contingerit & redire. Recepturus &c.

Lictere ad Secretum Messane pro expensis dandis Oliverio de Pontetremulo.

Februario in Fulignio. Pag. 66.

VI. Februarii. XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Andream de Cicala Capitaneum a porta Roseti usque ad Tronum. Olim injunxisse & mandasse recolimus ut presens collecta in ea quantitate & forma. sicut collecta primo preterita poneretur. Quia tamen pro certo conperimus quod in ipsa collecta preterita satis informiter est processum. dum nec Civitatibus aut locis aliis. nec etiam personis quibuslibet quantitas eis imposita panderetur. Volumus & precipimus fidelitati tue. quatenus. tam per Civitates Castra & loca alia quam per personas quaslibet jurisdictionis tue diligentissima consideratione habita collectam poni facias & taxari. cum consilio nostrorum fidelium juxta facultates ipsorum expressa quibuslibet a principio quantitate eis imposita qua eis nichil amplius exigetur. Ita tamen quod talis quantitas quibuslibet imponatur que imposita commode debeat & possit haberi. & in omnem eventum sic facias & procures. quod collecte preterite quantitas habeatur.

Lictere ad Andream de Cicala capitaneum a Porta Roseti usque ad Tronum.

Item. De eodem mandato scripsit idem ad B. Pissonum Iustitiarium Aprutii. Olim injunxisse & mandasse recolimus ut presens collecta in ea quantitate & forma. sicut collecta primo preterita poneretur. quia tamen pro certo comperimus quod in ipsa collecta preterita satis informiter est processum. dum nec Civitatibus aut locis nec etiam personis quibuslibet quantitas eis imposita panderetur. Volumus & mandamus quatenus tam per Civitates Castra & loca alia quam personas quaslibet jurisdictionis tue diligentissima consideratione perhabita collectam imponere debeas & taxare cum consilio nostrorum fidelium juxta facultates ipsorum. expressa quibuslibet a principio quantitate eis imposita. qua nihil eis amplius exigetur. Ita tamen quod talis quantitas quibuslibet imponatur que imposita commode debeat & possit haberi & in omnem eventum sic facias & procures quod collecte preterite quantitas habeatur.

Lictere ad Iustitiarium Aprutii de facto collecte.

Si-

Similes R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. & Comitatus Molisii.
Similes T. de Montenigro Iustitiario Principatus & terre Beneventane.
Similes B. de Montefusculo Iustitiario Capitinate.
Similes T. filio Osmundi Iustitiario Basilicate.
Similes L. de Franco Iustitiario terre Bari.
Similes A. de Aquaviva Iustitiario terre Idronti.

Quas omnes portavit Angelus de Capua.

Similes scripsit Iacobo de Bantra Iustitiario Calabrie.
Similes T. de Castellione Iustitiario Vallis grate.
Similes T. de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen salsum.
Similes Roggerio de Amic. Iustitiario Sicilie ultra flumen salsum.

Quas omnes portavit Alberius de Ponte tremulo.

Pag. 66. adv.

Februario in Fulignio.

Ad custodes erarii de mittenda pecunia aput Introducum.

VI. Februarii. De mandato Imperiali *facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad A. de Marra & Iudicem Eufranon. Custodes Erarii Salvatoris ad Mare.* Cum Celsitudo nostra nuper statuerit quod omni pecunia Curie nostre de Regno aput Castrum Introduci debeat congregari quo ad presentiam nostram possit facilius deportari. fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem Magistri Angeli de Capua Notarii & fidelis nostri. quem ad hoc specialiter destinamus omnem pecuniam Curie nostre quam habetis vel ad manus vestras pervenerit aput Introducum per fidelem nuntium transmictatis custodi pecunie quem Iustitiarius Aprutii fidelis noster ibidem statuerit assignandum. Quid & quantum ad Castrum predictum miseritis per frequentes nuntios rescripturi. Datum &c.

Similes facte sunt ad Crissium Amalfitanum.
Similes facte sunt ad Riccardum de Pulcar.
Similes facte sunt ad B. Pissonum Iustitiarium Aprucii.

Quas portavit Angelus de Capua.

Addita clausula illa sive mutuo sive undecumque pecuniam habere poteris.

Februario in Fuligin.

Pag. 67.

Lict. ad Henricum Abbatem ut conferat se aput Regem Tunisi cum notario Iohanne de Panormo.

De mandato Imperiali facto per Iudicem Petrum de Vinea scripsit Iacobus de Bantra Henrico Abbati. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus una cum Magistro Iohanne de Panormo Notario 10 & fideli nostro. vel si ipse infirmitate gravatus non poterit cum alio quem R. de Amic. Iustitiarius Sicilie ultra flumen salsum. juxta quod sibi damus per nostras licteras in mandatis. duxerit eligendum. conferas te ad Regem Tunisi cum licteris nostris quas sibi duximus destinandas. processurus cum eodem Notario. vel alio quem Iustitiarius eliget in negotio quod tibi & eidem commi- 20 ctimus juxta quod Alberius de Ponte tremulo presentium portitor fidelis noster qui causam novit ex parte nostra oretenus tibi referet & exinde te instruet diligenter.

Lictere ad notarium Iohannem de Panormo apud Regem Tunisi cũ Henrico abbate.

Similes scripsit Magistro Iohanni de Panormo quod eat cum ipso Henrico ad Regem predictum.

Lictere ad R. de Amic. Iustitiarium Sicilie ultra flumen falsum ut si notarius Iohannes ire non potest inveniat alium fidelem virum.

Item scripsit R. de Amic. Iustitiario Sicilie ultra flumen salsum. Fidelitati tue 30 precipiendo mandamus. quatenus si Magister Iohannes de Panormo Notarius & fidelis noster infirmitate gravatus ire non potuerit cum Henrico Abbate aput Tunisium cum licteris nostris quas Regi duximus destinandas sicut sibi dedimus per licteras nostras in mandatis. invenias alium idoneum & discretum virum qui ad Regem predictum cum eodem Henrico debeat se conferre processurus 40 in negotio quod per latorem presentium Alberium de Ponte tremul. sibi mictimus. juxta quod idem qui causam novit. ex parte nostra oretenus ei referet & exinde ipsum instruet diligenter.

Item X. Februarii ut continent infrascripte facte sunt lictere per G. de Tocco ad Magistrum Theod. ut scribat Regi in lictera Arabica. super negotio supradicto. & missa est ei carta sigillata & non scri- 50 *pta sigillo.*

Lictere ad Obbertum Secretum. quod det eis vassellum.

Item scripsit Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Cum mandaverimus Magistro Iohanni de Panormo Notario & Henrico Abbati fidelibus nostris ut ad Regem Tunisi pro quibusdam servitiis no-

nostris que ipsis commisimus exequenda debeant se conferre . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus aliquod bonum vassellum invenias in quo ire oportune valeant & redire . quod armari facias & rebus necessariis preparari & ipsum eis assignes nullam in hoc moram protrahens . ut ipsi celeriter predicta servitia nostra sicut expedit exequantur .

Ad fratrem Henricum preceptorem domorum templi de corrigendis fratribus.ne ferant litteras contra dominum .

Item VI. ejusdem . De eodem mandato . scripsit P. de Capua . Fr. &c. Fratri Henrico preceptori domorum militie templi in Italia fideli suo &c. Pro certo nos didicisse cognoscas . quod quidam fratres de domibus tuis Italie religionis habitum abicientes . malitiose sub cursorum specie pecuniam ab inimicis nostris acceptam . deferre non timent . tradendam per manus eorum ad eversionem nostrorum fidelium . in detrimentum nostri nominis & honoris . & in subsidium nostrorum Rebellium ac favorem . Quod quanto Serenitas nostra debeat egre ferre . tu ipse tamquam vir sane mentis dilucida potes & debes ratione scrutari . Mandamus igitur precipiendo fidelitati tue . quatenus ne in posterum contra nostre Majestatis honorem talia presumantur . cohibeas fratres tuos & a similibus studeas revocare . Scriturus . quod si de cetero contingerit hujusmodi per predictos fratres tuos committi . & nos inde sic certi erimus sicut sumus de predictis cum presentes tibi litteras injunximus destinari . equanimiter non valebimus sustinere . Datum &c. *Notarius Angelus tulit .*

Lator notarius Angelus .

Ad Iustitiarium principatus pro Cappella S. Petri ad Curtem .

Eodem die ibidem . De eodem mandato scripsit idem ad Th. de Montenigro Iustitiarium Principatus . Insinuante Iohanne de Vinea cive Capue fideli nostro nostra Serenitas intellexit . quod multa de bonis Cappelle nostre Sancti Petri ad Curtem . quam specialem reputamus inter Cappellas alias Regni nostri . & eam de nostre sibi contulimus gratia Majestatis . pro malitia temporis retroacti . & ob negligentiam eorum qui Cappellam ipsam hactenus tenuerunt . a tempore Regis Guillelmi secundi consobrini nostri felicis memorie usque ad hec felicia nostra tempora occupata . locata . alienata illicite ac distracta . in prejudicium jamdicte Cappelle nostre & non modicam lesionem . Cum igitur eadem Cappella nostra bonis fiscalibus sit dotata . nec deceat Curiam nostram alienationes hujusmodi tolerare . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus de premissis inquisitionem facias diligentem . Et ea facta . omnia que per eamdem inveneris occupata . locata . alienata illicite ac distracta de bonis predicte Cappelle nostre ad jus & proprietatem ipsius Cappelle studeas revocare . presens mandatum nostrum taliter impleturus ut sollicitudinis tue studium merito commendetur . Datum &c.

Februario in Fulignio .

Pag. 67. adv.

Ad Maiorem de Plancatone Secretum Messane pro revocanda Ecclesia S.Marie de Ioa. pecunia . & animalibus pro Camera in monasterio S. Luce .

VI. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Sugio scripsit Iacobus de Bantra . Majori de Plancatone Secreto Messane . Intellexit Serenitas nostra . quod cum olim R. Camer. noster Ecclesiam Sancte Marie sitam aput Ioam habuerit a Monasterio Sancti Luce . dato exinde Abbati & Conventui ipsius Monasterii competenti excambio pro eodem eosdem post mortem ejus dictam Ecclesiam retento excambio occupare intelleximus etiam quod cum idem Camer. noster quamdam quantitatem pecunie duo paria boum & quasdam pecudes deposuerit penes eos ipsi ea detinent ad suum commodum & Curie nostre dampnum . Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquiras super iis omnibus veritatem . & si tibi constiterit de premissis tam Ecclesiam ipsam quam pecuniam & animalia supradicta ad utilitatem Curie nostre studeas revocare . ea faciens ad opus nostre Curie procurari . & quicquid inde feceris studeas nostro culmini nuntiare .

Littere responsales ad R. de Montenigro Iustitiarium Terre laboris super negotio Dentopardi de Cerro.

Item scripsit litteras responsales R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris . Solita benignitate recepimus literas fidelitatis tue . & favorabiliter commendamus studium & diligentiam tuam adhibitam juxta mandatum nostrum super negotio D. de Cerro licet adhuc frustretur effectus sicut per easdem nobis litteras intimasti . fidelitati tue mandantes . quatenus caute & actente proeures . ut Castrum Cerri accipias ad opus Curie nostre . ita tamen ut mediante

diante studio tuo . fiat sine scandalo regionis . ut super hoc tuam possimus providentiam commendare ipse autem non dum venit ad Curiam nostram sicut significasti nobis ipsum esse venturum .

Lictere responsales ad A. de Cicala Capitaneum de inquisitione facienda contra suspectos per Iustitiariatum Aprutii.

Item scripsit idem . De mandato facto per Iudicem T. de Suessa A. de Cicala Capitaneo . Devotionis tue licteras benignitate recepimus consueta . tenorem ipsarum intelleximus diligenter . studium & sollicitudinem tuam quam in exequendis servitiis nostris tibi commissis & in omnibus que commodum nostrum respiciunt . & honorem manifeste novimus re habere favorabiliter commendamus . Super inquisitione autem facienda per Iustitiariatum Aprutii de suspectis . volumus & mandamus fidelitati tue . ut eo modo quo facta fuit per Comitatum Molisii & Fundanum . per predictum Iustitiariatum inquisitionem facias diligentem & contra illos quos inprobitaris culpa . & nota suspitionis accusat . simili modo procedas sicut contra suspectos predictorum Comitatuum est processum . de Castris autem Comitatus Fundani qoe persuasisti nobis tuis licteris diruenda . quia non expressisti nobis nomina eorumdem plene deliberare nequivimus . Quare devotioni tue mandamus ut nomina illorum nobis significes . & causam exprimas . cor ipsorum custodia inutilis videatur . Super eo vero quod significasti nobis quia pro defectu pecunie ad inquisitiones faciendas tibi commissas procedere non poteras sic mandamus ut pecuniam undecumque invenias per te enim ipsam de pecunia Curie nostre debita restitui faciemus ita tamen quod de pecunia collecte & alia pecunia . que ad presens Curie nostre portari debet propter hoc nichil accipias . Castrum insuper Sancti Iohannis per Notariom Bartholomeum de Sopino volomus quod diligenter facias hys temporibus custodiri .

Quod procedat contra suspectos ut processum est contra alios de Comitatu Molisii & Fundani.

De inquisitionibus aliis sibi commissis.

De custodia castri S. Ioannis commissa B. de Supino.

Lictere ad Alexandrum filium Henrici.

Eodem die . *De mandato Imperiali facto per Magistrum T. de Suessa . scripsit P. de Capua ad R. de Pulcar.* Fidelitati tue precipiendo mandamus . qoatenus ad requisitionem superastantium operi Castri Averse . de pecunia Curie nostre que est per manus tuas pro faciendis portis camerarum & fenestrarum ejusdem expensas necessarias studeas exhibere si per Thomasium de Montenigro Iustitiarium Principatus fidelem nostrum per quem expensas ipsas dari mandavimus expensas ipsas tibi constiterit exibitas non fuisse . Recepturus ab ipsis &c.

Lictere ad R. de Pulcar. pro opere Castri Averse.

Responsales ad Raynaldinum de Panormo.

Eodem die . Mandante domino Imperatore per Magistrum Roggerium de Camera . scripsit responsales licteras Roggerius de Salerno ad Raynaldinum de Panormo . Benigne recepit Serenitas nostra licteras tuas . & diligenter intelleximus significata ipsarum . tuum studium in nostris servitiis commendantes . Et quia leopardos quos tecum habes volumus habere nobiscum . fidelitati tue mandamus . quatenus receptis hys licteris ducas leopardos ipsos usque Introducum . ac si abinde secure venire poteris ad presentiam nostram te conferas cum eisdem . Quod si forte deinde ad nos securus non posses venire cum ipsis . moreris ibidem . significans nobis adventum tuum . & nos mandabimus tibi nostre beneplacitum voluntatis .

Februario in Fulignio . Pag. 68.

Lictere ad A. filium Henrici pro equis ducendis.

VI. Februarii . De mandato Magistri R. de Trajecto . scripsit P. de Capua ad Alexandrum filium Henrici pro dandis expensis Nicolao de Trano & pro equis quos ad Curiam nostram pridem duci mandavimus tibi misisse recolimus scripta nostra . Cum igitur velimus quod equi ipsi cum festinancia ad nos ducantur ad presens . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus tam super dandis expensis eidem Nicolao & pro equis predictis procedas juxta priorum nostrarum continentiam licterarum. Volumus etiam & mandamus tibi ut pro equis ipsis frena . cingulos . cohopertas & capistra necessaria debeas exibere . & pro marescalco etiam quem cum ipsis equis venire volumus similiter des expensas juxta assisam Curie nostre . Datum &c.

Ad eumdem pro canibus.

Eodem die . De eodem mandato scripsit idem ad eumdem . Fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus ad requisitionem Petri de Dracone fidelis nostri des expensas pro canibus Curie nostre

ſtre quos cuſtodiri facit & cuſtodibus eorumdem tam de preterito tempore quo preſens in Curia noſtra expenſas recipere debuit nec recepit. quam etiam pro futuro donec canes ipſos noſtros faciet cuſtodiri. de quibus tibi fieri volumus plenam fidem. Recepturus &c.

Ad Iuſtitiarium terre Laboris pro Caſtro Spelunce & terra S. Anaſtaſie revocandis.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per Magiſtrum R. de Trajecto. ſcripſit G. de Tocco R. de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris*. Quia Raynaldus de Supino de Campania noſter indevotus exiſtit. per indevotionem ſuam noſtram gratiam demeretur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Caſtrum Spelunce & terram Sancte Anaſtaſie. que hactenus in Regno noſtro tenuit. ab eo revoces. & ad opus Curie noſtre facias cuſtodiri. cautelam adhibens in eis capiendis poſſis decipi. ut re ipſa imperfecta tue motum detegas voluntatis. Datum.

R. de Pulcar. pro expenſis Magiſtri R. de Trajecto.

VI. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Albertum. ſcripſit Laurentius Riccardo de Pulcar. Quia Magiſter Riccardus Notarius & fidelis noſter quem pro arduis noſtris & Imperii negotiis duximus deſtinandum. expenſas Curie noſtre. pro menſibus Septembris & Octobris hujus XIII. Indictionis cum pecunia non habeatur in noſtra Camera. non recepit. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus nuncio ejuſdem Magiſtri latori preſentium pro expenſis ſuis dictorum duorum menſium. ſicut conſuevit in Curia noſtra recipere. pro ſex equis & quinque ſcuteriis ſuis ſedecim Vncias auri & mediam. ad pondus Curie de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas quam citius poteris debeas exhibere ut idem Notarius noſter eas habere valeat ſine mora pro noſtris ſervitiis exequendis.

C. de Monteſuſculo Iuſtitiario Capitinate contra Archipresbiterum Rocce S. Agathes.

VIII. Menſis ejuſdem. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum de Trajecto ad Iuſtitiarium Capitinate ſcripſit Roggerius de Salerno. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus id quod tibi preſenti in Curia noſtra injunſimus faciendum de Archipresbitero Rocce Sancte Agathes. qui in prejudicium honoris & dignitatis noſtre niſus eſt & adhuc nititur optinere Epiſcopatum Bivini per Archiepiſcopum Beneventanum noſtro inrequiſito aſſenſu nec de noſtra ſicut intelleximus veritus eſt obloqui Majeſtate preter temeritatem predictam ſi non dum impletum eſt. facias & adimpleas. niehilominus in fautores ejuſdem Archipresbiteri proceſſurus. prout juſtitia exigit. & honori noſtro videris expedire.

Februario apud Fulgineum. Pag. 68. adv.

A. de Cicala pro facienda inquiſitione contra Iudicem Gualterium de Bucclanico. Guilelmum Raonis. Gentilem de Bucclanico. Guilelmum Bovis. Nicolaum Gualterii Vrſonis. & Margaritum.

VIII. Menſis ejuſdem. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum ad Andream de Cicala ſcripſit R. de Salerno. Denunciationes Curie noſtre factas contra Iudicem Gualterium de Bluccanico. Guillelmum Raonis. Gentilem de Bucclanico. Guillelmum Bovis. Nicolaum Gualterii Vrſonis. & Margaritum tibi mictimus in cedula preſentibus interclusa. & ſimiles per omnia in noſtra Camera facimus reſervari. Et quia ſuper omnibus que cedula ipſa continet. Iura Curie noſtre & juſtitie per te volumus ſatisfieri. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus ipſius cedule diligenter inſpecto tenore ſuper ſingulis que continentur in ea inquiſitionem facias diligentem. & pecuniam quam iovenis Curie noſtre deberi a detentoribus & debitoribus inſtanter & cum omni integritate recolligas. exceſſus vero punire ſtudeas juxta quod eorum qualitas exigit. & honori noſtro ac juſtitie videris expedire. demum proceſſum tuum ſuper ſingulis & inquiſitionis tenorem. ac totius quam recollegeris pecunie quantitatem ſub ſigillo tuo. diſtincte nobis ac fideliter reſcripturus.

Lator Rogerius Archipresbiter Bucclanici.

B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii contra dompnum Adenulfum Canonicū Sulmonenſem.

Eodem die. *De ſuperiori mandato ad Iuſtitiarium Aprutii ſcripſit idem Notarius*. Innotuit celſitudini noſtre quod quondam dompnus Adenulfus Canonicus Sancti Panfili de Sulmona. tempore prime orte diſcordie inter nos & Eccleſiam. cum quibuſdam conſanguineis & complicibus ſuis procuravit quod Civitas Sulmonenſis juraret tunc Pape nunc autem poſt preſentem inter nos & dictum Papam ortam diſcordiam in multorum fidelium noſtrorum ſcandalum enormia verba ſicut audivimus obloquitur in detrimentum noſtri nominis & honoris. Quod cum noſtram tolera-

lerare non deceat Majeſtatem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus inquiras ſuper premiſſis diligentius veritatem. & ſi inveneris quod dicto dompno Adenulfo tractaute ac procurante Civitas Sulmonenſis tunc temporis juraverit Pape. & quod poſt preſentem diſcordiam fuerit oblocutus de nobis. ipſum tam de Civitate ipſa. quam de toto Regno expellas. bonis ſuis omnibus ad opus noſtre Curie inſiſcatis. niehilominus in conſanguineos & fautores ſuos proceſſutus prout juſtitia exigit & honori noſtro videris expedire.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum R. de Tragecto. ſcripſit G. de Tocco Majori de Plancatone Secreto. Quia placet Excellentie noſtre. ut in Regno noſtro Sicilie mulorum ſicut & equorum copia nutriatur cum ad commodum etiam pertineat ſubjectorum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ubique per juriſdictionem tuam injungas & facias obſervari. quod omnes homines jumenta habentes. uno anno de equis. & alio anno de aſinis ea faciant cooperiri. ut ſic equorum & mulorum copia ereſcat in Regno noſtro, preſens mandatum noſtrum ſic faciens ſine defectu ſervari. quod ſollicitudo tua laudabilis inde appareat per effectum. Datum.

Que omnes ſiunt aſſignate portande notario Simoni de Auguſta.

Similes per omnia ſcripſit R. Fallamonacho Secreto Panormi.

Similes G. de Anglone Iuſtitiario in Sicilia citra flumen ſalſum.

Similes R. de Amic. Iuſtitiario Sicilie ultra flumen ſalſum.

Similes A. de Aquaviva Iuſtitiario Idronti.

Majori de Plancatone Secreto.

VIII. *Scripſit Laurentius. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum R. de Petraſturm. Majori de Plancatone Secreto*. Intelleximus quod ex eo. quod Iohannes Brunea Magiſter machazeni noſtri Meſſane conſuetas & ſtatutas expenſas pro ſe & aliis perſonis ad ejuſdem machazeni officium deputatis, & eodem opere non perceperit per manus tuas ſicut hactenus recipere conſuevit, in opere ipſo non extitit laboratum. Cum igitur paulo ante ſtatuerimus. & tibi miſerimus licteras ſpeciales de pecunia Curie noſtre per manus tuas pro noſtris ſervitiis expendenda, firmiter mandamus. Quatenus eidem Magiſtro pro ſe, perſonis aliis ad opus ipſum ſtatutis nec non & ipſo opere de cetero expenſas ſolitas & ſtatutas. quas etiam utiles & neceſſarias videris, de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas debeas exhibere. ut in eodem opere ſufficienter & continue laboretur.

Februario in Fulgineo. Pag. 69.

Ad A. filium Henrici ut mittat navem unam oneratam frumento ad partes ultramarinas ad R. Filangerium Mareſcalcum pro munitione Tyri.

VIII. *De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Riccardum de Trajecto. ſcripſit Iohannes de Idronto. Alexandro filio Henrici*. Quia noſtre voluntatis eſt. ut ad preſens navis una onerata frumento aput Tyrum. ad Riccardum Filangerium Sacri Imperii in partibus traſmarinis Legatum Regni Ieruſalem Balium Mareſcalcum & fidelem noſtum micteretur pro munitione Caſtri noſtri Tyri & ſtipendiis militum qui cum eodem in noſtro ſervitio morantur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus de frumento Curie noſtre navem unam de navibus Curie noſtre onerari facias & ipſam apud Tyrum ad predictum Mareſcalcum noſtrum traſmictas. ſi vero in partibus ipſis de ſtumento Curie noſtre haberi non poterit de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas emas & illud ad predictum Mareſcalcum tranſmictas,

Ad Iuſtitiarium Aprutii de maledicto Iacobi Sacerdotis de terra Balnenſi.

Eodem die ibidem. De eodem mandato. ſcripſit idem ad B. Piſcionum Iuſtitiarium Aprutii. Denunciatum nuper extitit Excellentie noſtre, quod Iacobus Sacerdos habitator terre Balnenſis temere contra honorem Culminis noſtri, cum traderetur ſibi ſcriptum legitimationis filiorum ſuorum. quod gratioſe ſibi noſtra contulerat celſitudo, proferre non timuit. quod geſta & ſcripta noſtra non valerent. quamdiu excommunicationis vineulo ſicut ipſe mordaeiter dixit tenemur aſtricti. Cum igitur tam temerariam preſumptionem noſtram non deceat Excellentiam tolerare, fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus de premiſſis inquiſitionem facias debitam caute & diligenter ut noſti. Et ea facta. ſi tibi conſtare poterit de temeritate predicta. eumdem Iacobum de

de Regno nostro expellas. infiscatis omnibus bonis suis. Datum &c.

Licttere iste assignate fuerunt Berardo de Sulmona denunciatori.

Andree de Aquaviva Iustitiario terre Ydronti pro defensa Tarenti.

Eodem. De mandato Imperiali facto per Notarium R. de Sugio scripsit Iacobus de Bantra. A. de Aquaquiva Iustitiario terre Idronti. Cum velimus. quod Bartholomeus de Bessis. presentium lator fidelis noster defensam nostram Tarenti debeat custodire. fidelitati tue mandamus quatenus. ammoto eo qui ipsam hactenus custodivit dictum B. super custodia ipsius defense statuas. & custodire eam facias per eundem. ab ipso pro parte Curie nostre recipiens juramentum. quod eam ad honorem & fidelitatem nostram diligenter debeat & fideliter custodire.

Littere responsales P. de S. Paulo. & P. de Pisis portulanis portus gariliani.

Item. Littere responsales P. de Sancto Paulo. & P. de Pisis Portulanis portus Gariliani. Benigne recepimus licteras quas vestra nobis devotio destinavit & earum intellecto tenore. studium & sollicitudinem vestram quam in exequendis servitiis nostris vobis commissis habetis favorabiliter commendamus. Super eo autem de quo certi a nobis fieri postulastis. videlicet. si de equis jumentis & mulis vendendis extra Regnum Sicilie jus pro Curia nostra accipere deberetis sicut de aliis animalibus. sic duximus respondendum. quia nequaquam volumus ut equi jumenta & muli vendantur extra Regnum. sed de illis animalibus accipiatis jus predictum que in primis licteris nostris vobis transmissis. plenius distinguntur. de facto vero victualium sic mandamus ut in portu non de victualibus sed de pretio ejus usque ad aliud mandatum nostrum. Septimam partem ad opus Curie nostre recipere debeatis ab eo tamen qui ipsa extrahere voluerit. redigentes in scriptis nomina extrahentium ipsa & eorumdem victualium quantitatem. de facto Turris Sancte Anastasie mandamus R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris ut ipsam diligenter faciat custodiri ita quod nulla exinde victualia extrahantur.

Pag. 69. adv.

Februario in Fulgineo:

VIII. Ejusdem. De Imperiali mandato facto per R. de Trentanaria. scripsit P. de Capua ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris & Comitatus Molisii. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus omnes equos. roncinos & mulos qui fuerunt olim Matthei Marchasabe Secreti Messane & sunt in Iustitiariatu tuo in continenti post receptionem presentium ad Curiam nostram mictas. statuto super equis ipsis & eorum custodibus. aliquo bono viro de fidelibus nostris. Quibus omnibus usque ad presentiam nostram expensas debeas exhibere. Datum &c.

Ad Iustitiarium terre laboris pro mictendis equitaturis que fuerunt olim M. Marchasabe Secreti.

VIIII. Ibidem. De mandato Imperiali scripsit Albertus Simoni de Petra Majori. Mandamus & firmiter precipimus fidelitati tue. quatenus ad requisitionem Simonis de Vrsone de Capua fidelis nostri. quem apud Fulgineum duximus dimictendum pro solvendis mercatoribus qui pecuniam nostre Curie mutuarunt. quadringentas quadraginta Vncias auri ad generale pondus Regni de pecunia Curie nostre quam defers. debeas sine difficultate qualibet assignare. quibus expeditis ad Curiam nostram cum reliqua pecunia te conferas sine mora. Datum &c.

Ad Simonem de Petramajore pro dandis CCCCXL unciis Simoni de Vrsone de Capua pro mercatoribus quantamdis.

Similes scripsit Laurentius pro assignandis eidem Vrsoni Vnciis auri CCC. ad generale pondus ad quietandos mercatores quosdam Romanos qui nonaginta libras Venetianorum grossorum Camere mutuarunt.

Ad eumdem pro unciis CCC. dandis eidem.

Eodem die scripsit Roggerius de Petrasturm. Gualterio de Cicala. ut recipiat austurem a Robberto de Cagiano & mutari faciat diligenter & bene.

Ad Gualterium de Cicala pro mutando austure.

Februario in Coccoion.

Pag. 70.

De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Petra Sturmil. scripsit Iacobus de Bantra R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Cum pro affaitandis falconibus nostris velimus quod Grue vive capiantur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus per terras Iustitiariatus tui Gruas vivas quamplures poterunt capi facias. & ipsas R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate custodiendas facias assignari. ut devotionem tuam &c.

Ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris pro capiendis Gruis vivis.

Similes scripsit idem L. de Franco Iustitiario terre Bari.

Simi-

Similes scripsit idem R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate. & additum est quod tam illas quas ipse capi faciet. quam alias quas predicti Iustitiarii sibi mictent per domos Imperiales Iustitiariatus sui recipiat & statuat custodiri.

Alexandro filio Henrici ut faciat cohoperiri & reparari domos cisterne.

Item scripsit Alexandro filio Henrici ut omni mora postposita domos cisterne cohoperiri faciat & congrue sicut expedit reparari.

Magistro Theodoro de licteris scribendis Regi Tunisi in lingua arabica.

X. *Ejusdem. De mandato facto per Magistrum P. de Vinea. scripsit G. de Tocco Magistro Theodoro.* Ecce mictimus ad Regem Tunisi H. Abbatem. & Notarium Iohannem de Panormo fideles nostros vel si forte Idem Notarius Iohan. adversa valetudine prepeditus non posset. R. de Amic. Iustitiarius Sicilie ultra flumen salsum fidelis noster ordinabit alium juxta quod sibi licteris nostris mandavimus mictendum cum predicto H. quem cognoverit oportunum. Cum igitur ipsos nuntios nostros licteras habere deceat ad eundem Regem mictimus discretioni tue cartam sigillatam & non scriptam mandantes. ut in lingua Arabica ex parte nostra scribas eidem Regi qualiter mictimus ad eum predictos duos nuncios fideles nostros per quos super hys que inter nos. & eundem Regem tractanda sunt plene sibi nostram patefacimus voluntatem. Vnde credat eis secure in hys que ex parte nostri culminis dixerint. tamquam nuntiis ad eum per nostram celsitudinem destinatis. Intellecto vero negotio per H. Abbatem. pro quo ipsos mictimus. conformes te negotio & formes licteras secundum quod honori nostro & qualitati negotii videris expedire. Datum.

Responsales ad Bonamundum Piscionum Iustitiarium Apruci.

Eodem die ibidem. De eodem mandato. scripsit P. de Capua ad B. Piscionum Iustitiarium Apruti. Fidelitatis tue licteras solita benignitate recepimus & ipsarum continentiam intelleximus diligenter. De eo siquidem quod scripsisti per eas. te juxta mandatum nostrum fortellitias Gualterii de Popleto videlicet Castrum Pesculi Aventini & Roccette. necnon & aliam terram suam. fortellitias etiam & aliam terram Gentilis de Popleto similiter juxta mandatum nostrum ad opus Curie nostre cepisse. De Castellanis quoque per te ordinatis in fortellitiis Pesculi & Castri Roccette diligentie tue studium commendamus. Quod autem te fecisse scripsisti de negoziato Raynaldi Farine de Classina & Iohanne filio Archipresbiteri Sancti Antimi de Classina qui coram te confessi fuerunt se ivisse ad R. filium quondam Ducis Spoleti & exenia sibi portasse. duximus approbandum mandantes fidelitati tue quatenus Sinibaldum Archipresbiterum Sancti Antimi de Balviano. & dompnum Raynaldum Buccellum de criptis. captos & detentos eadem occasione diligenter & studiose facias custodiri. actente procurans. ut Iohannem de Rocca. quem pro firmo constitit ad predictum R. dextrerium unum misisse. capere valeas per personam. De venatoribus bene scientibus interficere lupos & vulpes cum pulvere. quos te misisse scripsisti ad Iustitiarium terre Laboris fidelem nostrum. per eum ordinandos in Gualdo tuum studium commendamus. Datum &c.

Ad Iohannem de Raymo provisorem pro castro Pectorani.

De mandato Imperiali facto per Comitem Thomasium Acerrarum. scripsit Iacobus de Bantra Iohanni de Raymo provisori Castrorum Aprutii. Cum velimus ut in custodia Castri Pectorani. quod est Frider. filii nostri nullus defectus habeatur. fidelitati tue mandamus. quatenus considerata quantitate proventuum totius terre sue & deductis exinde expensis necessariis uxori ejus & familie sue. si residuum ipsorum proventuum sufficiens non fuerit. pro custodia dicti Castri tu de pecunia Curie nostre. que pro custodia & munitione Castrorum nostrorum est per manus tuas suppleri facias quod detur. sicut hactenus per Hectorem de Montefusculo dari extitit consuetum. faciens supplementum ipsum exhiberi Castellano ipsius Castri. Mandatum nostrum taliter impleturus ut idem Castrum congrue custodiri valeat & devotionem tuam &c.

XI. Octubris XIII. Indictionis apud Faventiam renovate sunt iste licttere similes per omnia ad B. de Sugio tunc provisorem Castrorum in locum Iohannis de Raymo.

Februario in Cuccuione. Pag. 70. adv.

XI. De Imperiali mandato facto per

Alexandro filio Henrici pro expensis falconum & canum Lombardelli & aliorum.

Magistrum Albertum . *scripsit Laurentius Alexandro filio Henrici* . Lombardellum de Ymola . Renaldum de Aquino . Malgerium Sorellum . Iacobum de Gaudio. Riccardum Filangerium . Roggerium Portastrellum . Fridericum Muscatum . Obaldinum fratrem Lombardelli . Scornavaccam . Renaldum de Castro maris. & Berardum de Aquaviva falconerios & fideles nostros . cum avibus nostris & canibus . nec non Berardum de Schultro infirmum . vallectum & fidelem nostrum in Regnum mictimus moraturos. fidelitati tue mandamus quatenus Lombardello predicto . pro se . duobus scuteriis & tribus equis pro XX. diebus hujus mensis Februarii XIII. Indictionis. tres Vncias auri ad pondus Curie . nec non cuilibet predictorum Vallectorum tantum . pro eisdem diebus . sicut recipere soliti sunt in Curia nostra . & Iacobo de Imola falconerio quem mictimus cum eisdem pro se uno scuterio & duobus equis pro predictis diebus Vncias duas ad idem pondus exhibeas . ac deinde in antea donec in Regno pro nostris servitiis fuerint . secundum assisam Curie . & sicut dari consuevit in Regno . ad requisitionem dicti Lombardelli & per manus ejusdem . pro quolibet predictorum . videlicet pro se . duobus scuteriis . & tribus equis . dicto Iacobo de Imola pro se uno scuterio & duobus equis . predicto Berardo de Schultro pro se . duobus scuteriis . & tribus equis . usque ad reditum nostrum in Regnum . nec non tribus scuteriis Marescalle . quos cum canibus destinamus. pro se & tribus mulis . ac Thomasio Bruno falconerio pro se & uno equo . a mense Marcii in antea . quia pro toto mense Februarii de Camera solutus est ipse Thomasius . secundum quod etiam fiet auctio vel diminutio personarum . avium . sive canum . de pecunia Curie nostre que est per manus tuas . expensas debeas exhibere . daturus necessaria pro avibus & canibus nostris quos custodiunt . prout idem Lombardellus a te duxerit requirenda . & recepturus ab eo de omnibus que sicut dictum est dederis apodixam .

A. de Marra & Eufranoni de Porta custodibus erarii pro Petro Magno & Alberto Busoli mercatoribus Parmensibus de unciis XXXVI.

Item scripsit Angelo de Marra & Eufranoni de Porta custodibus Erarii in Castro Salvatoris ad Mare . Quia Petrus Magnus & Albertus Busoli mercatores Parmenses fideles nostri . Vallectis nostris de Lubech nuper redeuntibus . triginta sex Vncias auri ad generale pondus Regni pro parte nostre Curie mutuarunt . ad faciendas videlicet expensas pro se & falconibus quos portabant . fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus statim visis hys licteris . triginta sex Vncias auri ad generale pondus Regni restituatis dicto Petro omni difficultate remota . Ipsos etiam & socios eorumdem de alia pecunia quam nostre Camere mutuarunt . pro quibus super eadem vobis scripsimus . juxta tenorem licterarum quas habent . quam citius poteritis integre quietare curetis .

Eisdem Custodibus pro Nicolao Iohannis de Angelo mercatore Romano de unciis CXXIIII.

Item scripsit licteras patentes . F. &c. Notum &c. Quod Nicolaus Iohannis de Angelo Civis Romanus fidelis noster dum nobis humiliter supplicasset . quod cum Thomasius de Galiano de Lentino. qui pro amministratione quam super extractione frumenti pro Curia nostra minus bene exercuerit . captus fuit infiscatis omnibus bonis suis . debitor ejus existeret in Vnciis auri centum viginti quatuor ad generale pondus Regni . nos ipsam pecuniam sibi restitui mandaremus . nos facta pridem de ipso debito nostre Curie plena fide dictam pecuniam usque ad festum Nativitatis Dominice hujus XIII. Indictionis eidem N. Curiam nostram promisimus soluturam prius etiam si prius in Regnum redire nos personaliter contigisset . super quo scripsimus Venerabilibus I. Capuano Archiepiscopo . & P. Episcopo Ravellensi dilectis familiaribus nostris tunc temporis in Regno gerentibus vices nostras . ut si contingeret nos in Regnum dicte Nativitatis Dominice termino non redire . dicto N. solvi facerent pecuniam memoratam . Idem vero nuper rediens . & ostendens per licteras Archiepiscopi Capuani . cui soli nostras licteras dederat . absente Episcopo Ravellense . qui quidem ad nos jam venerat vocatus a nobis . dictam pecuniam sibi non fuisse solutam . eo quod officiales mutati erant & mandatum de assignanda cuiquam pecunia non habebant . sed de ea ad nostrum Erarium transmictenda. conventionem cum Curia nostra fecit . quod in Kalendis Augusti proximo futuri

turi hujus XIII. Indictionis debeat integre de ipso debito quietari per Angelum de Marra. & Eufrenonem de Porta custodes &c. ad quos ipsum cum licteris nostris duximus transmictendum. quod si pecunia non soluta. dictus solutionis terminus pertransiret. deinde in antea quamdiu solutio differretur. ana tres Vncias pro centenario in mense. pro dampnis & interesse ipsa solvere tenebuntur de pecunia nostra ipsorum custodie deputata & nichilominus de eadem solvent integre tres Vncias supradictas eidem. ad cujus* &c. presentes licteras &c.

Similes clausas per eadem verba scripsit pro eodem. ad eosdem custodes. addita conclusione quod ipso termino solvant Vncias ipsas ei vel nuntio aut procuratori.

Similes apertas & clausas per eadem verba scripsit idem pro Iohanne Guicçonis Romano. de Vnciis auri centum triginta sex. ad generale pondus.

Pag. 71.

Februario in Cuccuzhone.

Ad Riccardum de Pulcar. de sciropis & zuccaro violaceo.

XII. mensis ejusdem. Mandante domino Imperatore per Magistrum Roggerium de Camera. ad Riccardum de Pulear. scripsit R. de Salerno. Ecce quod Magistro Theodoro philosopho & fideli nostro damus nostris licteris in mandatis ut de sciropis & zuccaro violaceo tam ad opus nostrum faciat quam ad opus Camere nostre in ea quantitate sicut sua circumspectio viderit expedire. propter quod fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem dicti philosophi nostri. zuccarum. & omnia alia necessaria pro zuccaro & sciropis predictis faciendis studeas sine defectu quolibet exhibere eidem de pecunia Curie nostre que est per manus tuas.

Ad M. Theodorum philosophum.

Item. eodem die. De eodem mandato scripsit idem. Magistro Theodoro. ut sciropos & zuccarum violaceum tam ad opus domini. quam & pro Camera faciat in ea quantitate quam viderit expedire & expensas recipiat a Riccardo de Pulcar. & significet domino statum suum.

Alexandro filio Henrici pro canibus Adenulphi Pardi & Bartholocti de Squillacio.

Item scripsit idem ad Alexandrum filium Henrici. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem & ordinationem Petri de Dragone fidelis nostri pro canibus nostris Adenulfi Pardi. & Bartolotti de Squillacio fidelium nostrorum custodie deputatis custodibus eorumdem canum pro eisdem A. & B. scuteriis & equitaturis eorum. juxta assisam Curie nostre in Regno. expensas amodo debeas exhibere de pecunia Curie nostre que est per manus 10 tuas.

Ad Magistrum Ioh. de Palmerio ut veniat.

XII. Ibidem. De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum. scripsit P. de Capua ad Magistrum Iohannem de Palmerio Notarium domini. qui erat apud Sanctum Flavianum. ut in continenti ad presentiam Domini veniat cum pecunia Curie quam habet ibi. per viam Nursii. Cassii & Fulginei.

Robberto de Castilione ut det ei conductum.

Scriptum est etiam Robberto de Castilione. ut det ei securum transitum & 20 conductum.

Alexandro filio Henrici pro Magistro Nicolao Dicidam. & expensis & indumentis ejus.

XII. De Imperiali mandato facto per Magistrum B. de Petrastormul. scripsit Laurentius A. filio Henrici. Mandamus tibi quatenus Magistrum Nicolaum Diridam. qui tendit ad grues fidelem nostrum uxorem & unum scuterium ipsius hac vice induas competenter & eidem expensas exhibeas sicut hactenus eum 30 inveneris de statuto nostre Curie recepisse. cavens ne occasione tui. a commissorum sibi servitiorum nostrorum executione desistere compellatur.

Custodibus erarii Salvatoris ad mare pro mictenda pecunia Introducum per Symonem.

Eodem die. ibidem. De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum. scripsit P. de Capua ad Angelum de Marra & Iudicem Eufranonem de Porta custodes Erarii Salvatoris ad Mare. Cum pecunia sit ad presens Curie nostre pluri- 40 mum opportuna & honori nostro non parum expediat pecuniam habere pre manibus. mandamus & precipimus firmiter fidelitati vestre. quatenus totam pecuniam Curie nostre que aput vos est per Symonem de Vrsone civem Capue fidelem nostrum quem propterea specialiter destinamus. apud Introducum visis hys licteris sine mora qualibet transmictatis deinde ad nostram 50 presentiam deferendam. presens mandatum &c.

Similes justitiario terre Laboris.

Similes lictere facte sunt R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris.

Pag. 71. adv.

Februario in Coccorone.

Littere ad Obbertum Fallamonachum Secretum.

XIII. *Februarii XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Obbertum Fallamonachum Secretum Panormi.* Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de qualitate excadentiarum. quas olim tenuit a Curia nostra in Panormo. Iohannes Capicza. & quanti valoris per annum existant. & utrum sint homines in eisdem diligenter inquiras. & quicquid inde inveneris sub sigillo tuo ad Curiam nostram mictas. Datum &c.

Ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris pro Lombardello. & aliis falconeriis.

De mandato Imperiali facto per dominum Raonem scripsit Iacobus de Bantra R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Licet per alias licteras nostras mandavimus tibi ut omnes equos. roncinos & mulos qui fuerunt olim M. Marchafabe Secreti Messane & sunt in Iustitiariatu tuo, micteres ad Curiam nostram Volumus tamen & mandamus fidelitati tue. quatenus ad requisitionem Lombardelli falconerii nostri pro se & aliis falconeriis nostris qui cum eo morantur. sive de predictis roncinis. sive de illis qui fuerunt olim Magistri I. de Laurentio aut de quibuscumque roncinis Curie nostre. qui sint in manibus tuis aut in Iustitiariatu tuo. quot ipse fore necessarios viderit & a te petierit sibi facias assignari. ita tamen quod non sint equi de armis. nec muli. nec boni palafredi. & quot ei roncinos dari facies tuis nobis lícteris significare procures.

Similes scripsit idem A. filio Henrici pro Carnelevario de Papia & aliis falconeriis qui sunt cum eo.

Baiulis S. Fabiani pro mictendo stallone Curie qui est ibi apud Tertiam.

Item scripsit Bajulis Sancti Fabiani. Fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus stallonem nostrum qui est in terra ipsa per aliquem fidelem & probum virum qui ipsum caute ducat. moderatas faciendo dietas. mictatis in Apuliam aput Tertiam. & cum G. de Castenga fideli nostro assignari faciatis. providentes predicto nuncio quem cum eo miseritis in expensis juxta assisam Curie & pro stallone predicto sufficientes expensas usque ad locum predictum prebere debeatis. restituatis etiam expensas scutifero qui ipsum hactenus custodivit ab eo tempore quo idem eas non habuit & vobis constiterit non habuisse.

B. Pisciono Iustitiario Aprutii de mictendo octo militibus & CC. servientes Iacobo de Marra Capitaneo Ducatus Spoleti.

Eodem die. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit G. de Tocco B. Pisciono Iustitiario Aprutii. Cum Iacobum de Marra fidelem nostrum Capitaneum in Ducatu Spoleti duxerimus statuendum quem oportebit pro servitiis nostris habere milites & servientes de Regno nostro oriundos idoneos & fideles. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus de Iustitiariatu tuo eligas octo milites bene munitos equis & armis fideles & idoneos. & ducentos servientes decenter armatos panceriis & aliis armis omnibus oportunis qui non sint oriundi de terris que dudum rempore scismatis adheserunt Ecclesie. Milites etiam ipsa labe infidelitatis non fuerint infecti. & eos omnes tam milites quam servientes ad eundem Iacobum de Marra fidelem nostrum transmictas. Ipse enim Iacobus militibus ipsis in statutis solidis providebit. servientibus etiam solidos ministrabit. quos tu eisdem promiseris statum eorum & remotionem eorum considerans regionis. prout melius ad utilitatem Curie nostre videris expedire. Significaturus eidem Iacobo per licteras tuas solidorum quantitatem quam servientibus ipsis duxeris promictendam. Datum.

Aput Aquam Spartam.

Ad Iustitiarium Aprutii pro facienda inquisitione super denunciationibus quas fecit Petrus Berardi Iohannis scuterius de Sulmona.

XV. *Ejusdem. apud aquam Spartam. De eodem mandato. scripsit P. de Capua ad predictum B. Piscionem Iustitiarium.* Denunciationes quasdam nuper nostre Curie presentatas. mictimus tibi presentibus interclusas. & earum exemplum in nostra Camera conservatur. Mandamus igitur & precipimus fidelirati tue quatinus de omnibus ipsis denunciationibus. inquisitionem studeas facere diligentem. Et ea facta. quos culpabiles & puniendos inveneris per eamdem mediante justitia punias. ita quod illata delinquentibus pena. sit similis cogitantibus ad terrorem. & revocet eos a proposito delinquendi. Datum &c.

Lator fuit Petrus Berardi Iohannis scuterius de Sulmona.

Eodem die ibidem. De eodem mandato.

Ad Iuſtitiarium Apruții pro faciendo inquiſitione ſuper denunciationibus Iohannis de Meta.

to. *ſcripſit Idem ad eundem*. Denunciationes quaſdam per Iohannem de Meta fidelem noſtrum nuper noſtre Curie preſentatas mictimus tibi preſentibus interclufas. & earum exemplum in noſtra Camera conſervatur. Mandamus igitur & precipimus fidelitati tue. quatenus de omnibus ipſis denunciationibus inquiſitionem facias diligentem. Et factam ſub ſigillo tuo ad Curiam noſtram mictas. Datum &c.

Lator fuit idem Ioannes de Meta.

Pag. 72.

Februario apud Ortam.

Ad A. de Marra de aſſignando caſtro Salvatoris Iohanni de Amato pro mora domine Imperatricis.

XVI. *Ejuſdem*. *De mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea*. *ſcripſit G. de Tocco Angelo de Marra*. Quia placet Excellentie noſtre. ut kariſſima conſors noſtra &c. in Caſtro Salvatoris ad Mare morari debeat. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis licteris Caſtrum Salvatoris quod hactenus de mandato noſtre celſitudinis cuſtodiſti. Iohanni de Amato fideli noſtro aſſignes. ut illud ſicut expedire viderit faciat ordinari & diſponi. Tu vero de hys que in Caſtro ipſo aſſignaveris fieri facias tria ſcripta autentica. unum ſervandum a te ad cautelam tui. aliud ſervandum ab ipſo Iohanne de Amato. tertium ad noſtram Cameram dirigendum. Datum.

Ad R. de Pulcar. pro expenſis.

Item R. de Pulcar. Quia placet &c. *per eadem verba uſque ad concluſionem*. *deinde* fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ſi dictus Iohannes de Amato ultra illos de familia ſua ad cuſtodiam Caſtri aliquos viderit ordinandos. qui pro ipſis neceſſarii fuerint ipſi I. fideli noſtro ſine defectu ſtudeas aſſignare. recepturus de hys que dederis apodixam. Datum.

B. Piſſono Iuſtitiario Apruții pro unciis L. pro caſtro Caſſie.

XVI. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea*. *Scripſit Laurentius B. Piſſono Iuſtitiario Apruții*. Quia pro facto Caſtri Caſſie adimplendo de habendo eo videlicet ad fidelitatem Imperii in inſtanti. ſicut utilitas negotiorum noſtrorum expoſcit Robberto de Caſtellione fideli noſtro mandatum miſimus ſpeciale. nec decet aliquatenus ut negotium ipſum defectu aliquo cauſam dante. remaneat imperfectum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ſtatim viſis hys licteris. ad requiſitionem dicti R. quinquaginta Vncias auri ad generale pondus nuncio ejus facias exhiberi. ſi de pecunia Curie noſtre habes ad manus. vel ſi eam mutuo invenire deberes. licet enim mandavimus olim. ut omnis pecunia per collectores ſtatutos ad certa loca deferri deberet. quia tamen negotium ſupradictum celeritatem deſiderat. nec patitur moram. volumus ut ipſas Vncias dicto R. tranſmictas. non enim poterit collectoris copia tam cito haberi. pro recipienda pecunia ſupradicta.

Lator Petrus de Civita Teatina nuntius domini Iacobi de Marra.

Andree de Cicala capitaneo citra Portam Roſeti.
De non vendendis equis ad arma in Regno.

Item. *Andree de Cicala Capitaneo citra portam Roſeti*. Plures nobiles & magnates nobis ſepius ſupplicant. ut equos quos emunt in Regno ipſos extra Regnum exrrahere permictamus quod omnino noſtre ſicut noſti non reſidet voluntati. Cum igitur cauſam ſupplicationum hujuſmodi. quibus interdum coacti quodammodo per aliquorum inſtantiam inclinamur precidi velimus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus per omnes Iuſtitiarios juriſdictionis tue. ſub certa & gravi pena. diſtricte ac firmiter facias generaliter omnibus inhiberi ne aliquis extraneis. & eis qui debent eos extrahere. ac tranſeuntibus ſpecialiter vendere aliquos equos ad arma preſumat. Sic enim talibus precluditur materia ſupplicandi. ex quo non invenient ad emendum.

Lator Notarius Symon nuntius G. de Anglone Iuſtitiarii citra flumen falſum.

Similes fecit Ptolomeo de Caſtellione Iuſtitiario Vallis Gratis & terre Iordane. *ut ipſe Vniverſis hominibus ſue juriſdictionis inhibeat in forma predicta*.

Similes Goffrido de Monteſuſcolo Iuſtitiario Calabrie.

Similes G. de Anglone Iuſtitiario Sicilie citra flumen ſalſum.

Similes R. de Amic. Iuſtitiario Sicilie ultra flumen ſalſum.

Inquiſitio commiſſa Iuſtitiario Apruții contra Andream & Iohannem de Pontibus.

Eodem die. *De mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Apruții*. Significavit excellentie noſtre Bartholomeus de Tallacozzo. fidelis noſter. quod Andreas & Iohannes de Pontibus in Caſtro Tallacoczi. turrim conſtruxerunt de novo in quo numquam turrim eſſe conſuevit. Cum igitur hoc contra prohibitionem noſtram factum videatur. volentes exinde plene ſcire cer-

certitudinem veritatis. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus per aliquem fidelem virum. de quo nulla suspictio haberi possit. inquiri facias super hoc diligentius veritatem. Quo tempore scilicet turris ipsa constructa sit. & in qua parte Castri. & cujus etiam altitudinis & forme consistat. Et quicquid exinde inventum fuerit. sub sigillo tuo. ad Curiam nostram mictas. Datum &c.

Pag. 72. adv.

Februario in Viterbio.

Lictere ad Alexandrum filium Henrici pro dandis expensis magistris Sarracenis & aliis laborantibus in Melfia Canusio & Luceria.

XXI. *Ejusdem. De mandato Imperiali facto per dominum Iohannem Morum. scripsit Iacobus de Bantra Alexandro filio Henrici.* fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Magistris Sarracenis. Tarsiatoribus carpentariis. Magistris facientibus arma. Custodibus Camelorum. Custodibus Vnche & Tabaccotum Custodi Viverii. & ceteris Magistris qui tam de ferro. quam de arcubus & aliis operibus laborant ad opus nostrum in Melfia Canusio & Luceria. qui a T. de Brundusio expensas recipere consueverunt. secundum quod ab ipso recipiebant. easdem expensas & alia necessaria pro eisdem servitiis faciendis & custodiendis animalibus supradictis. pro se discipulis. scuteriis. & equitaturis eorum. sicut per dictum T. soliti sunt recipere. debeas exhibere. ut iidem in predictis servitiis nostris faciendis. defectu expensarum excusationem aliquam non pretendant. & de hiis que dederis. ab ipsis recipias apodixam.

Lictere ad R. de Montenigro Iustitiarii terre Laboris de recipiendis quibusdam scriptis ab Episcopo Gajetano.

Item scripsit idem R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Intellexit Serenitas nostra. quod Episcopus Gajetanus habeat quedam scripta. ex quibus si haberemus ipsa. Magnum Curie nostre commodum eveniret & cum idem velit ea nobis sicut audivimus exhibere. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus data sibi securitate veniendi ad te. loquaris cum eo inter confinia Regni & territorium Terracene. ita quod ipse ad aliquam terram regni hac occasione nequeat pervenire. & querens ab eo de scriptis predictis. inducas ipsum caute. quod illa tibi assignet. quibus ab eo receptis. ea sub sigillo tuo studeas ad nostram presentiam destinare.

Lictere Responsales ad R. de Montenigro Iustit. terre Laboris.

Item scripsit idem ad eumdem. Benigne recepimus licteras. quas tua nobis fidelitas destinavit. & eorum tenorem intelleximus diligenter. studium & sollicitudinem tuam. quam in exequendis servitiis nostris tibi commissis. & in cunctis aliis que nostrum commodum respiciunt & honorem incessanter te gerere novimus & habere favorabiliter commendantes. placet insuper nobis processus tuus habitus juxta mandatum nostrum contra illos quos inquisitio per te facta in Comitatu Molisii & Fundani de crimine infidelitatis accusat. super hys autem que significasti nobis. de Magistro N. de Fundis R. fratre ejus. & aliis qui suspecti dicuntur. eum ex tenore lictterarum tuarum plene probatum non viderimus contra eos. ad presens ultra non vidimus procedendum. tue providentie relinquentes. ut si poterit ex ipsorum mora aliquod servitiis nostre Curie periculum evenire. aut pacifico statui regionis afferri. id exinde facias. quod ad honorem nostrum & commodum debeat redundare. de Castris vero Insule & Pastine. nichil aliud ad presens nisi quod factum est inde fieri volentes. fidelitati tue mandamus. quatenus eidem negotio supersedeas nec ultra procedas donec aliud mandatum a nostra recipias Majestate. Verumtamen volumus & precipimus fidelitati tue. quatenus si fortellitie sunt in illis terris aut in aliis terris suspectorum nostrorum existentibus in Regni confinio circa partes ipsas. eas diligenter facias ad honorem nostri culminis custodiri. de terrarum proventibus earumdem.

De Magistro N. de Fundis Riccardo fratre ejus & aliis. qui sunt suspecti.

De castris Insule & pastine.

De fortellitiis terrarum suspectorum existentium circa fines Regni per partes illas.

Ad R. de Polcar. ut det expensas pro tribus mensibus G. de Cicala.

XXII. *Ibidem. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit P. de Capua. ad Riccardum de Pulcar.* Dudum Gualterio de Cicala fideli nostro quedam servitia Culminis nostri in Vrbe commisimus exequenda. Mandantes ipsum ad Vrbem procedere. in terram Laboris redire. ire iterum apud Vrbem & ad nostram presentiam se conferre. Et expensas duotum mensium infra quos videbatur servitia ipsa posse complere. per Angelum de Marra fidelem nostrum sibi precipimus elargiri. Nuper sane insinuante predicto G. nostra Serenitas intellexit. quod ultra illos

illos duos menſes aliis tribus menſibus oportuit eum in ipſis noſtris ſerviciis commorari. pro quibus expenſas aliquas non recepit. Quare fidelitati tue mandamus. quatenus ſi conſtiterit tibi jam dictum G. predictis tribus menſibus in ipſis noſtris ſervitiis preſtitiſſe. nec recepiſſe per eos expenſas ab Angeln ſupradicto. Tu eidem de pecunia Curie nnſtre que eſt per manus tuas pro dictis tribus menſibus des expenſas. ſecundum quod dare idem Angelus de mandatn noſtri culminis conſuevit. Et recipias ab eo exinde apodixam. Datum &c.

Pag. 73. *Februario in Viterbio.*

Litere ad Iuſtitiarii Aprutii contra Presbyterum Oddonem. Dodonem. & Landulfum de Squintrone.

XXII. *ejuſdem. Ibidem. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit P. de Capua ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii.* Intellexit Serenitas nnſtra. quod presbiter Oddo. Dodo. & Landulfus de Squintrone tempore preterite diſcordie inter nos & Eccleſiam contra honorem nnſtrum infideliter ſe geſſerunt adherendn Regi Iohanni qui contra nos per Eccleſiam miſſus erat in Regnum. & adhuc etiam reliquias detinent preterite factionis. Quod cum noſtre Majeſtati jure diſpliceat. fidelitati tue precipiendn mandamus. quatenus inquiſita ſuper hoc diligentius veritate ſi tibi conſtiterit ita eſſe eos protinus de Regno expelli facias bonis eorum omnibus ad opus noſtre Curie publicatis. Datum &c.

Litt. Reſponſales ad G. de S. Fraymundo de aſſignanda quadam quantitate pecunie quam habet Stephano de Romoaldo recollectori pecunie.

De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Sueſſa. ſcripſit Iacobus de Bantra G. de Sancto Fraymundo. Benigne recepimus licteras tuas & earum tenorem intelleximus diligenter. Super eo quod ſignificaſti nobis te habere quamdam quantitatem pecunie de pecùnia Curie noſtre. & velle ipſam aſſignare cui placet nobis. & mandaremus noſtris licteris aſſignandam. Volumus & mandamus fidelitati tue. ut totam quantitatem pecunie Curie noſtre S. de Romoaldo recollectnri pecunie noſtre ipſarum partium. debeas aſſignare. recipiens ab eo exinde apodixam.

Scriptum eſt per eumdem ſupradicto Stephano de Romoaldo recollectori. quod ſupradictam quantitatem recipiat ab eodem ad opus Curie.

Ad R. de Pulcar. pro Diupuldo de Fronburch.

XXII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Roggerium de Petraſturmil. ſcripſit Laurentius. Riccardo de Polcar.* Mandaſſe dudum recolimus Angeln de Marra ut Diupuldo de Fronburch. vallecto & fideli noſtro venienti ad balnea Puteolana. pro curatione infirmitatis qua tunc temporis gravabatur. donec ibidem & etiam aput Salernum mnraretur occaſione predicta. & in redeundn ad preſentiam noſtram daret expenſas pro ſe duobus ſcuteriis. & tribus equis. Nuper autem ex ejus inſinuatione precepimus. quod ex quo Angelus de Marra predictus ab officio eſt amotus. expenſas prout mandavimus nnn recepit. & cum ad preſentiam nnſtram venire intendat expenſas nichilnminus habere nnn poteſt ea occaſinne dumtaxat quod dictn Angelo amotn ab officin tibi cnmmiſſn. tu eidem Valletn exinde nnn reſpondes ſine mandato nnſtri culminis ſpeciali. Quare mandamus quateuus ſi tibi conſtiterit de premiſſis que nuper per eum noſtre celſitudini nuntiantur. tu eidem Diupuldn juxta predicti mandati nnſtri tennrem pro eò tempore quo morans pro ſua curatinne ut dictum eſt. non recepit expenſas ab Angeln memnratn. & pro veniendo ad nos. expenſas debeas exhibere ſi eas videlicet ab eodem Angeln non recepit.

„ XXIII. *De Imperiali mandato per „ Magiſtrum R. de Camera ſcripſit Iu- „ ſtitiario Principatus Aprutii.* Vt an- „ nui redditus ſuper terram Ripelonghe „ ſpectantes ad Delitiam Caraczolam „ uxnrem Bartolomei Carafa ejus vita „ durante deveniant ad filios nepotes & „ pronepotes deſcendentes ex eadem de- „ litia & prefato Bartolnmeo filio Fi- „ lippi Carrafa de Spina ex Conſuli- „ bus olim Reipublice Neapolitane cum „ hoc ut ipſos ſe denominent Caraczo- „ li Carafa ex Sigiſmundis antiquis do- „ minis Sardinie ſicut ſupplicavit hu- „ militer dicta Delitia & Imperiali no- „ ſtra authoritate fuit elargitum per „ patentes licteras conſtat & de Regia „ Curia obſervari faciat quantum gra- „ tia diligitur & indignationem cupitur „ evitare.

Scri-

Litteræ Responsales Bartholomei de Salerno.

Scriptum est Bartholomeo de Salerno per Magistrum Rogerium de Camera ad Raynaldinum de Panormo. Benigne recepit Serenitas nostra litteras tuas. & diligenter intelleximus significata ipsarum tuum studium in nostris servitiis commendantes. & quia leopardos quos tecum habes velimus habere nobiscum. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis hys litteris ducas leopardos ipsos usque introducum. ac si abinde secure poteris venire ad presentiam nostram. te conferas cum eisdem. alias moreris ibidem. & significes nobis adventum tuum. & nos mandabimus tibi nostre beneplacitum voluntatis.

Pag. 73. adv.

Februario in Viterbio.

XXVII. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum de Suessa. scripsit G. de Cusentia Guillelmo de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen salsum. Responsales litteras & capitula tua que tam per Notarium Symonem quam pridem per Ruchisal. Nuntios tuos nostro culmini destinasti &c. Quod autem tua capitula continebant te ad mandatum nostrum exinde tibi missum jurisdictionis tue feodotarios inquisivisse. & invenisse ibidem XX. milites in armorum & equorum apparatu congruo & ex reliquis feodotariis alios XL. milites in armis & equis facere preparari decenter ordinato quod pro viribus feodorum suorum alterutrum fieri debeat subventio inter eos. & quod peregrinos dudum in partes Sicilie applicantes qui propter instantis tempus yemis transfretare non potuerunt. propter quod in partibus jurisdictionis tue yemant ob reverentiam Majestatis nostre honorifice recepisti & ipsos honorasti ac incessanter honoras ac quod ipsorum arma de voluntate eorum ad manus Curie nostre usque ad tempus passagii eorum recipi feceras conservanda. faciens eosdem per terras ipsarum partium dividi moraturos ut simul in eodem loco non essent. postmodum tamen per Philippum de Zunculo predicta arma eis restituta fuerunt. & quod juxta mandatum nostrum missum tibi inquisitionem contra Iordanum Tallacozum. Guillelmum Tallacocem. Ioannem de Martino Russo. & Riccardum Farinam de Calatagerone fecisti ipsam ad Curiam nostram mictens & quasdam de apochis ipsius Guillelmi inventas per eamdem inquisitionem ad Curiam nostram spectare. ad manus nostre Curie recepisti. nec non & quod de quaternionibus & scriptis quondam M. Marchasabe Secreti copiam ad mandatum nostrum fecisti Iohanni de Cioffo & Notario Iohanni de Lentino fideli nostro pro significandis nobis nominibus officialium ejusdem quondam Secreti sicut eis mandavimus. & quod tu etiam misisti sicut tibi mandavimus nomina officialium quibus aliquod de nostris servitiis commisisti. nec non quod ad mandatum nostrum bona eorum qui oriundi de partibus jurisdictionis tue in Romana Curia morari contra nostrum beneplacitum presumpserunt & prebendas etiam Clericorum qui de Regno nostro sunt & extra Regnum morantur diligenter inquiris & studes ad manus nostre Curie revocare. & quod defensas & loca solatiorum & venationum nostrarum jurisdictionis tue facis cum omni diligentia custodire. gratum est nobis & in premissis omnibus tuam diligentiam & studium commendamus. Super facinorosis autem de quorum ut scripsisti maleficiis liquet qui quatenus ut penas quas merentur eludant in vocem appellationis prorumpunt. Super quo nostrum beneplacitum postulasti. an talibus sit appellationibus deferendum. tenorem sacrarum constitutionum nostrarum observari mandamus. Quod autem Straticotus Messane sicut scripsisti nulli appellationi in criminali judicio interposite defert asserens hoc esse de consuetudine Messane optenta cum talis consuetudo juri videatur penitus adversari. mandamus ut hoc de cetero fieri non permictas. & ecce quod eidem Straticoto scribimus super hoc. de exteris autem qui non sunt oriundi de Regno sed in Regno longo tempore morati fuerunt ut cives conferendo cum aliis fidelibus nostris in datiis & collectis. qui mortuis primis uxoribus alias ducere volunt. & de aliis etiam qui licet uxores non dum in Regno habuerunt morati tamen in Regno per decennium & ultra habentur ut cives con-

De facinorosis qui appellant.

De Straticoto Messane.

De exteris qui petunt uxores.

conferendo similiter in nostris datiis & collectis. & nunc licentiam petunt uxores ducendi, placet nobis & volumus ut tales ducere permictas uxores dummodo bone conversationis eas esse repperias nec ipsos alicujus infidelitatis nota invenias maculatos. Cavens ne sub hoc pretextu alicui alii extero per te predicta licentia tribuatur. cum hoc honori nostro specialiter sit infensum. Notarios vero publicos & advocatos. quorum defectum in partibus jurisdictionis tue esse scripsisti. per nostram tantum Curiam volumus ordinari. Quod autem significasti te frequenter oportere mictere nuncios speciales per partes jurisdictionis tue. & alios etiam pro necessariis servitiis nostris quibus te expedit expensas prebere & nostrum super hoc requisivisti mandatum. placet nobis ut nunciis quos necessario te mictere oportet pro necessariis servitiis nostris expensas tribuas de pecunia Curie nostre moderatas & justas. quas volumus in tuis rationibus computari. De antopis Cathanie qui morantur Auguste. qui cum habent ut scripsisti domos & vineas in Cathania petunt licentiam eundi Cathaniam pro preparandis domibus & suis vineis excolendis. placet nobis & volumus ut in certo & competenti tempore & anno quolibet cum necessarium esse videris tribuas eis licentiam conferendi se Cathaniam propter hoc moderatam ita tamen ut familias suas continue habeant in Augusta. & ipsi etiam habitationem Auguste non deserant sed ibidem post predicta servitia revertantur. De hominibus quondam Centurbii & Capitii qui inveniuntur per partes jurisdictionis tue morari cum generaliter a nostra fuerit Majestate mandatum ut omnes se Panormum ad habitandum conferrent. mandamus ut ubicumque aliquem ex eis per jurisdictionem tuam inveneris. cogas ut se cum familia sua ad habitandum conferat in Panormum. Quod autem significasti homines jurisdictionis tue citra flumen salsum in partibus ultra flumen salsum a Secreto & Iustitiario impediri super deferendis in domos suas victualibus & aliis rebus eorum de partibus illis si quam eos ibi habere contingit occasione quod citra flumen morantur. Super quo predicti fideles nostri gravantur non modice. Ecce quod predictis Iustitiario & Secreto mandamus. ut hoc occasione predicta ultra non faciant. cum una sit Regio licet officialium diversorum ratione divisa. De militibus peregrinis qui sunt in partibus ipsis & licentiam petunt emendi equos & mulos ducendos in partes ultramarinas. Nolumus quod emere hujusmodi equituras permictas eosdem cum pro imminentibus negotiis nostris velimus omnes partes Regni nostri hujusmodi animalibus non carere. De quinque scuteriis quondam Matt. Marchasabe Secreti qui tempore mortis ejus capti fuerunt eo. quod dare tunc fidejussores non potuerunt. cum tales non fuerint qui dare possent eosdem nec quod aliqua suspitio haberi valeat de eisdem. volumus & mandamus. ut eos facias liberari & abire permictas. De Medicis vero Cirorgicis in ipsis partibus statuendis. mandamus. ut unum aut duos ex eis fideles idoneos. & quos peritiores esse cognoveris debeas ordinare. qui ceteros alios officium ipsum exercere volentes examinare debeant diligenter juxta constitutionum nostrarum tenorem. examinati vero & approbati per eos cum licteris testimonialibus eorumdem veniant vel mictantur ad Curiam nostram & ibi officium ipsum recipient exercendum. Tu vero nomina eorum quos ad hoc statueris Curie nostre debeas denuntiare. Quod autem significasti te dudum veniente Henrico Abbate fideli nostro ad partes Sicilie pro recipienda pecunia Curie nostre & ad nos deferenda. misisse ad eum in Messana quamdam pecunie quantitatem. quam eodem Henrico non invento ad te nuntii retulerunt. de qua & de alia etiam que pervenit ad manus tuas. quid facere debeas nostrum beneplacitum postulasti. mandamus tibi. ut tam predictam pecuniam quam omnem aliam Curie nostre quam habes Iudici Iacobo de Santis statuto in ipsis partibus super colligenda pecunia Curie nostre debeas assignare recepturus ab eo de hys que sibi assignaveris apodixam. Datum.

Item scripsit Secreto Panormi. Pro parte hominum Sicilie habitantium citra flumen salsum nostrorum fidelium Cul-

Marginal notes: *De Notariis publicis & Advocatis.* — *De expensis nunciorum.* — Pag. 74. Februario in Viterbio. *Sequitur de litteris Iustitiarii Sicilie.* — *De Antopis Cathanie.* — *De hominibus quondam Centurbii & Capitii.* — *De hominibus citra flumen salsum.* — *De militibus peregrinis.* — *De scuteriis Matthei Marchasabe.* — *De cirurgicis.* — *De pecunia Curie.* — *Ad Secretum Panormi.*

mini nostro fuit expositum cum querela. quod cum contingat aliquos eorum seminare & habere alia bona sua in partibus ultra flumen salsum. cum victualia & hujusmodi res eorum volunt per terram in domos suas adducere eas deferre sicut asserunt non permictis. tamquam si pro eo quod sunt de jurisdictione divisa essent alterius regionis. Cum igitur predicti mediatio fluminis Officialium sit tantum non Provincie discretiva. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. si est ita predictos homines fideles nostros occasione dumtaxat. quod citra flumen salsum in jurisdictione non tua morantur. super deferendis victualibus & rebus eorum de partibus jurisdictionis tue quatenus eos ibi habere contingit non debeas molestare. sicut nec homines jurisdictionis tue in delatione simili rerum suarum quas habent in partibus citra flumen salsum volumus molestari.

Ad Roggerium de Amic. *Similes scripsit Roggerio de Amic. Iustitiario Sicilie ultra flumen salsum.*

Februario in Viterbio.

Pag. 74. adv.

Ad Stratigotum Messane. pro appellationibus. XXVII. *De superiori mandato facto per Magistrum Taddeum scripsit idem G. de Cusentia. Stratigoto Messane.* Significante nobis Guillelmo de Anglone Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum fideli nostro nostra Serenitas intellexit quod si quando coram te appellatio interponitur in judicio criminali tu alicui appellationi non defers asserens hoc de optenta esse consuetudine Civitatis Messane. Cum igitur talis consuetudo Iuri penitus adversetur. & tam injustum quam impium censeatur ut qui in civili judicio a quolibet modico ad appellandum admictitur. in criminali quod penas atrociores infligit vocem non habeat appellandi. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si premissa veritate nituntur. appellationibus que in criminalibus coram te interponentur de jure. deferre debeas tenorem sacrarum constitutionum nostrarum in hys sicut in aliis omnibus negotiis observando. Datum.

Ad G. de Anglone Iustitiarium Sicilie citra flumen falsum Responsales. *Item scripsit Guillelmo de Anglone Iustitiario in Sicilia.* Capitula que nostro Culmini &c. De habendo autem Iudice tecum qui tibi pro nostris servitiis in officio Iudicatus assistat de quo nostrum requisivisti mandatum. Volumus ut tu tibi aliquem eligas qui fidelis noster sit & quem tibi pro nostris servitiis magis videris oportunum & eum tecum pro nostris servitiis debeas retinere. Quod autem significasti te ad mandatum nostrum quod tibi dudum misimus equitaturas que fuerunt quondam Matthei Marchasabe Secreti. Nicolao de Trano Marescalle nostre vallecto & fideli nostro assignasse ducendas ad Curiam nostram. gratum ducimus & tuam inde diligentiam commendamus. Datum.

De Iudice habendo.

De equitaturis quondam Matthei Marchasabe Secreti.

Lictere ad Raynaldum de Aquaviva ut veniat. *Vltimo Februarii. De mandato Imperiali facto per Magistrum T. scripsit P. de Capua ad R. de Aquaviva.* Cum te Capitaneum Viterbii & adjacentium partium statuendum duxerimus. de tua prudentia & legalitate confisi. & velimus quod decem milites bonos probos & fideles qui convenientes & ydonei sint ad regimina terrarum ipsarum partium te ducas. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. si tu ex te milites ipsos invenire poteris habiles ut est dictum. tecum ducas eosdem. alioquin ecce damus B. Pissono Iustitiario Aprutii fideli nostro per nostras licteras in mandatis. ut ad requisitionem tuam decem militibus bonis & fidelibus Aprutinis injungat. quod ad te venire debeant. Tu vero in omnem eventum ad presentiam nostram festinanter accedas. Datum &c.

Ad B. Pissonum pro decem militibus Aprutinis mictendis ad ipsum R. *Item. De eodem mandato scripsit idem. ad B. Pissonum Iustitiarium Aprutii.* Cum mandaverimus Raynaldo de Aquaviva fideli nostro. ut ad presentiam nostram festinanter accedat. & ducat secum decem milites ipsarum partium. qui fideles & providi censeantur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. ad requisitionem ipsius eligas per Iustitiariatum tuum decem milites providos fideles & utiles ad regimina Civitatum. de quibus plene confidere nos possimus. & eos ad partes Viterbii mictere debeas ad presentiam nostram sine aliqua tarditate. Datum &c.

Februario in Viterbio.

Pag. 75.

Vltimo Februarii XIII. Indictionis. apud Vi-

Reſponſales ad Nicolinum Spinulam ammiratum.

Viterbium : De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad Nicolinum Spinulam Regni Sicilie Ammiratum . Benigne recepimus lictteras tuas & nuntium quem ad noſtram preſentiam deſtinaſti . & tam ea que lictere continebant . quam que idem nuntius tuus coram nobis propoſuit viva voce . Capitula etiam que miſiſti audivimus & intelleximus diligenter . Ad que tibi taliter reſpondemus . De navibus Curie noſtre quas receptas reparari & muniri feciſti tuum ſtudium commendantes .

De navi conſumpta vendenda & alia emenda.

De navi ſi quidem quam conſumptam ſcripſiſti que poteſt vendi pro trecentis Vnciis auri . Volumus & mandamus . ut vendas & des eam ſi plus haberi non poterit pro pretio ſupradicto ita tamen . quod ea vendita . & pretio ipſo recepto . tantum recepte pro ea pecunie ſuperaddas . ut navem aliam loco ejuſdem vendite facias comparari . cum velimus . quod numerus decem navium ſemper pro noſtris ſervitiis habeatur . Damus enim Secreto Meſſane noſtris lictteris in mandatis . ut ad requiſitionem & ordinationem tuam pecuniam ſuperaddendam . pro predicta navi emenda debeat elargiri .

De minuenda alia navi que ſuperfluo magna erat.

De navi alia que pro ſui magnitudine inepta eſt ad navigandum . placet nobis . quod eam minui facias ut ſcripſiſti & ad talem formam reduci . qua ſit ad navigandum habilis & parata .

De Tarſinabus faciendis in Meſſana.

De Tarſinabus faciendis in Meſſana ſcias noſtre voluntatis exiſtere . quod juxta palatium noſtrum fiant . ſi videris quod in loco ipſo commode poſſint eſſe . Quod ſi ibi eſſe non poſſunt . eligas aliquem alium locum ydoneum . ubi comode fieri valeant . ſet non illum quem tua capitula continebant . & locum ipſum quem elegeris . priuſquam ibi quicquam edificetur . nobis per tuas lictteras nunciabis .

De Tarſinabus Nicor.

De Tarſinabus autem Nicor. volumus & mandamus . ut ſi in tali loco ſunt . quo ſint ab aggreſſione ſecure . eas ubi incepte ſunt ſicut tu expedite videris facias percompleri .

De pice & ferro emendo & pretio quo emuntur vel quo venduntur.

Super eo quod ſcripſiſti de pice & ferro recipiendis a Doaneriis noſtris pro ſervitiis noſtris tibi commiſſis . & pretio quo emuntur . vel quo venduntur . Mandamus ut inde facias cum conſilio Doaneriorum noſtrorum quod utilitati Curie noſtre melius videris expedire .

De carabana navium Ianuenſium.

De eo quod miſiſti de carabana navium Ianuenſium . facias prout tibi dedimus aliis noſtris lictteris in mandatis . & prout Notarius Thomaſius nuncius tuus fidelis noſter tibi oretenus ex parte Culminis noſtri dicet .

De diſſidanda Sclavonia.

Ad hec inſuper que miſiſti de diſſidanda Sclavonia pro piratis . Sic volumus & jubemus . ut tu primum Raguſiam Spalatum . Dalmatiam . Iaderam . & alias adjacentes regiones Sclavonie per lictteras tuas requirere debeas & mandare quod ſi voluerint . ſufficienti preſtita cautione . ſe taliter obligare . quod homines Regni noſtri in perſonis & rebus a Sclavis piraticam exercentibus nullatenus offendantur . & quod de dampnis illatis in perſonis & rebus conſerventur indempnes . concedetur eis converſatio ſolita Regni noſtri . quod ſi facere noluerint . eos in perſonis & rebus debeas diffidare .

De cohercendis offitialibus Secreti pro danda pecunia.

De cohercendis inſuper offitialibus qui ſunt ſub Secreto Meſſane cohertione diſtricta per ipſum ut pecuniam tibi pro noſtris ſervitiis oportunam ad requiſitionem tuam debeat exhibere . ad quam uſque nunc tribuendam . eos deſides deſcripſiſti . predicto Secreto ſpeciales Culminis noſtri lictteras deſtinamus .

De prothontinis faciendis in Meſſana.

Ad ea ceterum que miſiſti . de prothontinis faciendis in Meſſana . mandamus tibi quatenus duos fideles noſtros . de genere fidelium ortos . & ad exercendum officium ipſum ſufficientes ac dignos . alios tamen quam eos de quibus Celſitudini noſtre ſcripſiſti . perquirere ſtudeas diligenter . & illos quos queſiveris . nobis per lictteras tuas ſignificare procures . Super aliis vero capitulis que predictus nuntius tuus fidelis noſter coram noſtra propoſuit Celſitudine diligenter . quia tecum deliberare diſponimus . mandamus fidelitati tue . quatinus pro hys & aliis ad preſentiam noſtram ſtudeas te conferre . Datum &c.

Reſponſales ad eundem Ammiratum ſuper facto victualium.

Eodem die . Ibidem . De eodem mandato ſcripſit Idem ad eumdem . Lictteris tuis facto Victualium excellentie noſtre miſſis ſolita benignitate receptis . & intellecta diligenter continentia earumdem . ſtudium tuum & ſollicitudinem quam circa utilitatem Curie noſtre geris . actentius commendamus . De vendendis ſiquidem quinquaginta Milibus

ſal-

falmis Victualium pro quatraginta Milibus Vntiarum. deferendis in Navibus nostris apud Tunisium. quas onerari facies in quibuscumque portubus melius & utilius pro nostra Curia reputabis. gratum ducimus. & culmini nostro placet. fidelitati tue mandamus quatenus per totam Siciliam generaliter studeas prohibere. Ne alicui liceat frumentum extrahere. quousque naves Curie nostre fuerint onerate. Nos etiam super hoc prohibendo patentes nostras licteras destinamus. Datum &c.

Lictere patentes ad portulanos. ne permictant extrahi victualia de Sicilia quousque naves Curie onerentur.

Eodem die. Ibidem. De eodem mandato. scripsit Idem. F. &c. Vniversis Portulanis per Siciliam constitutis &c. Cum Nicolino Spinule Regni Sicilie Ammirato. fideli nostro. dedimus nostris licteris in mandatis. ut quinquaginta milia salmas victualium apud Tunisium navibus nostris deferri faciat. & onerari eas in quibuscumque portubus melius & utilius pro nostra Curia reputabit. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus de Sicilia aliqua victualia nullatenus extrahi permictatis. quo usque naves nostre fuerint onerate victualium quantitate predicta.

Pag. 75. adv.

Februario in Viterbio.

Ad Secretum Messane de danda pecunia Ammirato pro navi emenda.

Item ultimo Februarii XIII. Indictionis. apud Viterbium. De eodem mandato scripsit Idem P. de Capua. ad Majorem de Plancatone de Baro Secreto Messane. Cum mandaverimus Nicolino Spinule Regni Sicilie Ammirato fideli nostro. ut navem quamdam Curie nostre consumptam vendat pro Vnciis auri trecentis. vel pro majori pretio si valebit & tantum superaddat Vnciis ipsis. quod aliam navem emat. ut numerus decem navium semper pro nostris servitiis habeatur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus pecuniam superaddendam pro emenda navi predicta. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. Ammirato prefato ad requisitionem & ordinationem suam debeas exhibere. Preterea. cum sicut idem Ammiratus scripsit nobis. Officiales qui sub te sunt. in exhibenda sibi pecunia pro servitiis nostris dum requiritur ab eisdem sunt desides & remissi. propter quod eadem servitia nostra prout decet nequeunt expediri. Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus officiales eosdem districta cohercione compellas. quod eidem Ammirato pecuniam pro nostris servitiis oportunam ad requisitionem & ordinationem suam debeant exhibere. Datum &c.

De cohercendis officialibus qui sub eo sunt ut dent oportunam pecuniam Ammirato.

Lictere patentes ad universos doanerios Regni de pice & ferro dandis Ammirato quo pretio emuntur vel quo venduntur.

Eodem die. Ibidem. De eodem mandato scripsit Idem. F. &c. Vniversis Doaneriis per Regnum Sicilie constitutis. Cum Nicolino Spinule Regni Sicilie Ammirato fideli nostro dederimus nostris licteris in mandatis. ut de pice & ferro recipiendis a vobis pro servitiis nostris sibi commissis eo pretio quo emuntur vel quo venduntur. faciat cum consilio vestro. quod utilitati Curie nostre melius viderit expedire. fidelitati vestre mandamus quatenus id quod idem Ammiratus cum consilio vestro pro utilitate Curie nostre de predictis ordinandum duxerit. faciatis. Datum.

Ad Marinum ut assignet Castrum Regii G. Fimeth.

Eodem die ibidem. De mandato Imperiali facto per Magistrum Thadeum scripsit Gualterius de Cusentia. Marino Castellano Calanne. Significavit culmini nostro Goffridus Fimeth de Lentino fidelis noster. quod cum dudum mandaverimus tibi per licteras nostras ut Castrum nostrum Regii quod ejusdem custodie commisimus. de sua fidelitate confisi cum omnibus rebus ipsius eidem assignare deberes custodiendum ad honorem celsitudinis nostre. Tu hoc facere non curasti occasione inventa quod nomen tuum in licteris nostris non erat contentum. de quo nostra Serenitas ammiratur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris predictum Castrum Regii cum omnibus rebus ejusdem predicto Goffrido de Fimeth fideli nostro debeas assignare. juxta priorum nostrarum continentiam licterarum. Cavens ne aliter facias sicut de gratia nostra confidis & speras.

Goffrido Fimeth quod capiat.

Idem. De eodem mandato scripsit idem Goffrido Fimeth de Lentino. Benigne recepimus licteras quas nostro Culmini destinasti & eas intelleximus diligenter. diligentiam tuam quam habes in nostris beneplacitis commendantes. de Castro autem Regii quod tue custodie commisimus de tua fidelitate confisi & sicut scripsisti Marinus Castellanus ejusdem

dem tibi ficut fibi mandavimus noluit affignare. Ecce quod fibi diftricte mandamus. ut ipfum receptis licteris cum omnibus rebus ejufdem debeat affignare. Tu autem eo recepto juxta priorum noftrarum continentiam licterarum ipfum ad honorem & fidelitatem noftram ftudeas cuftodire. ut tuam in hoc diligentiam commendemus.

Pag. 76.

Februario in Viterbio.

Refponfales Andree de Aquaviva Iuftitiario terre Idronti.

Vltimo. De Imperiali mandato facto per Magiftrum Taddeum fcripfit Laurentius Andree de Aquaviva Iuftitiario terre Idronti. Licteras &c. Quod autem ficut fignificas. recepto mandato noftro ut omnes feudotarios jurifdictionis tue diligenter inquireres. & fingulis eorumdem fub pena feudorum & in optentu gratie noftre preciperes ut juxta quantitatem pro fuorum viribus feudorum decenter pararent fe armis & equis. finali eis termino ufque ad feftum Natalis Domini conftituto. Nobifque refcribens quos in apparatu decenti & congruo invenires. & non paratos faceres preparari ad noftra fervitia proceffuros. tu fingulis jurifdictionis tue feudotariis hoc mandafti. ficut fuperius continetur. & non invento feudotario aliquo in apparatu decenti. facta tandem inquifitione ac invento quod quatuor ex eis funt in noftro fervitio ultra mare. & tredecim venerant in Lombardiam. unus etiam eft Caftellanus in Caftro Sorelle. quia major pars & fere tota reliquorum. erat adeo immunita. quod tam cito non poterat preparari. decem & octo milites ordinafti qui & ab aliis feuda tenentibus fubfidium pro apparatu debent recipere ita quod ad minus habeat quilibet quatuor equos. Celfitudini noftre placet. & volumus. ut millites preparatos. in fcriptis habeas. quod ftatim cum oportuerit poffint haberi. & eorum nomina cum cujuslibet apparatu fub figillo tuo. ad Curiam noftram mictas.

De militibus XVIII.

De clericis & laicis Rome morantibus.

De Clericis & laicis quos inquirere te mandavimus fi poft datum tunc ab excellentia noftra mandatum in Curia Pape moratl fuerunt. nec in Regnum ad propria redierint. ac eorum bonis tam ecclefiafticis quam patrimonialibus ad opus noftre Curie capiendis. volumus, ut de laicis quia nullam de ipfis fecifti in tuis licteris mentionem. mandatum noftre celfitudinis exequaris. de Clericis vero, quorum nomina in cedula tuis licteris interclufa recepimus. tibi mandamus ut Emanueli Frafapane Clerico Civi Romano qui de licentia noftra Rome moratur. beneficia fua hac ei occafione per te ablata. cum perceptis exinde fructibus reftituas. & aliis qui de Regno non funt fi in Regno morantur fimiliter ablata reftituas. cum de illis predicte lictere noftre non faciant mentionem. nifi aliqua jufta ratio te moviffet.

De Emanuele Frafapane.

Recepimus preterea nomina officialium quibus aliquod de noftris officiis commififti. & quia volumus. quod aliquis in terris maxime unde funt oriundi perpetuare feu continuare officia minime videantur. cum hoc etiam in maximis officiis duxerimus precidendum. fidelitati tue mandamus quatenus officiales aliquos quocumque nomine nuncupentur qui tempore retroacto fub predeceffore tuo Iuftitiario fuerant in collectis colligendis vel imponendis aut aliis propter que inferantur fidelibus noftris gravamina. nec non impediatur Curie noftre. comodum. non admictas, quidam enim ficut audivimus. gravare alios. fe & fuos alleviare penitus, jam in confuetudinem converterunt.

De officialibus preteritis.

Quod autem facta inquifitione ad querimoniam populi tibi commiffi. de mandato etiam familiarium noftrorum invenifti non modicam pecunie quantitatem per eos qui petegarii dicuntur extractam ultra debitam quantitatem & fuis privatis ufibus applicatam, laudamus plurimum diligentiam & fidem tuam. mandantes ut pecuniam illam fi nondum recepifti ab eis ftatim recipias & tales petegarios capias in perfonis & omnibus bonis fuis & facias cuftodiri, nomen cujuslibet nobis per tuas licteras refcripturus.

De pecunia & petegariis capiendis.

Quod in habitatione Civitatis noftre Cefaree Augufte omnem follicitudinem adhibes. gratum gerimus & acceptum. mandantes quod de habitanda Petrolla fimilirer fis intentus. ut ad incolatum ejus vadant omnes qui ad eumdem illuc dudum fuerunt ordinati habens illam cautelam & ftudium. ut de illis qui ad habitatio-

De habitatione Cefaree Auguste & Petrolle.

tionem Petrolle iverunt. non contingat ulterius. quod per incuriam tui predecessoris jam dicitur contigisse. Volumus etiam ut inquisitionem quam super hys te fieri mandavimus. & tu facis ut asseris. factam ad Cameram nostram

De pecunia Curie missa.

mictas. De pecunia quam Magistro Iohanni de Palmerio Notario nostro. & Iudici Majori de Iuvenatio te significas assignasse. deferendam ad nos. tuum studium commendamus. Quod autem Iustitiarius Basilicate a te militem unum exigit in presenti pro servitiis terre tue. ecce quod eidem Iustitiario scribimus.

De servitio terre sue.

ut quia in servitiis nostris es eo modo & tempore servitium a te propter hoc exigat. quo exigit ab aliis qui in servitio nostro morantur facta super terre tue facultatibus extimatione decenti. ut servitiorum nostrorum occasione nichil tibi onerosius sentias irrogarum quam aliis qui eadem tecum conditione tenentur. Ceterum &c.

Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate pro Andrea de Aquaviva Iustitiario terre Idronti.

Item Iustitiario Basilicate. Supplicavit excellentie nostre Andreas de Aquaviva Iustitiarius terre Idronti fidelis noster. quod cum militem unum ab eo exigas in presenti pro servitio terre sue. quia in servitiis nostris est & terre sue facultas hoc minime patitur. nos sibi super hoc providere de nostra gratia dignaremur. Nos igitur actento. quod persona ejus in servitio nostro moretur. fidelitati tue mandamus. quatenus si est ita facta super terre sue facultatibus extimatione decenti. eo modo & tempore servitium exigas ab eodem. quo ab aliis qui sunt in nostris servitiis exigerur. ut occasione servitiorum nostrorum. nichil sibi quam aliis conditionis ejusdem fidelibus nostris onerosius sentiat irrogatum.

Pag. 76. adv.

Februario in Viterbio.

Responsales ad Alexandrum filium Henrici.

Vltimo ejusdem. De Imperiali mandato facto per eumdem Magistrum Taddeum. scripsit idem Laurentius Alexandro filio Henrici &c. Licteras & Capitula &c. Quod autem sicut significasti in Ecclesiis vacantibus jurisdictionis tue. Procu-

De procuratoribus electis Ecclesiarum proventibus & beneficiorum.

ratores idoneos ordinasti. licet in Monopolitana & Melfiensi Ecclesiis & Monasterio Sancti Stephani de Monopulo sint electi a nostra celsitudine confirmati. volumus ut ab Ecclesiis quarum nostra Serenitas confirmavit electos. Procuratores amoveas & electis eisdem permictas de suis juribus responderi omnes proventus percipiens usque ad receptionem presentium vel usque ad id temporis percipiendos. nec non ad opus nostrum a procuratorum ratione recepta. alias omnes quantitates. & si non exprimantur in licteris tibi missis vel quas vacare contingerit. nec non beneficia & prebendas que vacaverint seu vacant in vacantibus Ecclesiis ipsis recipiens. & ad opus Curie nostre juxta priorum licterarum nostrarum formam. faciens fideliter procurari. significaturus nobis vacantia beneficia & prebendas & redditus annuos eorumdem. statim quod aliquas vacare continget. De tertia par-

De naulo & navi naufragata.

te nauli peregrinorum transfretantium ultra mare tam in navibus Curie nostre quam navibus mercatorum. quam Thomasius de Brundusio tempore officii sui recipere consuevit ut scribis. & de navi que pridie Thermulis fuit passa naufragium. quam cum predicta tertia parte nauli. petunt officiales Ammirati dicentes ad jus sui officii pertinere. mandamus ut ipsa omnia jura recipias. sicut per dictum Thomasium consueverunt recipi ad opus Curie nostre. & ecce quod eumdem Admiratum ad nos venire mandamus. ut secum exinde conseramus. quod nolimus de officiis & officiorum nostrorum proventibus usque ad aliud mandarum nostre celsirudinis aliquid immutari. Quod

De expensis leoparderiorum camelariorum & aliorum.

expensas statutas dari fecisti per totum mensem Ianuarii quibusdam falconeriis leoparderiis camelariis. & aliis de nostra familia constitutis super nostris solaciis & servitiis ut scripsisti. quibus Thomasius de Brundusio expensas dare consueverat. & de mandato nostro dare. si nunc esset in officio tenebarur. nec dedit amorus pro eodem mense. celsitudini nostre placet. & mandamus tibi. quod eisdem quibus dictus Thomasius de mandato nostro dabat expensas. & daret hodie si in officio ipso esset. juxta staturum Curie nostre pro quolibet factum. de cetero debeas exhibere. Expensas etiam quas pro nuntiis

De expensis nuntiorum & suis.

necessario ad servitia nostra mictendis. facere te oportet ut dicis. necessarias & mo-

& moderatas in tuis ratiociniis volumus numerari. Mandantes. ut pro te & tot personis tecum in nostro servitio moraturis. expensas juxta assisam Curie nostre recipias pro quot & sicut recepit hactenus Thomasius antedictus de Curie nostre statuto. Quod autem significare curasti quod per Apuliam plures sunt qui clamant & murmurant.

De sale.

quod statutum a Curia nostra pretium pro sale quem hactenus tempore officii Thomasii de Brundusio ad opus nostrum fecerant. habere non possint. & si dictum pretium non habuerint. de sale faciendo se in futurum nullatenus intromictent. quod minus utile nostre Curie potest esse. volumus. ut si solucio ipsius precii sine Curie incommodo differri poterit. differas. alioquin si in commodum sequetur. facias sicut melius videris expedire. in omnibus sic intentus. ut merito commenderis.

Ad Tholomeum Iustitiarium Vallis gratis & terre Iordane contra Iohannem de Fuscaldo.

Eodem. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum scripsit G. de Cusentia. Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis & terre Iordane. Innotuit nuper excellentie nostre quod Iohannes de Fuscaldo cum terram feodalem teneat uxorem duxit sine mandato & nostre conniventia Majestatis. contra sacrarum Constitutionum nostrarum tenorem. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquisita super hoc diligentius veritate. si rem inveneris ita esse eumdem Iohannem de persona capias. bonis suis omnibus infiscatis. Datum.

Lator licterarum Arpinus de Fuscaldo.

G. de Laurentio de Suessa provisori castrorum pro reparatione Rocce montis Draconis.

De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Suessa scripsit Iacobus de Bantra G. de Laurentio de Suessa provisori Castrorum. Intellexit Serenitas nostra. quod quedam loca Rocce Montis Draconis reparatione indigent. quoddam etiam hedificium. quod in quadam turri ipsius Rocce de novo inceptum fuit nisi celeriter compleatur in brevi tempore poterit devastari quod totum cum modica quantitate expensarum videlicet cum octo Vnciis fieri poterit ut dicitur & reparari. licet autem ad reparationem ejusdem Rocce quidam de ipsis partibus teneantur. ne tamen facto collecte que ad presens imponenda est tam ipsis quam aliis fidelibus Regni nostri aliquod propter hoc impedimentum evenire contingat. & ipsi etiam eodem tempore simul dupplici onere gravati. ad utrumque sufficientes esse non possent. Volumus ut quantitatem eamdem ipsis scientibus recipias a Stephano de Romoaldo recollectore ipsarum partium. cui pro ipsa tibi solvenda mandatum dirigimus speciale. & exinde loca prefata ipsius Rocce reparari facias & opus compleri sicut expedit supradictum. quam postmodum quantitatem completo dicte collecte servitio a prefatis hominibus qui ad ipsam reparationem tenentur. recolligas. nominato recollectori restituturus eamdem. Super amoto autem &c.

Stephano de Romualdo pro solvendis octo unciis pro reparatione predicta.

Item scriptum est prenominato Stephano recollectori solvat eidem G. predictas octo Vncias pro reparatione predicta facienda & complendo opere supradicto.

Amoto autem ipso Stephano priusquam Vncias ipsas solveret juxta quod intelleximus per predictum Guillelmum. mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum in eadem forma per omnia scriptum est Riccardo de Pulcar. quod solvat Vncias ipsas dicto Guillelmo mandato facto III. Madii XIII. Indictionis aput Ortam.

Item IIII. Iunii apud Capuam. de eodem mandato scriptum est eidem G. ut Recipiat Vncias ipsas a Riccardo de Pulcar.

Februario in Viterbio. Pag. 77.

R. Pissono Iustitiario Aprutii pro asturibus mutandis.

Vltimo. De Imperiali mandato facto per Magistrum Roggerium de Camera. scripsit G. de Cusentia Boamundo Pissono Iustitiario Aprutii. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus astures nostros quos portabit ad te Renaldus Torgisius Vallectus & fidelis noster mutari facias per Barones Iurisdictionis tue. quos idem Renaldus tibi duxerit nominandos. Datum.

Alexandro filio Henrici pro falconibus & falconeriis.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum scripsit Laurentius Alexandro filio Henrici. Quia Corradinum & subscriptos alios falconerios. & fideles nostros cum falconibus nostris in Regnum mictimus moraturos. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem Corradino pro se duobus scuteriis & tribus equis. Guillelmo fratri suo. pro se uno scuterio & duobus equis.

equis. Hencio de Nuceria. pro se tribus equis & duobus scuteriis. Cuncio fratri ejus pro se duobus scuteriis & tribus equis. Henrico de Nuceria pro se uno scuterio & duobus equis. Michilocto de Marescallo pro se & equo uno. Iordano Saraceno pro se & equo uno. a Kalendis proximi mensis Martii XIII. Indictionis expensas juxta assisam Curie in Regno in antea donec ibi fuerint nec non Corradino & Guillelmo predictis pro expensis mensis Februarii presentis Vncias VII ½ ad pondus Curie debeas exhibere. pro falconibus autem secundum quod augebuntur & minuentur in numero. necessaria tribuas ad requisitionem Corradini jam dicti. & de omnibus que dederis ab eo. recipias apodixas. Datum.

Ad Alexandrum filium Henrici quod faciat undari Magistrum G. Anglicum & Guillelmum filium ejus falconerios.

Eodem die. *De Imperiali mandato scripsit Roggerius de Petrastur. eidem Alexandro.* Fidelitati tue mandamus. quatenus Magistrum Gualterium Anglicum & Guillelmum filium ejus falconerios & fideles nostros de pecunia Curie nostre que est per manus tuas hac vice tantum indui facias condecenter.

Ad eumdem pro Conradino.

Similes scripsit de eodem mandato pro Conradino Falconerio.

Ad Angelum Frisar. de solutione pecunie pro scutella onichili.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per Iudicem Petrum de Vinea. scripsit Ioannes Idronti Angelo Frisar. Magistro Portulano Sicilie citra flumen salsum.* Benigne recepimus &c. Super eo autem quod scripsisti te solvisse de mandato nostro mercatoribus ad te missis a Curia nostra pro scutella de onichilo & Ioectis aliis per eos nostre Camere

De assignatione pecunie Ammirato facta pro victualibus emendis & aliis servitiis.

assignatis & Ammirato pro emendis victualibus ad onerandum naves nostras & alia servitia nostra de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. Celsitudini nostre placet. & tuam inde diligentiam commendamus. Volumus tamen. ut ad inveniendam pecuniam & mictendam ad Erarium nostrum des opem & operam efficacem. quod autem significasti nobis per interclusa capitula. quod in partibus Barbarie est caristia victualium & quod Ianuenses emunt victualia in Sicilia de pecunia Regis Tunisi & portant ad eum unde magnum lucrum consequuntur quod lucrum poterit nostre Camere applicari. ecce quod nos Ammirato damus per nostras licteras in mandatis. ut nullas naves permictat in Sicilia onerari. donec naves nostre fuerint onerate per eum. & navigent sive versus Barbariam sive versus alias partes. Vnde de victualibus ipsis valeat Curie nostre majus commodum provenire. Qua propter fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus tu de cetero nulla victualia vendas mercatoribus nec permictas a portubus jurisdictionis tue extrahi. donec ut dictum est naves nostre onerentur. & navigent juxta predicti Ammirati ordinationem. Naves vero mercatorum que jam onerate sunt. & tibi pecuniam pro extrahendis victualibus persolverunt navigare permictas. actentius provisurus. ne sub occasione presentis mandati nostri naves aliquas mercatorum onerari de novo vel de portu exire permictas in fraudem Curie nostre que ante presens mandatum nostrum tibi pecuniam non solverunt.

De non onerandis navibus quousque onerentur naves Curie.

Martio in Viterbio. Pag. 77. adv.

Lictere de accessu Domini in Regnum.

I. ejusdem. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit G. de Cusentia. Roggerio de Amic. Iustitiario Sicilie ultra flumen salsum.* Ex occupationibus nostris modicum temporis subtractione laudabili subtrahentes ecce quod ad hereditarium Regnum nostrum Sicilie quod inter ceteras regiones ditioni nostre subjectas delectabilius nobis & precipuum reputamus gressibus festinatis accedimus ut Regnum & Regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam in festo Palmarum primo venturo colloquium indixerimus generale. ubi de fidelibus nostris aliquos ex singulis Regni partibus volumus habere presentes. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus in predicto termino personaliter nostro conspectui te presentes. ducturus tecum duos nuntios de unaquaque Civitate. & unum de unoquoque Castro jurisdictionis tue. que in demanio nostro tenentur ad presens preter Civitates illas. quibus de mictendis earum nuntiis licteras mictimus speciales quas eis facias assignari. actentissime curaturus quod infra terminum supradictum collectam de Iustitiariatu tuo integre recollectam. ad presentiam nostram

ſtram feras ; & ſi quid modicum reſiduum fuerit colligendum ſtatuas inſtantiſſimos exactores qui te ad noſtram preſentiam veniente illud inſtantiſſime colligant . & ad preſentiam noſtram deferre procurent.

Quas predictas litteras detulit Thomaſinus ſcuterius Mareſcalle qui detulit litteras ad Secretum Meſſane. quod ſi roncinus ſuus ei deficeret. debilem recepturus ab eo. ſibi in alio provideret & quod recipiat ab eo litteras que mictuntur per Siciliam & ſine mora mictat. Item ad Iuſtitiarium Vallis Gratis quod ſimiliter recipiat litteras que mictuntur per Calabriam & Iuriſdictionem ſuam. & mictat.

Similes G. de Anglone Iuſtitiario Sicilie citra flumen ſalſum.

Similes G. de Monteſuſculo Iuſtitiario Calabrie.

Similes Tholomeo de Caſtellione Iuſtitiario Vallis Gratis & terre Iordane.

Similes A. de Aquaviva Iuſtitiario terre Idronti.

XVI. Ejuſdem apud Ortam.

Similes Landulfo de Franco Iuſtitiario terre Bari.

Similes Thomaſio filio Oſmundi Iuſtitiario Baſilicate.

Similes R. de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris.

Similes T. de Montenigro Iuſtitiario Principatus.

Similes R. de Monteſuſculo Iuſtitiario Capitinate.

Similes Boamundo Piſciono Iuſtitiario Aprutii.

Pag. 78.

Martio in Viterbio.

I. Ejuſdem. De mandato facto per Magiſtrum P. de Vinea. ſcripſit G. de Cuſentia Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Ex occupationibus noſtris modicum temporis ſubtractione laudabili ſubtrahentes. ecce quod ad hereditarium Regnum noſtrum Sicilie quod inter alias regiones ditioni noſtre ſubjectas delectabilius nobis & precipuum reputamus greſſibus feſtinis accedimus. ut Regnum & Regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam in feſto Palmarum primo venturo colloquium indixerimus generale. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus in termino ſupradicto omni mora & dilatione ceſſantibus noſtro te conſpectui repreſentes. ut Serenitatem vultus noſtri reſpicias & noſtram audias voluntatem.

Similes Angelo Friſar.

Similes M. de Plancatone Secreto Meſſane.

Similes Senatori de Archis Caſtellano Meſſane.

Similes Thomaſio de Brunduſio.

Similes Severino de Calataphimo.

XVI. Ejuſdem apud Ortam.

Similes Roggerio de Calvellis.

Similes Guillelmo de Sanginito.

Similes Thomaſio de Acto.

Similes Riccardo de Lauria.

Similes Philippo de Zunculo.

Similes Guillelmo de Sancto Fraymundo.

Similes Angelo de Marra.

Similes Robberto Malerba.

Similes ad Andream de Cicala Capitaneum &c.

Similes Alexandro filio Henrici.

Similes Riccardo de Pulcar.

Similes Criſcio Amalfitano Camerario Aprutii.

Martio in Viterbio.

Pag. 78. adv.

I. Ejuſdem. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit G. de Cuſentia Bajulis Iudicibus. & Vniverſo Populo Panormi. Ex occupationibus noſtris modicum temporis ſubtractione laudabili ſubtrahentes. ecce quod ad hereditarium Regnum noſtrum Sicilie. quod inter alias regiones ditioni noſtre ſubjectas delectabilius nobis & precipuum reputamus greſſibus feſtinis accedimus. ut Regnum & Regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam feſto Palmarum primo venturo colloquium indixerimus generale ubi de fidelibus noſtris aliquos ex ſingulis Regni noſtri partibus volumus habere preſentes. fidelitati veſtre precipiendo mandamus. quatenus in termino ſupradicto. ſicut gratiam noſtram diligitis. duos nuntios veſtros ad noſtram preſentiam deſtinetis qui pro parte veſtrum omnium Serenitatem vultus no-

nostri prospiciant. & nostram vobis referant voluntatem.

Similes Nycosie.	*Similes Messane.*
Similes Trapani.	*Similes Regii citra farum.*
Similes Castri Iohannis.	*Similes Neocastri.*
Similes Platie.	*Similes Cotroni.*
Similes Calatagironi.	*Similes Cusentie.*
	Similes Idronto.
Similes Lentini.	*Similes Brundusio.*
Similes Auguste.	*Similes Tarento.*
Similes Siracusie.	*Similes Matere.*
Similes Catanie.	*Similes Gravine.*

XVI. Ejusdem apud Ortam.

Similes Baroli.	*Similes Iuvenatii.*
Similes Trani.	*Similes Vigiliarum.*
Similes Bari.	*Similes Melficte.*
Similes Monopoli.	*Similes Melfie.*
Similes Botonti.	*Similes Potentie.*

XVI. Ejusdem apud Ortam.

Similes Montis Sancti Angeli.	*Similes Ariani.*
	Similes Eboli.
Similes Syponti.	*Similes Avellini.*
Similes Civitatis.	*Similes Montis Fusculi.*
Similes Troje.	
Similes Termularum.	*Similes Capue.*
Similes Salerni.	*Similes Averse.*
Similes Surrenti.	*Similes Neapolis.*
Similes Amalfie.	*Similes Gajete.*
Similes Policastri.	

Pag. 79.

Martio in Tuscanella.

Ad Iustitiarium Aprutii de dandis quinque milibus unciis Regi Henrico.

II. *Ejusdem. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit Laurentius B. Pisciono Iustitiario Aprutii.* Negotiorum nostrorum instantia & qualitate poscente quinque milia Vncias auri ad generale pondus Regni H. Illustri Regi Turrium & Gallure &c. pro stipendiis militum qui secum in servitio nostro morantur debitis pro quadam quantitate temporis preteriti & instantis cum propter stipendiorum defectum arma & equos obligaverint & fere inhutiles sine oportunis videantur esse cum eo, necessaria decrevimus destinare de pecunia Curie nostre que est per manus tuas R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris & R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate pervenien-te ex quacumque causa sive presenti collecta sive alias undecumque. & super hoc cuilibet predictorum similes presentibus licteras destinamus. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus statim visis hys licteris omni mora & difficultate remotis ad requisitionem G. de Verreclo Notarii & nuntii dicti Regis. mictas de presentis collecte pecunia vel alia quacumque quam habes ad manus. & citius potes habere usque Sanctum Flavianum ad fines Regni in ea quam habueris quantitate ad presens per tuos nuncios speciales viros providos & fideles qui simul cum aliis nuntiis. predictis nuntiis dicti Regis qui apud Sanctum Flavianum expectant pro parte tua de ipsa pecunia tantum assignent. quod ex ea quam tuus & predictorum nuntii dederint, quinque millium Vnciarum numerus compleatur. Nec volumus quod ipsa pecunia exactori statuto. vel alii nuncio nostro delaturo eam ad nos ut ipsam de Camera nostra Regi mictamus predicto non assignetur. set a vestris manibus per vestros nuntios recta via usque ad Sanctum Flavianum & ad Regem deinde transmictatis. Quod si tam cito tota predicta quantitas integra inter vos tres nunc haberi non posset ad minus quatuor milia. vel ad minus tria milia statim & in continenti in omnem eventum transmicti oportet. & tu cures omni modo quod mictantur. sicut nostram gratiam caram habes. Ita tamen quod pro parte tua & dictorum Iustitiariorum sive prima. sive secunda vice tota predicta quantitas ejusdem Regis nuntiis assignetur. Recepturus autem de hys que dederis idoneam apodixam.

Similes per omnia scripsit R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate.

Similes R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. & Comitatus Molisii.

Crescio Amalfitano Magistro Camerario Aprutii pro dandis Raynaldo Trogisio quatuor unciis.

De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum scripsit Iacobus de Bantra. Crescio Amalfitano Magistro Camerario Aprutii. Quia mictimus ad partes ipsas latorem presentium Raynaldum Trogisium Vallectum & fidelem nostrum cum quodam asture ad mutam, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus sibi pro se duobus scuteriis & tribus

bus equis quatuor Vncias auri ad pondus Curie pro expensis suis presentis mensis Martii debeas exhibere eum in Camera nostra non fuerit ad presens pecunia de qua expense predicte solverentur eidem. & recipias ab eo exinde apodixam.

Thomasio Goffrido & Dopuldo fratribus de Dragone.

„ *De mandato Imperiali per dominum Ioh. Morum Magistrum G. de Traiecto* „ *scripsit Laurentio Alferio fideli suo.* Supplicaverunt Excellentie nostre Thomasius Goffridus & Dupoldus de Dragono fratres filii quondam Riccardi Comitis Dragonis fideles nostri vassallos possessiones & bona feudalia que fuerunt dicti quondam Riccardi patris eorum in partibus Apulie ad eos de iure paterno rationabiliter pertinere cum omnibus rationibus & pertinentiis eorum ad dicta bona feudalia eis spectantibus & pertinentibus que omnia scilicet pro unius militaris servitii seu adoha cum suis hominibus intuitu servitiorum dicti quond. Comitis Dragoni prestitorum Regi Rogerio predecessori nostro & nobis predictum Goffridum & Dupoldum concedere dignaremur. Nos igitur cognoscentes eis rationabiliter iure paterno pertinere bona predicta. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus constent dicta bona sicut intelleximus in hominibus & possessionibus que dictus pater eorum tenebat a Curia nostra. Super hys diligenter & fideliter de omnibus inquirere studeas & sub sigillo tuo in Curiam nostram mictas.

Pag. 79. adv.

Martio in Monte alto.

Ad Iustitiarium terre Laboris ut mictat apud S. Flavianum collectas Regis H.

V. Martii XIII. Indictionis. apud Montem altum. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit P. de Capua ad Riccardum de Montenigro Iustitiarium terre Laboris. Fidelitati tue mandamus. quatenus collectas quas fecit fieri Neapoli Henricus dilectus filius noster Illustris Rex Turrium & Gallure usque ad Sanctum Flavianum. debeas destinare. Datum &c.

Marino de Ebulo ut veniat.

Eodem die. Ibidem. De codem mandato scripsit idem ad Marinum de Ebulo. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus visis hys licteris omni mora & occasione remotis. sicut gratiam nostram diligis. ad presentiam nostram debeas te conferre. Datum &c.

Responsales ad Angelum de Marra.

Eodem die. Ibidem. De Imperiali mandato facto per Iudicem Taddeum. scripsit idem. ad Angelum de Marra. Fidelitatis tue licteras solita benignitate recepimus. & ipsarum continentiam intelleximus diligenter. Cum igitur persone tue laboribus providentes Riccardum de Pulcar. fidelem nostrum statuerimus loco tui. fidelitati tue mandamus. quatenus de aliis servitiis nostris tibi commissis. iuxta quod per alias licteras nostras tibi dedisse recolimus in mandatis diligens taliter & studiosus existas. quod in conspectu nostro appareas proinde commendandus. Datum &c.

Responsales ad R. de Montefusculo Iustitiarium Capitinate. pro pecunia mutuo recepta pro facto marinariorum & prisonum restituenda & computanda tempore ratiocinii sui.

De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales Riccardo de Montefusculo Iustitiario Capitinate. Devotionis tue licteras benignitate recepimus consueta & earum tenorem intelleximus diligenter. Quod autem significasti nobis. quia cum propter aeris inclementiam per plures dies oportuit te facere moram cum galeis nostris apud Civitatem veterem. & marinarii galee Surrenti & galee Yscle terminum compleverant pro quo fuerant solidati. pro solidandis eisdem pro quindecim diebus & pro sustentatione ipsorum qui fuerant ducenti octoginta tres & pro comestione etiam captivorum quos cum ipsis galeis per te misimus in Regnum qui fuerant trecenti quinquaginta & quatuor mutuo receperas Vncias sexaginta duas & tarenos decem & septem & mediam placet nobis. & mandamus. ut de proventibus Iustitiariatus tui creditoribus restituas Vncias supradictas. volenres quod tempore ratiocinii tui ipse tibi Vncie computentur. sicut eas pro dicto servitio nostro necessario expendisti.

Ad Iohannem de Cioffo Responsales.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum de Suessa. scripsit G. de Cusentia Responsales Iohanni de Cioffo. Consueta benignitate recepimus licteras &c. commendantes sollicitudinem tuam de novis que de partibus ultramarinis intelligens statim nobis significare curasti. fidelitati tue mandantes. ut quotienscumque de partibus illis vel aliis aliqua nova scire potueris

De novis ultra mare que certificavit.

nobis studeas intimare. Quod autem significasti in navi Curie nostre que fuerat olim Riccardi aule nostre Camerarii que nuper de partibus Acon Messanam applicuit delatas esse XXII. balistas de duobus pedibus que empte fuerunt in partibus illis de pecunia navis ejusdem de quibus & de aliis XXVI. balistis quas dudum de pecunia Curie nostre emisti. nec non de aliis XXVI. balistis que fuerunt Castrorum quondam Riccardi Camerarii & aliis LXV. balistis quas recepisti a Magistro Symone balistario quid fieri debeat nostrum beneplacitum postulasti cum Ammiratus postulet eas tibi, fidelitati tue mandamus ut eas in palatio nostro Messane reponi facias & servari donec inde nostrum beneplacitum demandemus. De expensis vero nunciorum tuorum quos ad Curiam nostram pro nostris servitiis mictere te contingit. de quibus nostrum postulasti mandatum, placet nobis, & volumus. ut juste & moderate expense quas nunciis ipsis dedisti. vel dederis ad Curiam nostram a te venientibus pro neccessariis servitiis nostris. in tuis debeant rationibus computari. Datum.

De balistis.

De expensis nunciorum qui mictuntur ad Curiam.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum Albertum scripsit idem G. de Cusentia Symeoni de Capua. Quia pecunia est Curie nostre plurimum oportuna. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus cum tota pecunia Curie nostre quam habes sine mora qualibet ad presentiam nostram venire festines. cum autem fueris apud Balbianum significes nobis adventum tuum illuc. ut per quam viam ad nos securius venire valeas a nostra celsitudine instruaris. Datum.

Ad Symeonem de Capua quod veniat cum pecunia apud Balbianum.

Pag. 80.

Martio in Monte alto.

Eodem die. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit G. de Tocco Andree de Cicala Capitaneo &c. Quia Civitas Terampnensis ad mandatum nostrum rediit. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus diligenter facias inquiri apud Neapolim & alias ubique per partes tue jurisdictioni subjectas pro inveniendo Iohanne filio Leonardi Bonicomitis & alios Terampnenses & tam ipsum Iohannem quam ceteros qui haberi poterunt dummodo non sint scolares. de personis capi facias & teneri. omnia bona eorumdem ad opus Curie nostre capiendo rescripturus Curie nostre quos ceperis & que bona penes eosdem inventa fuerint & detenta. Si qui vero scolares fuerint de eadem terra des eis licentiam ut secure ad propria revertantur. Tale super hoc studium habiturus &c.

Ad A. de Cicala capitaneum contra Terampnenses.

Item eidem. Per G. de Vereсclo. Notarium dilecti filii nostri H. &c. Fidelem nostrum quedam servitia nostra verbotenus tibi duximus injungendum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ea que idem Notarius & fidelis noster tibi pro parte Culminis nostri dixit vel dixerit. si ad te non dum venit cum licteras presentes receperis firmiter credere & sine mora efficaciter studeas adimplere ut devotionem tuam proinde merito commendemus.

Ad eundem de credendo notario G. de Vereсclo Notario Regis Henrici.

Eodem die. De mandato facto per Iudicem T. de Suessa. scripsit Iacobus de Bantra licteras Responsales R. de Pulcar. Solita benignitate recepimus licteras. quas tua nobis devotio destinavit. & earum tenorem intelleximus diligenter. Quod autem significasti nobis. quod cum lictere nostre tibi transmisse de exercendo officio tibi commisso V. die proximo preterito mensis Octobris facte fuissent. eas tamen vicesimo secundo proximi preteriti mensis Ianuarii recepceras. propter quod petebas aput excellentiam nostram de lapsu temporis excusari. celsitudini nostre gravat. quod ad te lictere ipse non pervenerunt cum pervenisse potuerint & licet per te non steterit quin ipse tibi fuissent citius assignate. volumus tamen & mandamus ut sollicite inquiras de omnibus rationibus nostris que infra illud tempus ad nostram debuerunt vel potuerunt Curiam pervenire, studiose procurans. quod nullum nos dampnum pati contingat. lapsu temporis supradicti. & quia statim receptis licteris nostris, juramento prestito coram A. de Cicala Capitaneo a flumine Tronti usque ad Portam Roseti de commisso tibi officio fideliter exercendo devote te ad ipsum servitium contulisti. devotionem tuam favorabiliter commendamus. de rebus autem Ecclesiarum quas per Angelum de Marra

Responsales ad R. de Pulcar. super licteris de officio assignato sibi vicesimo secundo preteriti mensis Ianuarii factis V. preteriti Octobris.

De rebus ecclesiarum procurandis & reparandis domibus de proventibus ipsarum Ecclesiarum.

ra fuisse venditas ad extalium significasti & ideo male procurantur eum jardina & vinee sint inculte. & domus etiam que reparatione indigent nullatenus reparentur. volumus & mandamus ut jardina & vineas vendi non facias nec permictas sed ea de ipsarum Ecclesiarum proventibus excoli facias ad opus nostre Curie diligenter. domos etiam que instanti reparatione indigent ne ruinam pati contingat. sub competentibus expensis reparari facias de proventibus earumdem. Super facto autem navis quam nobis emendam tuis licteris suasisti. ecce damus Nicolino Spinule Ammirato nostris licteris in mandatis ut eam ad oculum videat. & si viderit ipsam fore nostre Curie oportunam. juxta quod ipse tibi dixerit emes eam. de facto autem sete. te exonerare volentes. alii servitium ipsum commisimus exequendum. de frumento vero quod per galeas Pisarum mictere debuisti sicut a celsitudine nostra recepisti in mandatis. & galee ipse illud portare noluerunt. sic volumus & mandamus ut non per galeas set per alia vassella parva in quibus commode & secure portetur frumentum ipsum mictere debeas ad locum quem per alias licteras nostras tibi significavimus cum illa cautela quam misimus processurus. In hys & in aliis servitiis nostris sic sollicitus &c. preterea intelleximus & miramur quod proventus de portubus novis quos Curia nostra statuerat. ipsos recipere & mictere non curasti. dicens te inde non habere mandatum. quasi sine speciali mandato nostro non liceret commodum nostre Curie procurare.

De facto navis emende per Cumam.

De facto sete alii commisso.

De frumento mictendo ad locum quem per alias licteras habuit in mandatis.

Nicolino Spinule Regni Ammirato pro facto navis emende.

Item Nicolino Spinule Ammirato. Cum Riccardus de Polcar. fidelis noster persuaserit nobis de emenda quadam navi que de novo facta est in Neapoli. asserendo illam esse Curie nostre plurimum oportunam. fidelitati tue mandamus. quatenus navim ipsam personaliter videas & consideres diligenter. & si eam esse nobis videris oportunam. ab eodem R. ipsam emi facias pro minori pretio quod poteris. sicut videris nostre Curie expedire.

Martio in Monte Alto.

Pag. 80. adv.

Ad Iustitiarios terre Laboris & Capitinate pro assignandis Vnciis $\frac{V}{M}$ de pecunia collecte & non scribitur pro $\frac{I}{M}$ sed Vnciis $\frac{VII}{M}$ de collecta presenti.

R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris pro duabus millibus unciis assignandis R. de S.Germano.

V. De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum. scripsit Gualterius de Cusentia. Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Quia pecunia est Curie nostre plurimum oportuna. ecce quod Riccardum de Sancto Germano fidelem nostrum duximus destinandum, ut a mercatoribus Romanis pecuniam pro parte Curie nostre mutuo recipere debeat pro imminentibus nostris servitiis exequendis. Quare mandamus quatenus receptis hys licteris de pecunia presentis collecte jurisdictionis tue duo millia Vncias eidem Riccardo sine omni defectu & mora debeas assignare. quibus vel mercatores predictos si ab ipsis receperit mutuum instanter debeat quietare. vel si mutuum non receperit. statim ad presentiam nostram apportet. Tu autem ita studeas & procures etiam si nondum haberes quantitatem predictam. de supradicta pecunia recollectam. ut omnino etiam si deberes recipere mutuo eamdem quantitatem eidem Riccardo sine omni mora debeas assignare.

Martio in Corneto.

Pag. 81.

Lictere Responsales ad Leonem Bellum & socios Portulanos Bari de victualibus & animalibus extrahendis.

VI. De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Suessa. scripsit Iacobus de Banzra licteras responsales Leoni Bello & sociis portulanis Bari. Benigne recepimus licteras vestras & earum intellecto tenore. studium & sollicitudinem vestram quam in servitiis nostris geritis & habetis favorabiliter commendamus. Super eo vero quod in licteris nostris vobis transmissis continebatur ut victualia de Regno & animalia etiam preter equos jumenta & mulos salvo jure Curie nostre extrahi permicteretis. de quibus victualibus. & si de animalibus vivis aut mortuis intelligendum est per licteras nostras certi fieri postulastis. sic duximus respondendum. quia de animalibus vivis intelligere debetis. cum de mortuis nulla sit dubitatio extrahendis & ut verbum etiam in primis licteris

ꝺteris nostris intelligatis emissum. de frumento. ordeo. fabis. & omnium victualium & leguminum genere & aliis victui oportunis. Constructioni vero domorum & turris in portu supersederi volumus in presenti. Vos autem in servitiis nostris &c.

De superfedendo constructioni domorum & turris in portu.

Item. De eodem mandato scripsit idem B. Pissono Iustitiario Aprutii. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus aliquem virum divitem fidelem & providum eligas de Iustitiariatu tuo de quo possit Curia nostra confidere. & ipsum sine dilatione mictas ad Iacobum de Murro Sacri Imperii Capitaneum in ducatu. moraturum cum ipso ibidem in servitiis nostris. ut per ejus manus recipiatur pecunia & expendatur juxta ordinationem ipsius Iacobi per eumdem.

Ad B. Pissonum Iustitiarium Aprutii. pro mictendo aliquo probo viro ad Iacobum de Murro pro recipienda & expendenda pecunia.

VII. De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentanaria scripsit Laurentius G. de Castanea. Licteras &c. recepimus. & singula que de Marescalle nostre que in Apulia est profectibus continebantur in eis audivimus & intelleximus diligenter. studium tuum in eo. quod jumenta per se & pulli ex quo habent annum unum per se similiter per spacium decem vel duodecim miliarium longe a stallonibus & jumentis custodiuntur optime merito commendantes. Quia vero significasti. quod unius custodis cum sint quatuor Marescalle custodes minui possent expense sine incommodo Marescalle. hoc tibi duximus commictendum. ut inde facias quod utilius fuerit faciendum. quod nec Marescalle custodia defectum & ideo dampnum aliud incurrat. nec expensas inutiles & superfluas fieri patiaris. Coria vero que posse vendi scripsisti si servari possent pro aliis nostris servitiis faciendis nolumus quod vendantur. Ceterum super Marescalla ipsa te sic intentum &c.

Responsales Gentilis de Castanea pro Marescalla.

De expensis unius custodis minuendis.

De coriis mortuorum.

VIII. Ibidem. De Imperiali mandato facto per Iudicem Taddeum. scripsit P. de Capua ad Andream de Cicala Capitaneum &c. Dudum in portu de novo statuto in Regul. Muricum de Syponto & Maurum de Thermulis fideles nostros custodes duximus statuendos. certa forma eis per licteras nostras data. sicut aliis portulanis ut predictum ipsum officium exercerent. Nuper sane nostra Serenitas intellexit. quod predictus Moricus de Syponto taliter infirmetur ut predictum officium sibi commissum nequeat exercere. Nolentes igitur ut defectus in nostris servitiis habeatur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si constiterit tibi de infirmitate Morici predicti. vocato ad te Petro Saxone de Neapoli. & recepto ab eo pro parte Curie nostre fidelitatis & officii juramento. sibi districte precipias. quatenus ipse una cum predicto Mauro de Thermulis officium supradictum exercere fideliter studeat per omnia juxta formam. que eisdem Morico & Mauro per licteras nostri culminis data fuit. & licteras tuas exinde sibi concedas. sollicitans eum. ut officium ipsum fideliter exequatur. Datum.

Ad Andream de Cicala pro Petro Saxone de Neapoli statuendo in portu Regul.

Martio in Corneto.

Pag. 81. adv.

VIII. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum de Suessa. scripsit G. de Cusentia Majori de Plancatone Secreto Messane responsales. Licteras tuas & capitula que nostre excellentie destinasti benignitate recepimus &c. Quod autem tua capitula continebant quod licet speciale mandatum nostrum non receperis de danda pecunia pro munitione Castrorum Iordano Filangerio olim Capitaneo a porta Roseti usque farum. & per totam Siciliam quia tamen expedire vidisti & necessarium esse ne Castra nostra immunita manerent. pecuniam. vinum. frumentum. & alia necessaria pro munitione Castrorum ipsorum que sunt per partes jurisdictionis tue ad requisitionem ipsius Iordani exhiberi fecisti. Romanis etiam mercatoribus qui dudum Camere nostre. pecuniam mutuaverant & eos ad te misimus quietandos statim quod ad te venerunt secundum formam mandatorum nostrorum quam tibi pro singulis eorum misimus debitam eis pecuniam exolvisti. & quod ad mandatum pro parte nostra factum tibi pro Philippo de Zunculo in forestis nostris venari fecisti per octo dies tantum pro Francigenis Crucesignatis qui in partibus ipsis erant. & captis tantummodo XX. porcis in ipsis eos predictis crucesignatis ex parte Curie nostre presentari fecisti.

Ad Secretum Messane Responsales.

cisti, deinde fecisti inhiberi forestas predictas & diligentissime custodiri ne aliquis ulterius in ipsis aliquatenus venaretur. Porcos etiam Curie nostre quia glandes deficiebant & possent in dampnum Curie nostre macrescere occidi fecisti & ad opus Curie nostre fieri paccones ex eis & quod ad mandatum nostrum exinde tibi missum custodiam palatii jardeni & vinee nostrorum Cathone, Nicolao de Saburro fideli nostro assignari fecisti tribuens eidem boves decem pro duobus pariclis, somerios duos & Burdonarium unum pro ferendo somerio ad jardinum, duos jardinerios pro jardini & vinearum cultura, duos laboratores pro laborando cum bubus predictis, & duos alios custodes qui una cum predicto Nicolao forestam nostram custodiant. & quod pro occidendis lupis & vulpibus ne parvula animalia in forestis nostris coalentia destruant diligenter iotendis, nec non quod significasti te ab hominibus domine Paternionis CCC. Vncias auri ad opus Curie nostre colligere pro CCC. Vnciis quas eisdem Riccardus de Montenigro olim Magister Iustitiarius in Sicilia citra flumen salsum. & Guillelmus de Sangirito in anno preterito XII. Indictionis impofuerunt pro collecta nec habite fuerant ab eisdem, & quod ad tollendas solitas fraudes campsorum & aliorum regateriorum Messane, Carapanos fideles statuisti ibidem & sic in omnibus bonum forum & placidum peregrini morantes ibidem inveniunt. gratum est excellentie nostre. & in premissis omnibus, si utilitatem Curie nostre respiciunt. tuum studium commendamus.

De Ammirato. De Ammirato nostro qui petit habere proventus marinarie & lignaminum jurisdictionis tue quos per doanam nostram recolligi esse asseris consuetum, dudum tibi super eodem nobis scribenti capitulo per alias responsales nostras recolimus respondisse, secundum quarum tenorem volumus ut procedas.

De tenendo Ammirati. Quod autem idem Ammiratus correndum suum statutum a nobis dari sibi a te postulat ex eo tempore quo Pisas applicuit veniendo in Regnum, cum Ammirarie officium a Regno Sicilie titulum sortiatur. maodamus ut ab eo tempore quo tunc cum officio veniens Regnum intravit pro nostris servitiis exequendis ad pondus Curie nostre correndum ipsum sibi facias exhiberi.

De Magistris Marescallis. De Magistris Marescallarum nostrarum qui dicunt se equis nostris ordeum dedisse de suo, a morte quondam Matthei Marchasabe Secreti predecessoris tui usque ad tuum in partes ipsas accessum & petunt ipsum sicut nunc valet pro eo quod carius est non secundum quod tunc cum ipsum dederunt valebat restitui, mandamus, ut ipsum quod tibi constiterit de suo equis nostris dedisse, sicut tunc valebat cum ipsum dederunt restitui facias. Quod vero procuratori & conventui Sancti Salvatoris de lingua Messane in Canneto nostro Cathone quod fuit ejusdem Ecclesie pro vineis Ecclesie cannas permisisti incidi, raro tamen & per diversa loca, ex qua incisione nullo modo dampnificatur venario immo melioratur propter liberiorem introitum & exitum venatorum & canum, presertim cum si de cannis ipsis pro predicte Ecclesie vineis non haberentur. oportuisset de proventibus Ecclesie qui ad nostram Curiam perveniebant emi, placet nobis, quod inde fecisti, si premissa se habeant ut scripsisti.

Par. 82. Martio in Corneto. Sequitur littera ad Secretum Messane. De inquisitione Procuratorum Ecclesiarum vacantium. De inquisitione quam sicut scripsisti facis fieri diligenter contra procuratores Ecclesiarum vacantium ex quorum culpa & negligentia Ecclesias ipsas destructas asseris & consumptas, tuam diligentiam commendamus. tu vero in Ecclesiis vacantibus jurisdictionis tue tales procuratores constituas in quibus non possit culpa notari vel negligentia reprehendi immo si expedire videres melius tam pro Curie nostre quam pro majori commoditate Ecclesiarum ipsarum ut proventus ipsarum aliquibus Clericis in extalium locarentur per quos & proventuum quantitas augeretur & bona ecclesiarum possent commodius procurari. placet nobis ut facere non postponas.

De cogendis Baronibus ad debita servitia lignaminum per stabilia. De Baronibus qui tenentur Curie nostre solvere servitia lignaminum galearum, qui cum mobilia non habeant unde cogi possint ad prestanda servitia supradicta, si per stabilia cogi ad hoc debeant requisiti, volumus, ut qui mobilia non habuerint, per stabilia etiam ad prestanda debita servicia Curie nostre compellas, De Iudice quem Am-

De Iudice quem Ammiratus statuit in Messana.

Ammiratus statuit in Messana ad cognoscendum de questionibus inter marinarios agitatis quem asseris se de hys intromictere non debere nisi tantum cum armatis. volumus ut de questionibus que de rebus galee nostre Messane servitio obligatis noscuntur eumdem Iudicem permictas cognoscere sicut consuetum dicitur hactenus. donec super hoc plenius disponamus. & mictamus inde tibi nostre beneplacitum Majestatis. De Ianuensibus qui Messane morantes armata manu pacem nostram & tranquillitatem frangentes in quosdam Saonenses fideles nostros insiluerunt in platea Messane in unum eorum privatum carcerem coercentes. cujus rei cognitionem objectum est non ad te set ad Stratigotum Messane spectare. placet nobis. ut singula, secundum quod ad sua que discreta sunt spectant officia terminentur. tu tamen predicto Stratigoto districte precipias. ut inquisita diligentius veritate si rem invenerit ita esse. Ianuenses predictos capiat de personis & usque ad mandatum nostrum faciat custodiri. sicut eidem nos etiam mandatum dirigimus speciale. De pecunia autem collecte dudum imposite per M. Marchafabam super hominibus domine Paternionis in anno preterito XII. Indictionis. quam recollegisse te scripsisti ab eis & de pecunia quam dedisti pro facienda sambuca ad opus karissime consortis nostre. culmini nostro placet. Prisonum autem illum qui venit de partibus ultramarinis cum Gualterio de Fisaulo jam dudum ad presentiam nostram venire mandavimus. De rebus similiter delatis in navi Curie nostre que vocatur Aquila de partibus ultramarinis. cum rationes velimus esse discretas. & navis predicta non fuerit suo tempore onerata nec missa. scripsisse recolimus Iohanni de Cioffo fideli nostro. qui Mattheo Marchafaba mortuo navim ipsam mictere procuravit. ut eas ad Curiam nostram mictat cum ad suum videatur ratiocinium pertinere. de ratione ejusdem Iohannis de Cioffo quam tibi recipiendam commisimus. Volumus ut eam secundum consuetudinem doane recipias. Inquisitionem quam fieri fecisti de navi passa naufragium in Calabria & ad nos misisti recepimus. & quia pars que in eadem inquisitione tangi videtur ad presentiam nostram accessit & eam ad proponendam jus quod habere se dicit admicti mandavimus. tibi super hoc ad presens distulimus respondere. set postquam causa ipsa examinabitur prout decet. tibi nostrum beneplacitum dirigemus. De Basilio de Logotheta quem significasti sub pretextu quarumdam licterarum nostrarum ad Iustitiarium Calabrie impetratarum de citandis quibusdam hominibus venire ad presentiam nostram responsuris eidem. multos immo quasi omnes bajulos & officiales illarum partium facere maliciose citari. ut dum eos propter citationem terruerit pecuniam emungat ab eis & sub tali dolo pecuniam a multis extorsit ut scribis. Volumus & mandamus ut si est ita. propter illos qui expresse in literis nostris nominati sunt alios quos citari fecit ad Curiam nostram propter hoc non permictas venire immo eos volumus ab eadem citatione absolvi. cum aliquorum fraudes & dolos in gravamina nostrorum fidelium redundare nolimus. nichilominus volumus & mandamus ut diligenter inquiras si occasione predicta idem Basilius pecuniam vel aliquid aliud extorsit ab aliquo vel recepit. & quicquid inde inveneris nostro culmini studeas intimare. Datum.

De Ianuensibus in Messana qui insiluerunt in Saonenses.

De pecunia collecte hominum domine Paternionis & pecunia data pro sambuca domine Imperatricis.

De rebus delatis in navi que vocatur Aquila.

De ratione Iohannis de Cioffo.

De inquisitione navis naufragate in Calabria.

De Basilio de Logotheta.

Pag. 82. adv. Martio in Corneto.

Item scriptum est Stratigoto Messane. De predictis Ianuensibus qui in Saonenses insiluerunt in Messana pacem & tranquillitatem Imperialem frangentes. in unum eorum privatum carcerem exercuerunt. ut si rem invenerit ita esse Ianuenses predictos capiat de personis & eos usque ad Imperiale mandatum diligenter faciat custodiri.

Stratigoto Messane de Ianuensibus & Saonensibus.

X. *Ibidem. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Camera. scripsit P. de Capua ad Alexandrum filium Henrici.* Ecce mictimus Palmerium latorem presentium leoparderium nostrum pro affaytando leopardo nostro in Luceria. fidelitati tue mandamus quatenus eidem Palmerio a Kalendis presentis mensis Martii in antea quousque videlicet pro eodem servitio nostro ibidem moram traxerit pro se uno scutifero & duobus equis expensas tribuas secundum quod Thomasius de Brundusio

Ad A. filium Henrici pro expensis Palmerii leoparderii.

ſio predeceſſor tuus dare conſuevit eidem. & recipias ab eo de hys que ſibi dederis apodixam.

Pag. 83. *In Viterbio poſt reditum a Corneto. Martio.*

R. de Amic. Iuſtitiario ultra flumen ſalſum pro bonis qu. Iohannis de Amato.

XII. *De Imperiali mandato facto per dominum Magiſtrum Iohannem de Camera ſcripſit Laurentius.* Quia Iohannes de Amato qui plura de ſervitiis noſtris exercuit & de bonis noſtre Curie procuravit propter que ratiocinio non dum poſito bona ſua remanent adhuc noſtre Curie obligata nuper in fato conceſſit. Mandamus quatenus adhibeas tecum quatuor divites. & fideles ac ydoneos homines Panormi coram quibus in Panormo & extra per juriſdictionem tuam inquiras. & videas bona quondam ipſius & eadem facias annotari ut per eadem bona ad requiſitionem noſtram de hys que Curia noſtra requiſierit ſatisfiat. quecumque inveneris diſtincte nobis per tuas licteras reſcripturus. requiras nihilominus coram predictis hominibus uxorem quondam ejuſdem Ioannis ut de rebus Curie noſtre ſi quas habet tibi pro parte noſtra coram eiſdem aſſignet. ſuper quibus & predictis omnibus licteras tuas ad Cameram noſtram mictas.

Guillelmo de Anglone.

Similes Guillelmo de Anglone Iuſtitiario citra &c. preter illud uxoris.

Reſponſales B. Panormitano Archiepiſcopo de Iacobo Capice ſtatuendo in locum Iohannis de Amato.

Item. Reſponſales B. Venerabili Panormitano Archiepiſcopo. dilecto familiari & fideli ſuo &c. Devotionis tue licteras &c. Cognito igitur obitu Iohannis de Amato ad literas ipſas. ecce qnod loco ejus Iacobum Capicem duximus ſtatuendum. Mandamus quatenus eumdem I. cum filio noſtro cujus eſt cuſtodie deputatus. ad te perſonaliter venire facias. & eum eſſe in ſervitio Curie kariſſime conſortis noſtre diſponas. ſtudens & procurans in omnibus que commoditati ejuſdem poterunt expedire. & ecce quod Vniverſis officialibus noſtris patentes licteras deſtinamus ut ad requiſitionem ipſis I. pecuniam & neceſſaria pro dicta Curia debeant exhibere. Preterea Iacobo predicto mandamus ut veniat illuc. & in ſervirio ipſo de tua diſpoſitione moretur. Quo veniente conſors noſtra ire poterit. ad locum predeſtinatum ſicut prius fuerat conſtitutum.

Officialibus univerſis.

Item Officialibus Vniverſis Regni Sicilie. Vt ad requiſitionem dicti Iacobi ſtatuti ad ſervitia Curie ſupradicte. pecuniam & neceſſaria ad opus ipſius Curie de hys que ſunt per manus eorum ſine aliqua difficultate curent exhibere recipientes apodixam.

Iacobo Capice.

Item ipſi Iacobo quod vadat.

R. ad notarium Philippum.

Eodem die. De mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinca. ſcripſit G. de Tocco Notario Philippo Gayto Panormi. Benigne recepimus tue fidelitatis licteras & ipſarum tenore cognito. ecce tibi ad ſingula reſpondemus. Primo quod ab Eccleſia Sanctę Trinitatis de Panormo cognito jure Curie noſtre & invento jure Eccleſie defectivo. Vineam quam plantaverat in flumine Abbas. Piſcariam quam faciebat in ipſo flumine Barbacanum extra portam Thermarum Panormi & aliud Barbacanum intra Menia Civitatis Panormi jardino ſuo Eccleſia ipſa excluſa ad manus noſtre Curie revocaſti. placet nobis. Privilegia vero noſtra & divi Auguſti patris noſtri que ſicut ſcribis in rationibus ipſius Eccleſie repperiſti. quorum auctoritate contenta in eis parti Eccleſie dimiſiſti Curie noſtre ea volumus preſentari. De tenimento hoſpitalis Sancti Iohannis Infirmorum unde Eccleſia non oſtendit niſi notulam unam privilegii quod ſe dicit habere a Rege G. indultum quod dicitur eſſe in partibus ultramarinis. cujus tenore revocationem diſtuliſti. propterea quod in quodam privilegio noſtro eidem Eccleſie indulto continetur confirmatio dicti Regis Guillelmi privilegii. quia parti Eccleſie certum terminum non dediſti quo ipſorum privilegium autenticum preſentaret digne redarguimus proceſſum tuum. Mandamus ergo fidelitati tue quatenus terminum peremptorium competentem tribuas eidem Eccleſie quo ipſum privilegium Regis G. noſtre Curie repreſentet. Si vero non fuerit preſentatum in termino. quicquid in eodem dicitur contineri ad manus Curie noſtre revoces tamquam ſi nullum privilegium predicte Eccleſie fuerit indultum nam ſi preſentatum documentum mentionem contineat alterius documenti. edi debeat illud de quo facit mentionem. de terris laboratoriis quas eadem Eccleſia habet

De rebus revocatis in Sicilia Eccleſie Sancte Trinitatis.

De hoſpitali S. Iohannis infirmorum.

De terris laboratoriis ejuſdem Eccleſie.

bet ſicut ſcribis in circuitu Panormi emtas quondam per Cancellarium M. ſicut ſcribis firmatas fuiſſe eidem Hoſpitali per quoddam privilegium Regis G. Grecum & Sarracenicum. & ideo ad revocationem eorum procedere diſtuliſti. mandamus fidelitati tue ut ipſum auteoticum privilegium Curie noſtre certo termino precipias preſentari ut de ipſius & aliorum privilegiorum tenore 10 Majeſtatis noſtre beneplacitum voluntatis injungamus. Nichilominus tamen volumus ut diligenter inquiras de bullis filis & licteris predictorum privilegiorum ſigilla etiam ſi vera & carentia vitio videantur. de eis etiam conlationem facias diligentem & quicquid inde inveneris ſub ſigillo tuo ſignifices noſtre Curie ſeriatim. De ſtabilibus vero que Hoſpitale oblatioonm vel emtionum ti- 20 tulo poſſidebat. que dato per te termino & tranſacto vendere preſumebat ad noſtram Curiam revocaſti. placet noſtre Excellentie quod feciſti. Item idem etiam reſpondemus de eo quod de Hoſpitali Sancti Iohannis extra portam Sancte Agathe per totum menſem Februarii proximo preteritum te factu- rum tuis licteris intimaſti. De capitu- 30 lis a noſtra tibi Mageſtare tranſmiſſis. quorum aliqua perfeceras ſicut ſcribis. & quedam dicis te non poſſe perficere ſine conſilio Secreti. Ecce eidem Secreto mandamus. ut tibi in hys pro ſervitiis noſtris aſſiſtat conſilio & favore. De reſiduo gayti quondam Matthei predeceſſoris tui. quod dicis non poſſe recolligi ſine quaternionibus ipſius Gayti M. qui ſunt in palatio noſtro ſub cu- 40 ſtodia G. de Amato ſigillati ſigillo I. de Amató Caſtellani ejuſdem palatii ecce ſcribimus eidem G. de Amato fidelt noſtro. ut quaternos ipſos tibi faciat oſteodi. & ſi expedierit exemplari cautela adhibita quod fideliter oſtendentur & exemplentur. de ratione tua reddenda de officio tuo. Secreto pro preterito tempore & futuro preſentis Indictionis placet nobis quod coram co ponas & eidem mandamus quod a te recipiat 50 rationem de anno etiam proxime preterito XII. Indictionis. De Piperiis vero placet nobis ut quid inde faciendum videris de conſilio ipſius Secreti. ſcribas nobis quid pro Curia noſtra melius fuerit faciendum. Datum.

De ſtabilibus emtis vel oblatis hoſpitali.

De capitulis miſſis eidem a Curia.

De reſiduo Gayti M. quondam.

De ratione ipſius reddenda Secreto.

De Piperiis.

Martio. Viterbii.

Pag. 83. adv.

Eodem die. De eodem mandato ſcripſit idem Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Significavit excellentie noſtre Notarius Philippus Gaytus Panormi fidelis ooſter. quod ſuper quibuſdam capitulis dudum ſibi a noſtra celſitudine deſtinatis tuum ſit ei auxilium & conſilium oportunum. quia cum quedam peregerit. quedam commode non poteſt peragere niſi tuo auxilio mediante. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus in quibuſcumque negotiis ad noſtrum ſervitium ſpectantibus conſilium & auxilium tuum idem Gaytus duxerit requirendum. tu ei ſtudeas exhibere. Volumus etiam & mandamus fidelitati tue ut rationem ab ipſo Gayto de anno proxime preterite XII. Indictionis unde rationem non poſuit. de preterito etiam & futuro preſentis XIII. Indictionis exigere debeas & recipere pro parte Curie noſtre diligenti in ea adhibito ſtudio. pro juribus noſtre Curie conſervandis ut ſtudium tuum &c. Ipſi enim Gayto licteris noſtris injungimus ut coram te ponere debeat rationem.

Obberto Fallamonacho Secreto Panormi ſuper quibuſdam capitulis.

Item ad Guillelmum de Amato. Significavit excellentie noſtre Notarius Philippus Gaytus Panormi fidelis noſter. quod reſiduum Gayti quondam Matthei predeceſſoris ſui recolligere non poteſt niſi quaterniones ſui oſtendantur eidem qui ſunt in palatio noſtro Panormi in euſtodia tua. ſub ſigillo Iohannis de Amato quondam fratris tui fidelis noſtri. Vnde cum nolimus ut propter hoc recollectio ipſius reſidui retardetur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus quaterniones ipſos eidem Notario Philippo inſpiciendos oſtendas & ſi expedierit facias exemplari. cautela tamen diligenti adhibita in preſentia fidelium virorum. quod fideliter legantur. & ſi expedierit exemplentur. quo diligenter peracto ſub bona cuſtodia & cautela debita reponantur.

G. de Amato pro oſtendendis ſeu exemplandis quaternionibus quondam Gayti M. de Panormo.

Item ad Severinum de Calataphimo Reſponſales. Benigne recepimus fidelitatis tue licteras. & plenius intellectis hys que de proceſſu habito coram te inter Flachiam incuſantem G. de Naro quod lan-

Reſponſales ad Severinum de Calataphim.

De G. de Naro assignando Iustitiario qui dicebatur invenisse languenam plenam moneta argenti.

languenam plenam monete argenti invenisset in Casali quod dicitur Ciniana. & eumdem G. qui manifestavit tibi sicut scripsisti se ipsum thesaurum invenisse in loco predicto qui sciens postmodum re amotum ab officio nostro. dixit quod non fuit ita sicut tibi manifestaverat. ecce scribimus R. de Amic. &c. ut G. ipsum a re recipiat. & quia fraudem ejus ostendit evidens conjectura ipsum subdi faciat questioni. ut sub tormentis eruatur veritas que per maliciam occultatur. Tu igitur eundem G. eidem Iustitiario nostro assignes. ut officium suum exerceat in eundem. Capitula etiam tuis licteris interclusa prospeximus & ecce tibi ad omnia respondemus. Primo de armis quondam Camerarii que habebat Petrus Marillian. & recepisti ab eo. & assignasti Castellano nostro Calataphimi secundum actum quod inde misisti Curie nostre. recepit. De provisionibus bajulorum quas pro residuo bajulationum quas emerant cum pecuniam debitam Curie nostre non solverent ad opus nostrum cepisti ab eis que valent sicut scripsisti ad duplum quod nostre Curie tenebantur. ecce scribimus Secreto Panormi fideli nostro. ut ipsas a te recipiat & ad opus nostrum faciat procurari. Nichilominus tamen quantitatem & nomina debitorum & quid valeat quod ab unoquoque acceperis nobis significes seriatim. De pecunia proventuum bajulationis scilicet sexcentis Vnciis auri quas dicis esse penes te. & recollegisse de residuo bajulationum ipsarum Vncias quadringentum que omnes una sunt Mille. de quibus quid velimus re facere nostrum beneplacitum quesivisti. Mandamus fidelitati tue. quatenus si cum presentes licteras receperis non assignasti eas Iudici Iacobo de Capua fideli nostro quem pro recolligenda pecunia ab officialibus nostris in Sicilia duximus transmictendum. tu ipsas M. Vncias eidem Iudici Iacobo ad opus Curie nostre debeas sine mora qualibet assignare. De tribus jumentis que fuerunt R. de Calvellis inventis apud Acrigentum sub custodia Stephani Pisani que assignasti sicut scripsisti R. de Nicolao scuterio Marescalle nostre placet nobis quod fecisti. de quatuor jumentis que sicut scripsisti dictus R. de Calvellis dicit restituisse dominis eorum antequam discederet de Sicilia per te veritatem inquiri volumus. Si verum est quod restituerit eorum dominis. & quanto tempore eadem jumenta detinuit. & pro qua causa ipsa accepit. & quod inveneris sub sigillo tuo ad Curiam nostram mictas. De X. bubus qui fuerunt ejusdem R. assignatis per te juxta mandatum nostrum P. de Gerentia Magistro Pariclorum. acceptamus quod fecisti. De ovibus ejusdem R. quas invenisti per manus M. de Platia inter magnas & parvas DCCLXXXX. & per manus Gusulonis Sarraceni inter magnas & parvas DCCV. sicut scripsisti. & dari fecisti eas ad cabellam. prout alie oves Curie nostre dari consueverunt acceptamus quod inde ad utilitatem Curie nostre fecisti & mandamus fidelitati tue. ut omnes ipsas oves Secreto Panormi fideli nostro facias assignari. cui mandamus per nostras licteras. ut ipsas a te recipiat. & cum diligentia debita faciat procurari.

De armis quondam Camerarii.

De provisionibus bajulorum assignatis ad opus Curie.

De M. unciis assignandis Iudici Iacobo de Capua.

De jumentis R. de Calvellis.

Item R. de Amic. Iustitiario ut ab ipso Severino dictum G. de Naro recipiat. & in eo exerceat officium suum, ut in tormentis eruatur veritas. que per ipsius malitiam occultatur.

Ad R. de Amic. Iustitiarium ut exerceat officium suum in G. de Naro.

Martio in Viterbio. Pag. 84.

Eodem die. De eodem mandato Oberto Fallamonacho Secreto Panormi. Significavit Excellentie nostre Severinus de Calataphim. fidelis noster quod cum quidam bajuli pro residun bajulationum quas emerant tenentur solvere quamdam pecunie quantitatem quasdam possessiones eorum domos videlicet & vineas pro pecunia ipsa ad opus Curie nostre recepit ab eis valentes ad duplum quam solvere tenerentur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. domos & vineas ipsas ad opus nostrum capias & cum diligentia debita facias procurari. provisurus diligenter si de possessionibus ipsis in quantitate Curie nostre debita non sit ab ipsis bajulis idonee satisfactum. facias ut in eis nostra Curia non fraudetur. Significavit insuper nobis quod de ovibus que fuerunt R. de Calvellis quondam Magi-

Oberto Fallamonacho Secreto Panormi.

De possessionibus bajulorum receptis ad opus Curie.

De ovibus R. Calvellis quondam Magistri Iustitiarii.

giſtri Iuſtitiarii in Sicilia &c. invenit per manus M. de Platia inter oves magnas & parvas DCCLXXXX. & per manus Gefuloni Sarraceni in Agrigento inter magnas & parvas DCCV. quas fecit dari ad cabellam prout alie oves Curie noſtre dari conſueverunt. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus oves ipſas omnes ad opus noſtrum recipias & cum debita diligentia facias 10 procurari. rationem de fructibus ſeu eabella preteriri temporis recepturus ne in eis Curia noſtra fraudetur. Datum.

Lectere ad Maiorem de Plancatone pro Obberto Comenale & ſocio.

XII. *ejuſdem ibidem. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad Majorem de Plancatone Secretum*. Accedens ad preſentiam noſtram Obbertus Commenal. de Auguſta legum profeſſor fidelis noſter pro parte ſua & Buctati ſocii ſui 20 de eadem terra noſtre propoſuit Majeſtati quod in partibus Auguſte ſunt loca in quibus ſperat firmiter inventiones maximas invenire ſi nos ſibi daremus licentiam fodendi in partibus ipſis ſine contradictione vel moleſtia alicujus. Nos autem ſperantes inde habere poſſe proficuum. fidelitati tue precipiendo mandamus quatinus in locis que ipſi decreverint partium predictarum eoſdem abſ- 30 que impedimento alicujus permictas fodere ſuis laboribus & expenſis eligens nichilominus duos viros providos divites & fideles qui cum eis pro parte Curie noſtre morentur ut principia hujus rei videant & eventus. per quos etiam certus de ſingulis omnia ſcribas nobis. omne ſtudium & diligentiam habiturus &c.

A. de Marra pro Blaſio mercatore pro dampnis & intereſſe.

Eodem die. *De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit Iohannes de Ydronto Angelo de Marra*. ut 40 faciat rationem de quantitate temporis elapſi & reſiduo quod Blaſius mercator Romanus dicit ſe debere habere pro ſe & ſocio. pro dampnis & intereſſe ratione mutui quod idem Angelus cum quadam parte dampnorum & intereſſe ipſis reſtituit de mandato familiarium Capuani & Ravellenſis. *facte ſunt preſentes ſecundum formam aliarum que ſcripte ſunt III. Februarii in Fulineo*. 50

Reſponſales ad Criſcium Amalfitanum.

XIII. *Martii ibidem. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum T. de Sueſſa ſcripſit P. de Capua reſponſales ad Criſcium Amalfitanum*. Inquiſitionem Raynaldi de Tranſaquis de mandato noſtro per te factam quam per latorem preſentium noſtro culmini deſtinaſti. excellentia noſtra recepit & tuum exinde ſtudium commendamus. fidelitati tue mandamus. quatenus ſuper omnibus ſervitiis noſtris tibi commiſſis ſic ſtudioſus intendas ut &c.

Martio in Viterbio. Pag. 84. adv.

Ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii Reſponſales.

XIII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Taddeum de Sueſſa ſcripſit G. de Cuſentia B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii Reſponſales*. Licteras fidelitatis tue &c.

De militibus & peditibus mictendis ad Iacobum de Morra.

De militibus autem octo & ducentis peditibus quos dudum per te ad Iacobum de Morra capitaneum in Ducatu fidelem noſtrum pro noſtris ſervitiis de partibus juriſdictionis tue micti mandavimus pro quibus ſicut ſcripſiſti licet perſone inveniantur in juriſdictione tua arma decentia ibidem inveniri non poſſint. volumus ut mictas etiam per alias partes ubicumque ſic armati poterunt inveniri. ita quod predicta quantitas militum & peditum bene munita armis ſicut tibi mandavimus per te ad predictum Iacobum de Morra mictatur.

De locandis hominibus civitatis S. Angeli.

Quod autem noſtram excellentiam conſultaſti ubi & in quibus locis velimus homines Sancti Angeli ad habitandum locari. volumus & mandamus. ut eos in territotio predicte terre Sancti Angeli loces faciens ex eis tria Caſalia ubi commodius & decentius videris pro noſtra Curia expedire.

De collecta clericorum & eccleſiarum.

De collecta vero a Clericis & Eccleſiis juriſdictionis tue exigenda de cujus forma & quantitate queſiſti. mandamus ut conſideratis poſſe & facultatibus ſingulorum requiras & exigas ab eiſdem prout melius expedire videris pro Curia noſtra ita tamen quod quantitas que anno preterito fuit eis impoſita hoc anno per te recolligatur ab eis.

De P. Archiepiſcopi Ruſſanenſis Caſtellano Caſuli.

De Petro Archiepiſcopi Ruſſanenſis. qui de mandato noſtro erat Caſtellanus in Caſtro noſtro Caſuli conſtitutus. & quia inutilis & inſufficiens erat ibidem propter infirmitatem continuam qua laborat tu una cum Iohanne de Raymo proviſore Caſtrorum noſtrorum ipſarum partium eumdem Caſtellanum neceſſario amoviſti. ex quo ſic

ſic inutilis & inſufficiens erat ibi. placet nobis quod ammoviſti eumdem. miramur tamen. & te in hoc redarguimus non indigne quod cum ſcripſeris te alium ſuſtituiſſe ibidem quod & ſine conſcientia noſtra facere non debueras. nomen ejus & unde ſit noſtre nequaquam excellentie nunciaſti. Significa igitur nomen ſubſtituri & de quo loco fuerit nobis & tunc quid de eo nobis placuerit reſcribemus. de cetero ſic negligenter in talibus non procedas. & ecce quod predicto Petro Archiepiſcopi. qui de recedendo noſtrum expectat mandatum. licteras mictimus quod recedat. De pecunia vero preſentis collecte ſuper qua recolligenda & mictenda. ac aſſignanda diverſa te aſſeris recepiſſe a noſtra Majeſtate mandata. quibus eum videaris quodammodo perplexus inſtrui diligentius requiſiſti. mandamus. ut quamvis ſuper hoc diverſa mandata receperis ſicut ſeribis. cum ex qualitate negotiorum quandoque mandarorum varietas debeat provenire. tu pecuniam collecte ipſius inſtanter recolligas & ſicut dudum tibi mandavimus in Caſtro noſtro Inrroduci reponi facias recollectam. & ibidem ſervari. donec de ea quid placuerit injungamus. tu vero ſuper hoc tantam curam adhibeas. ut apud nos commendabilis appareas ex effectu. pecuniam vero quam Henrico illuſtri Regi Turrium & Gallure &c. pro noſtris ſervitiis exequendis per te de predicta pecunia mandavimus aſſignandam. ſibi ſine defectu facias aſſignari. Datum.

De pecunia collecte.

Item ſcripſit Iohanni de Raymo de Capua proviſori Caſtrorum in Apruzio. Benigne recepimus &c. De Petro autem Archiepiſcopi Ruſſanenſis qui de mandato noſtro erat Caſtellanus in Caſtro noſtro Caſuli conſtiturus. quem cum inutilem & inſufficientem ad hoc inveneris ut ſcripſiſti propter gravem & continuam infirmitatem quam paritur una cum B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii amoviſti. ex quo ſic inutilis & inſufficiens erat ibi. placet nobis. miramur tamen & te redarguimus non indigne. quod cum ſcripſeris re alium ſubſtituiſſe ibidem quod & ſine conſcientia noſtra facere non debueras. nomen ejus. & unde ſit noſtre nequaquam excellentie nunciaſti. Significa igitur nomen ejus & de quo loco fuerit nobis. & tunc quid de eo nobis placuerit. reſcribemus. & de cetero ſic negligenter in ralibus non procedas. & ecce quod predicto Petro. qui de recedendo noſtrum expectat mandatum licteras mictimus quod recedat. Datum.

Ad Iohannem de Raymo proviſorem caſtrorum in Aprutio de caſtro Caſuli.

Martio in Viterbio.

Pag. 85.

XIII. *Item ſcripſit Petro Archiepiſcopi Ruſſanenſis.* Significantibus nobis B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii. & Iohanne de Raymo de Capua proviſore Caſtrorum noſtrorum in partibus Aprutinis fidelibus noſtris. noſtra Serenitas intellexit quod cum tu quadam gravi & continua infirmitate labores. propter quam ad cuſtodiam Caſtri noſtri Caſuli quam tibi commiſimus non potes intendere. alium in Caſtro ipſo Caſtellanum duxerunt pro parte noſtre Curie ſtatuendum. tu tamen inde recedere metuis ſine noſtro ſpeciali mandato. Verum eum & nos neceſſitatibus fidelium providere delectet. fidelitati tue mandamus. quatenus ex quo infirmitate gravante in predicto noſtro ſervitio morari non potes ut debes. ad propria revertaris. Datum.

Ad P. Archiepiſcopi Ruſſanenſis quod recedat de caſtro Caſuli.

Martio in Viterbio.

Pag. 85. adv.

XIII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Albertum. ſcripſit G. de Cuſentia patentes licteras in hac forma.* F R. &c. Notum facimus Vniverſis. quod Iohannes Contus. Laurentius frater ejus & Iaquintus de Roſrido mercatores Romani fideles noſtri mutuaverunt in Camera noſtra de Venetianis groſſis libras centum tres. ſolidos duos & denarios octo pro Vnciis auri CCCLXIIII. ad generale pondus Regni ad rationem de ſolidis ſex minus denariis quatuor pro Vncia. De quibus promiſimus & convenimus eis. & quod Riccardus de Sancto Germano fidelis noſter quem miſimus ad R. de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris & Comitatus Moliſii. pro recipienda ab eo pecunia. & ad noſtram Curiam deferenda de eadem pecunia quam recipere debet a Iuſtitiario ſupradicto. predictos

Mutuum Romanorum.

Lictere patentes pro Iohanne Conto & ſociis mercatoribus Rom. pro unciis CCCLXIII.

dictos mercatores vel aliquem eorum sive certum nuncium . vel procuratorem ipsorum per totum presentem Martium sine defectu & difficultate qualibet debeat quietare . Si vero quod omnino nolumus . aliquo accidente casu . in eodem termino quietati non essent . deinde in antea quamdiu solutio differretur . quatuor Venetianos de qualibet Vncia per mensem . pro dampnis & interesse idem Riccardus ei solvere tenetur & debet . & nichilominus integre solvere eis Vncias supradictas . Vnde &c.

Ad Riccardum de S. Germano pro eisdem.

Eodem die scripsit idem licteras clausas pro eis ad Riccardum de Sancto Germano predictum . Cum Iohannes Contus. Laurentius frater ejus . & Iaquintus de Roffrido mercatores Romani fideles nostri pro libris de Venetianis grossis centum & tribus & solidis duobus & denariis VIII. quas nostre Camere mutuaverunt . ad rationem de solidis VI. minus denariis quatuor pro Vncia recipere debeant per totum presentem Martium Vncias auri CCCLXIIII. ad generale pondus Regni sicut cum Curia nostra convenerunt . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus de pecunia quam tibi nunc R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris & Comitatus Molisii fideli nostro . mandavimus assignari . predictas CCCLXIIII. Vncias auri ad generale pondus Regni predictis mercatoribus vel alteri eorum debeas assignare . Si vero aliquo accidente casu in hoc termino de predicta pecunia per te quietati non essent . deinde in antea quamdiu solutio differetur. de eadem pecunia quam recepturus es a Iustitiario memorato eisdem mercatoribus exhibere debeas pro dampnis & interesse . quatuor Venetianos per mensem pro qualibet Vncia . & nichilominus solvas eis totam quantitatem predictam quam debent habere . Tu tamen ita studeas & procures . ut per totum presentem mensem Martii sicut eis conventum est quietentur ne per moram Curia nostra dampnum incurrat . de solutione autem quam feceris facias & recipias ab eis aliud scriptum competens ad Curie nostre cautelam . recepturus ab eis patentes licteras nostras quas eis inde duximus faciendas .

Pro Iohanne Carboncello & fratre pro unciis CVII.

Eodem die . Similes patentes facte sunt pro Iohanne Carboncello . & Petro Carboncello fratribus mercatoribus Romanis de libris Venetianorum grossorum XXVI. & solidis XV. pro Vnciis auri CVII. ad generale pondus . ad rationem de solidis V. per Vnciam . qui debent quietari hinc ad tres menses completos . & si aliquo accidente casu tunc quietati non essent . debent habere pro dampnis & interesse in antea quamdiu solutio differetur de supradictis centum Vncis . tres Vncias auri .

Ad Secretum Messane pro eisdem.

Item . Scriptum est Secreto Messane . Quod de predicta quantitate in termino ipso . de interesse & dampnis ad rationem predictam si solutio differretur . eos debeat quietare . ita tamen curaturus . quod per sui negligentiam Curia dampnum non incurrat . quibus quietatis . recipiat ab eis patentes licteras que facte sunt eis . & faciat aliud scriptum competens ad Curie cautelam .

Martio in Viterbio .

Pag. 86.

Sequitur de eodem mutuo.

Pro Petro de Algaruchio & socio de unciis CCXXII. & tarenis VIIII.

XIII. Facte sunt similes patentes & clause lictere ad eumdem Secretum Messane pro Petro de Algaruchio & Stephano de Cesar. Romanis de Venetianorum grossorum libris LV. & solidis XI $\frac{1}{2}$ pro Vnciis CCXXII. & tarenis VIIII. eodem termino & forma solvendis .

Pro Algaruchio filio Sixti & sociis de unciis CXXXVIIII. & quarta.

Eodem die . Facte sunt similes patentes & clause ad Magistros Sicle Brundusii pro Algaruchio filio Sixti . Iohanne de Algaruchio . Petro de Algaruchio de Tiniosis . & Andrea Doccamazo Romanis de libris Venetianorum grossorum XXXIII. solidis XVI. & denariis III. pro Vnciis auri CXXXVIIII. & quarta eodem termino & forma solvendis.

Pro Algaruchio filio Iohannis & sociis de unciis CCLXVIII $\frac{1}{2}$

Eodem die . Facte sunt similes patentes & clause ad predictos Magistros Sicle Brundusii . pro Algaruchio filio Iohannis Algaruchii Tiniosi . Sixto Iohanne Algaruchii de Tiniosis . & Petro Tinioso Romanis de libris Venetianorum grossorum LXVII. & solidis II $\frac{1}{2}$ pro Vnciis auri CCLXVIII $\frac{1}{2}$ eodem termino & forma.

Pro Petro Iurda & socio de unciis CX.

Eodem die . Facte sunt similes patentes & clause ad predictos Magistros Sicle Brundusii pro Petro Iurda . & Gualterio de Cesar. Romanis de libris Venetianorum XXVII $\frac{1}{2}$ pro Vnciis auri CX. eodem termino & forma solvendis .

Eo-

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea per manus Iohannis de Sancto Germano facte ſunt litere ad dominum Andream de Cicala Capitaneum in hac forma. Robbertus de Sabuco Caſtellanus Arquate fidelis noſter per ſuas nobis licteras intimavit quod cum de mandato Henrici Regis Turrium & Gallure filii noſtri & tuo vellet Caſtrum Veczani recipere ad honorem & fidelitatem noſtram cuſtodiendum. & una cum hominibus Arquate juxta mandatum dicti Regis & tuum. expugnaverit Caſtrum ipſum. quo poſſet idem Caſtrum dominationi noſtre ſubicere. major pars hominum Caſtri ejuſdem. nobis fidelitatis juramenta preſtarunt. & aliis quibuſdam receptantibus ſe in munitionibus Caſtri cum Caſtellano predicto pactum inietunt de reddendo ſibi Caſtro ad opus noſtrum ſi infra menſem non poſſent habere ſuccurſum. Cumque completo termino Caſtellanus vellet ad recipiendum Caſtrum accedere. homines Arquate fraudolenter occupaverunt Caſtrum ipſum preter conſcientiam Caſtellani. & illud funditus diruentes. bona mobilia illuc inventa valentia Vncias auri centum. nequiter aſportarunt. Quia igitur exceſſus hujuſmodi noſtra celſitudo abhorret. fidelitati tue mandamus quatenus inquiſita ſuper hys diligentius veritate. ſi rem inveneris ita eſſe ſicut ſuperius continetur. bonis predictis ad opus Curie noſtre receptis. preſatos homines Arquate ad honorem noſtri Culminis taliter punias de predictis ipſorum nequitiam reprimendo. quod ipſis ſit ad penam & ceteris ad terrorem.

G. de Anglone Iuſtitiario in Sicilia citra flumen falſum contra Vinitum de Palagonia.

Eodem die. De ſuperiori mandato ad Guillelmum de Anglone Iuſtitiarium in Sicilia citra flumen falſum ſcripſit idem per A. de Marra. Innotuit celſitudini noſtre quod quidam Vinitus de Palagonia tempore prime orte diſcordie inter nos & Eccleſiam cum quibuſdam conſanguineis & complicibus ſuis procuravit quod terra Leontini juravit tunc Pape nunc autem poſt preſentem inter nos & dictum Papam ortam diſcordiam in multorum fidelium noſtrorum ſcandalum enormia verba. ſicut audivimus obloquitur in detrimentum noſtri nominis & honoris. Quod cum noſtram tolerare non deceat Majeſtatem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus inquiras ſuper premiſſis diligentius veritatem. & ſi inveneris quod dictus Vinitus tractaverit ac procuraverit quod terram Lentini tunc temporis juraverit Pape & poſt preſentem diſcordiam fuerir oblocutus de nobis ipſum tam de predicta terra quam de toto Regno expellas bonis ſuis omnibus ad opus noſtre Curie infiſcatis nichilhominus in conſanguineos & fautores ſuos proceſſurus prout juſtitia exigit & honori noſtro videris expedire.

Martio in Viterbio.

Pag. 86. adv.

Ad Camilevarium de Papia de avibus non mictendis ad mutam.

XIIII. *Ejuſdem. De mandato facto per dominum Iohannem de Logotheta ſcripſit G. de Tocco Camilevario de Papia.* Mandamus fidelitati tue. quatenus omnes Giroſalcos Falcones & aves noſtras quas habes in cura que volant & adhuc ſunt abpte ad volandum differas mictere in mutam uſque ad aliud mandatum noſtrum.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit Gualterius de Cuſentia Secreto Meſſane. Benigne recepimus &c. quod autem culmini noſtro ſignificaſti per eas te dudum ſacras noſtras licteras recepiſſe de ſolvendo Petro Iohannis Algarurii civi Romano & ſocio quamdam pecunie quantitatem pro mutuo quod Camere noſtre fecerant & licet ut ſcripſiſti in licteris noſtris proinde tibi miſſis nomen tuum inferius non eſſet inſcriptum ſet tantum exterius tu dampnum Curie noſtre vitans. ſolviſti eis quantitatem in licteris noſtris contentam placet nobis & tuam in hoc diligentiam commendamus.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit Iohannes Ltronti Angelo de Marra. Vt faciat rationem de quantitate temporis elapſi & reſiduo quod Paulus de Gregorio mercator Romanus pro ſe & ſociis ſuis dicit ſe habere debere pro dampnis & intereſſe ratione mutui quod idem Angelus ipſis reſtituit de mandato familiarium Capuani & Ravellenſis.

Facte ſunt preſentes lictere ſecundum formam aliarum que ſcripte ſunt tertio Februarii in Fulineo.

Item.

Item . Similiter liĉtere facte ſunt ad eumdem Angelum pro Nicolao Ruffo procuratore Henrici Iohannis Petri Baſtardi & Iohannis Tridente civium Romanorum.

XV. Martii ibidem . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii . Expoſuit Majeſtati noſtre Petrus Magiſtri Gentilis de Fileĉta lator preſentium fidelis noſter . quod cum Raynerius de Fileĉta propter homicidium quondam Gentilis Bajuli ejuſdem terre quod idem Raynerius cum Iacobo fratre ſuo dicitur commiſiſſe per Iohannem de Senicio tunc Magiſtrum Camerarium noſtrum in Aprutio tertia parte Caſtri Fileĉte & bonis ſuis omnibus fuerit deſtitutus ſicut per eundem Camerarium Curie noſtre conſtat . Iohannes Theodini ſine permiſſione noſtra filiam prefati Raynerii in uxorem aſſumpſit & tertiam partem ipſius feudi & alias poſſeſſiones ejuſdem de quibus Curia noſtra in poſſeſſione fuerat ratione homicidii ſupradiĉti auſu temerario & auĉtoritate propria aſſumere non expavit . Cum igitur exceſſus hujuſmodi Majeſtatem noſtram non deceat tollerare . fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquiſita ſuper hoc per homines fide dignos diligentius veritate ſi rem inveneris ita eſſe ſicut ſuperius eſt expreſſum. tu prefatum Iohannem Theodini tam tertia parte Caſtri prediĉti quam aliis juribus omnibus que fuerunt Raynerii ſupradiĉti ſic temere occuparis . prorinus deſtitutum . & omnibus bonis ſuis aliis ad opus noſtre Curie publicatis . capias per perſonam & uſque ad mandatum noſtrum diligenter facias cuſtodire . ut ipſe de tanto exceſſu non gaudeat & alii ſimilia non aĉtentent . Significaturus nobis quod exinde duxeris faciendum . Datum &c.

Quas liĉteras detulit Petrus Magiſtri Gentilis de Filcta .

Pag. 87.

Martio in Viterbio .

Baiulis Gaiete pro dandis expenſis Anſelmo Carboni & Iacobo de Atino qui miſſi ſunt pro trahendis & nutriendis falconibus .

XV. Martii XIII. Indiĉtionis apud Viterbium . De Imperiali mandato facto per T. Comitem Acerrarum . Scripſit Notarius Iacobus de Bantra Bajulis Gajete . Quia miĉtimus ad partes veſtras Anſelmum Carbonem Valleĉtum & Iacobum de Atino fideles noſtros pro trahendis falconibus & nutriendis . fidelitati veſtre mandamus . quatenus ipſi Anſelmo a proximo preteritis Kalendis Martii pro ſe duobus ſcutiferis & tribus equis & nominato Iacobo pro ſe uno ſcutifero & uno equo . ab eo die quo ſe ad ſervitium contulit ſupradiĉtum . & quamdiu in antea pro eodem ſervitio noſtro moram fecerit in eiſdem partibus expenſas juxta aſſiſam Curie tribuatis . & pro eiſdem falconibus trahendis & nutriendis . faciatis ad eorum requiſitionem exhiberi eis neceſſaria ſicut conſueverunt alii ejuſdem terre bajuli exhibere dudum hys quos illuc miſimus pro ſervitio ſupradiĉto . Et quia iidem ituri ſunt pro eodem ſervitio ad partes Neapolis Volumus quod cum illuc eos ire contingerit . ſignificetis Compalatio ipſius terre per liĉteras veſtras pro quibus & quot diebus expenſas eis dederitis . ut in antea dum ibi fuerint expenſas ipſas recipiant ab eodem . formam denunciationis ejuſdem diĉto Compalatio per omnia ſervaruro . Datum .

Compalatio Neapolis pro eiſdem .

Eodem die ibidem . De eodem mandato ſcripſit idem ad Compalatium Neapolis . Quia miĉtimus ad partes ipſas Anſelmum Carbonem Valleĉtum & Iacobum de Atino fideles noſtros . pro trahendis falconibus & nutriendis . fidelitati tue mandamus . quatenus eidem Anſelmo a proximo preteriris Kalendis Martii pro ſe duobus ſcuteriis & tribus equis . & nominato Iacobo pro ſe uno ſcuterio & nno equo ab eo die quo ſe ad ſervitium contulerit ſupradiĉtum . & quamdiu in antea pro eodem ſervitio noſtro moram fecerit in eiſdem partibus expenſas juxta aſſiſam Curie tribuas & pro eiſdem falconibus trahendis & cuſtodiendis facias ad eorum requiſitionem exhiberi eis neceſſaria ſicut conſueverunt alii Compalatii exhibere dudum hys quos illuc miſimus pro ſervitio ſupradiĉto . Et quia iidem ituri ſunt pro eodem ſervitio noſtro ad partes Gajete Volumus quod cum eos illuc ire contingerit . ſignifices bajulis ipſius terre per liĉteras tuas pro quibus & quot diebus expenſas eis dederis ut in antea expenſas eaſdem ipſi eis tribuant dum ibi fuerint & Neapolim re-

ver-

vertentur eisdem Bajulis formam denunciationis ipsius servaturis. Datum &c.

R. de Polcar. quod exhibeat uncias tres predicto Anselmo pro uno roncino.

Eodem die ibidem. scripsit P. de Capua. De mandato facto per Magistrum Roggerium de Camera ad Riccardum de Polcar. Cum Anselmum Carbonem Vallectum & fidelem nostrum ad partes ipsas pro trahendis & nutriendis falconibus nostris mictamus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem Anselmo Vncias auri tres ad pondus Curie nostre. pro emendo uno roncino de pecunia Curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere. & recipias ab eo exinde apodixam. Datum &c.

Iudici Iacobo de Sanctis recollectori pecunie in Calabria & Sicilia citra flumen salsum pro Iohanne Vulcano.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Iudicem Petrum de Vinea scripsit Iacobus de Bantra Iudici Iacobo de Sanctis recollectori pecunie in Sicilia citra flumen salsum. Mandamus & precipimus fidelitati tue quatinus Iohanni Vulcano civi Neapolitano provisori Castrorum ipsarum partium fideli nostro pro se tribus scuteriis & quatuor equis expensas dare procures juxtam assisam Curie nostre quando fuerit in servitio supradicto hys videlicet tantum diebus quibus juxta mandatum nostrum exercuerit officium antedictum.

Criscio Amalfitano de XL. unciis magistri Gualterii de Ocra & ratione recipienda ab Procuratore Ecclesie Valvensis.

XV. De Imperiali mandato facto per dominum Taddeum. scripsit Laurentius Criscio Amalfitano de Capua. Quia Magister Gualterius de Ocra Cappellanus Notarius & fidelis noster. dudum pro nostris servitiis laborando. debitum quadraginta Vnciarum auri contraxerat. quod solvi providimus de proventibus Valvensis Ecclesie & diocesis spectantibus ad Episcopum tam in Ecclesiis quam Vassallis. Prolomeo de Castellione Iustitiario quondam Aprutii scripsisse recolimus ut ad requisitionem Andree Prepositi & Abbiusi Canonici Valvensis Ecclesie & Thomasii Procuratoris Ecclesie Sancti Panphili ac juxta provisionem eorum faceret imponi Vassallis ipsius Ecclesie Vncias supradictas. & reciperet ab eisdem. eas dictis Procuratoribus tune temporis de novo statutis nomine dicti Magistri G. soluturus. & si quid foret residuum. quod ab eisdem Vassallis solvi non posset. de proventibus predictarum Ecclesiarum & diocesis eorum procurationi commissis. dicti Procuratores solverent. & hoc ideo. ne occasione hujusmodi. collecta illius temporis impediri valeret. Nuper autem dicti Vassalli nobis humiliter supplicarunt. quod cum quedam quantitas non minor duodecim Vnciarum auri. ex impositione dicti Iustitiarii & receptione Procuratorum ipsorum. ab ipsis Vassallis fuerit persoluta. nunc etiam adveniente presenti collecta. sue ut afferunt ad utrumque persolvendum non suppetant facultates. providere ipsis de nostra gratia dignaremur. Nos igitur & collecte presentis impedimentum omnino. & intolerabile fidelium nostrorum gravamen ac diminutionem solvendi debiti declarati vitati volentes. B. Pissono Iustitiario Aprutii scribimus ut si ei constiterit de hys que continet supplicatio predictorum. eos nec requirat exinde nec requiri permictat & quicquid invenerit tibi notificet. quod in hys discrete procedas. Quare mandamus quatenus a Prouratoribus ejusdem Ecclesie qui fuerunt ex quo vacavit usque ad id temporis quo eam Procuratoribus supradictis nomine presati Magistri G. commisimus procurandam. de tempore quo Procuratores fuerunt ut dictum est. recipias diligenter & fideliter rationem & postquam tibi constiterit per dictum Iustitiarium & per inquisitionis tue studium de hys que dicta supplicatio continet. residuum debiti quod inveneris non solutum de perceptis tempore illo proventibus juxta prioris mandati nostri tenorem. suppleas ad opus dicti Magistri G. Procuratoribus memoratis & residuos ad opus nostrum recipias sine mora. cautus & diligens ne vel in ratione ponenda vel perceptis proventibus nostris possit aliquatenus Curia defraudari.

Later Procurator vassallorum nomine Adam de Popero habetator qui detulit alias similes Iustitiario Aprutii scriptas eodem die in quaterno generali.

Martio in Viterbio.

Pag. 87. adv.

Camerario Aprutii pro corredo.

XVI. Ibidem. De mandato facto per Magistrum Iohannem de Palmerio scripsit P. de Capua ad Criffium Amalfitanum Camerarium Aprutii. Cum premictamus Petrum de Capua emptorem Curie nostre pro ordinando corredo nostro. Mandamus quatenus omnia que tibi inde oretenus ex parte Culminis nostri dixerit idem Petrus. indubitanter credas & efficaciter exequaris. Datum &c.

Pag. 88. *Martio in Orta.*

R. de Montefusculo pro preparandis domibus Capitinate & vino de Gallopp.

XVI. *Martii. Mandante domino Imperatore ad Iustitiarium Capitinate scripsit Magister Roggerius de Camera.* Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus domos omnes nostras in Iurisdictione tua instanter facias preparari. & sic necessariis omnibus premuniri ut in felici adventu nostro quem ecce dante domino festinamus necessariorum omnium copiam affluenter inveniamus in eis. Mandamus preterea tibi. quatenus licteras nostras que mictuntur Compalatiis Neapolis pro mictendis ad te ad opus nostrum ceotum barrilibus vini de Gallopp. quod aput Neapolim ad eos per Secretum Messane per mare micti mandavimus ad eosdem sine mora transmictas. quod vinum cum ad te pervenerit ad opus nostrum recipias & facias conservari.

Compalatiis Neapolis pro vino de Gallopp.

Item eodem die. De eodem mandato. scripsit idem Notarius ad Compalatios Neapolis. Mandavimus dudum vobis ut centum barrilia vini de Gallopp. quod per Secretum Messane ad vos per mare micti mandavimus cum sommariis ad nostram presentiam micteretis. quod cum nondum ad presentiam nostram pervenerit. fidelitati vestre iterato mandamus. quatenus dicta centum barrilia si ad vos perveneruot. in Capitinatam cum sommeriis destinetis. omni mora cessante Iustitiario Capitinate assignanda cui de recipiendis ipsis ad opus nostrum mandatum dirigimus speciale.

Custodibus Camere Melfie pro recipiendis quaternionibus q. Petri de Canneto.

Eodem die. scripsit Notarius Petrus de Capua Custodibus Camere Melfie. Fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus quaterniones quondam Petri de Canneto quos vobis lator presentium assignabit recipere procuretis & ita fideliter ac diligenter custodiatis eosdem. ut studium vestrum exinde commendamus.

Alexandro filio Henrici Responsales.

Eodem die. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit G. de Tocco Alexandro filio Henrici. Plures licteras fidelitatis tue plura capitula continentes benigne recepimus. & ecce tibi ad singula respondemus. Primo de navi onerata frumento quam ad R. Filangerium Marescallum & fidelem nostrum Sacri Imperii in Siria Legatum tibi mandavimus destinandam pro stipendiis militum qui cum ipso morantur ad servitium nostrum de quo nostro Culmini rescripsisti quod duabus tantum navibus nostris inventis Brundusii Curie nostre & mercatorum victualibus oneratis de mandato Ammirati fidelis nostri unam aliam navem cujusdam Civis Brundusii in qua Curia nostra tertiam partem habet invenisti capacem duarum milium salmarum frumenti. placet Majestati nostre. ut navem ipsam cum duobus milibus salmis frumenti ad dictum Marescallum fidelem nostrum transmictas. Verum quia scripsisti te noo habere de frumento Curie nostre pro predicto mandato complendo. ecce scribimus R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate fideli nostro & fratri A. statuto in Berseotino fideli nostro ut de frumento nostro quod habent quod tibi defuerit suppleant ut deinde mandatum nostrum efficaciter exequaris. In uno tamen te fore volumus circumspectum quod quia sicut credimus binas licteras de navi onerata frumento mictenda ad Marescallum predictum a nostra celsitudine recepisti. noo intelligas de binis navibus transmictendis. set sis una tantum mictenda conteotus in modum predictum.

Pro navi onerata frumento mictenda in Siriam ad Marescallum.

De hys que fecisti in Castris nostris Bari & Trani oportune sicut scripsisti. & de expensis quas Castellanis novis ibidem statutis fecisti per absentiam Iudicis Philippi de Aversa & provisoris Castrorum nostrorum ipsarum partium quas necessarium erat dari. & quod fecisti fieri in Castro Andrie ubi F. filius noster moratur. placet nobis. quod ad Curie nostre commodum facere curavisti.

De expensis factis in castris Bari Trani & Andrie.

De mandato quod dicis Ammiratum fecisse duaneriis nostris Brundusii per licteras suas. ut scalaticum non reciperet de victualibus mercatorum pro eorum navibus onerandis quod sicut dicis olim duanerii recipere debuerunt. ecce eumdem Ammiratum ad presentiam nostram vocavimus. & ipso veniente tam de hys quam de aliis quod excellentia nostra melius viderit statuemus. Interim autem quousque nostrum inde beneplacitum injungamus scalaticum recipi facias secundum quod a duaneriis sicut scri-

De scalatico recipiendo a duaneriis Brundusii. sicut recipi consuevit.

ſcripſiſti recipi conſuevit. De eo quod ſcripſiſti. quia ſtatuti ſuper portu Sancti Cataldi de Baro petunt a te ut mercatores Baroli habentes victualia cogas deferre victualia ipſa ad portum ipſum. cum vicinius poſſent deferre & commodius ad portum Rivul. ubi non minus quam in portu Sancti Cataldi utilitas noſtre Curie procuratur. & ſuper expenſis dandis nuntio Greco qui eſt Fogie qui a Curia noſtra rediit ecce quod venimus feſtinantes in Regno noſtro. & proxime erimus Fogie ubi noſtro conſpectui comparebis. & ſtatuemus de hys quod ad honorem & commodum Curie noſtre viderimus ſtatuendum.

De portu S. Cataldi.

De expenſis nuncii greci qui eſt Fogie.

Item. Scripſit Iuſtitiario Capitinate. Vt de frumento quod habet Curie ſuppleat quod defuerit Alexandro filio Henrici. de quantitate victualium predicta. ſuppleat una cum fratre Ademario ſtatuto ſuper Berſentin. ut mandatum domini de navi onerata frumento predicto deinde compleatur. & recipiat de eo quod dederit apodixam.

Iuſtit. Capitinate pro dando victuale quod defuerit Alexandro filio Henrici.

Similiter ſcripſit eidem fratri Ademario. quod faciat ut predictum eſt una cum Iuſtitiario ſupradicto. & recipiat de eo quod dederit apodixam.

Fratri Ademario de eodem.

Martio in Amelia.

Pag. 88. adv.

XVII. De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Sueſſa ſcripſit Iacobus de Bantra Riccardo de Pulcar. Intellexit Serenitas noſtra quod eum Angelo de Marra denunciatum fuerit quod Silveſter de Sancto Paulo Civis Sueſſe quamdam terram detinebat in loco qui dicitur Daurie noſtre Curie pertinentem. idem A. volens eam ad manus Curie noſtre revocare. ſi de jure eſſet revocanda. inquiſitionem exinde per Iudicem A. de Sueſſa fecit fieri diligentem. & quia remotus fuit ab officio ſibi commiſſo ad ipſius rei cognitionem. vel ad revocationem ejuſdem terre pro parte noſtre Curie non proceſſit. Inquiſitione prefata adhuc aput ipſum Iudicem exiſtente. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eadem inquiſitione recepta a Iudice ſupradicto & diligenter inſpecta. requiſito etiam per te S. predicto. ut tibi rationes ſuas ſi quas habet oſtendat. viſis & conſideratis eiſdem terram ipſam ſi de jure videris ad noſtram Curiam revocandam. pro parte ipſius Curie noſtre ſtudeas revocare. quam ſi videris non fuiſſe ſufficientem factam pro Curia noſtra. tu ipſam iterato facias diligentem & cautam. per quam & jus Curie noſtre pateat & tuum inde ſtudium commendetur.

Ad Riccardum de Pulcara ſuper revocanda terra quam tenet Silveſter de S. Paulo in loco qui dicitur Daurie.

Item. De mandato facto per Iudicem T. de Sueſſa ſcripſit Iacobus de Bantra R. de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris. Cum de innata benignitate noſtra de quantitate preſentis collecte hominibus Sueſſe fidelibus noſtris impoſita centum Vncias auri duxerimus remictendas. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de quantitate predicta nominatas centum Vncias ipſis fidelibus noſtris dimictas. reliquas ad opus Curie noſtre recolligi faciens ab eiſdem.

Ad R. de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris pro centum unciis remiſſis Sueſſanis de preſenti collecta.

Item Reſponſum eſt ſuper hoc Vniverſitati Sueſſe.

XVII. Martii. Mandante domino Imperatore per Iudicem Petrum de Vinea ad Riccardum de Pulcar. ſcripſit Roggerius de Salerno. Dudum recolimus mandaſſe G. de Cicala fideli noſtro. quod pro rehedificandis domibus de Libibazan. & Gilii Bibozi Civium Romanorum Romam ſe debet conferre. & dediſſe Angelo de Marra fideli noſtro qui tunc in partibus terre Laboris & Principatus juriſdictionem exercebat noſtris licteris in mandatis ut requiſitionem ejuſdem G. pro reparatione domorum ipſarum ſibi ſufficientem pecuniam exhiberet. qui G. juxta mandatum noſtrum dicitur proceſſiſſe. quo uſque per eumdem Angelum ſibi fuit oportuna pecunia miniſtrata. nunc autem ne per ammotionem ab officio ipſius Angeli opus domorum ipſarum compleri deſiſtat dum non ſit qui pro eodem opere oportunam pecuniam debeat miniſtrare eidem G. cum velimus quod in complemento ipſarum domorum nullus habeatur defectus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requiſitionem dicti G. pro complemento operis domorum dictarum ſufficientem pecuniam debeas exhibere juxta quod de mandato noſtro dictus A. de Marra eidem conſuevit pro eodem opere exhibere.

Item eodem die ſcriptum eſt G. de Cicala.

Ad G. de Ciccala quod pro reficiendis domibus ipsis conferat se ad urbem.

cala. Dudum tibi dedisse recolimus in mandatis ut super reparatione domorum de Libabazan. & Gilii Bibozi Civium Romanorum in Vrbe intenderes cum pecunia Curie nostre quam ab Angelo de Marra debeas recipere. ad quarum reparationem domorum dum tamdiu intenderes quousque. fuerit necessaria pecunia per eumdem Angelum ministrata. Intelleximus quod eodem A. ab officio suo ammoto ab ipsarum domorum reparatione tu destitisses. ne igitur propter expensarum subtractionem complementum ipsarum domorum patiatur defectum. quas omnino volumus percompleri. Ecce quod Riccardo de Pulcaro damus nostris licteris in mandatis ut ad requisitionem tuam pro domibus ipsis sufficientem pecuniam debeat exhibere propter quod fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus a prenominato R. pecuniam sufficientem requiras & conferas te ad Vrbem & ad complementum ipsarum intendas & des operam quod celeriter compleatur. juxta quod tibi super hoc dudum dedimus per priores nostras licteras in mandatis.

Pag. 89.

Martio in Arrono.

Responsales G. de Guasto.

XVIII. *De Imperiali mandato facto per dominum Taddeum. scripsit Laurentius Guidoni de Guasto provisori Castrorum in Apulia &c.* Licteras &c. Quod autem significasti Castra tue provisioni commissa & specialiter Castrum Ydronti cujus due turres ex maris percussione continua minanrur ruinam. reparationibus indigere. & quod in domibus solatiorum nostrorum preter quam in domibus Capitinate. reparatio necessaria est. nec pro reparandis eis a collectore Apulie qui dicitur infirmari. nec ab aliquo alio cum mandatum factum sit collectori predicto pecuniam habere aliquatenus potuisti. ecce quod eidem collectori precipimus iterato. quod pro reparatione necessaria domorum nostrarum & Castrorum si expedit ad requisitionem tuam debeat expensas necessarias ministrare. tibi etiam expensas exhibeat. pro te tribus scuteriis & quaruor equis. Tu vero de Castro Ydronti & aliis reparandis inquisitionem fieri facias diligentem per Iustitiarium regionis utrum ad reparationem eorum homines locorum vel contrate aliquatenus teneantur. & quos teneri compereris. ad hoc cogi facias. ut jura nostre Curie non omictas. & in defectum hominum videlicet cum non inveniuntur ad id teneri. ad pecuniam Curie nostre recurras. ut ex ruina dampnum improvide non contingat.

De castris & domibus reparandis.

De expensis ejus.

Iudici Philippo de Aversa collectori in Apulia pro reparandis castris & domibus.

Item Iudici Philippo de Aversa collectori in Apulia &c. Significavit Excellentie nostre. Guido de Guasto provisor Castrorum in Apulia fidelis noster quod Castra quedam jurisdictionis sue ac specialiter Castrum Idronti in duabus ejus turribus. que minantur ex continua maris percussione ruinam. domus etiam solatiorum nostrorum preter domos Capitinate. reparatione indigent. quibus nisi subveniatur ad presens. magnum ex ruina periculum poterit pervenire. Cum igitur mandemus eidem. quod in omnibus locis in quibus reparatio Castrorum aliqua necessaria est per Iustitiarios regionum inquisitionem fieri faciat diligentem. & si per eam homines locorum vel contrate ad reparationem teneri constiterit. ipsos ad hoc compellere non omictat alioquin ad pecuniam Curie nostre recurrat. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus pro predictis ut expedit reparandis. cum idem G. a te duxerit requirendum necessarias expensas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere. ubi tamen tibi constiterit inquisitiones factas & per eas non constare quod aliqui ad reparationis servitium teneantur. Si vero expensas exhibeas. juxta assisam Curie nostre pro se tribus scuteriis & quatuor equis. hys certis diebus. quibus morabitur in servitio sibi commisso ipsum officium exercens.

De expensis provisoris castrorum.

Crischio Amalfitano de mutatione Silvestri de S. Paulo collectoris in Aprutio.

Item Criscio Amalfitano de Capua &c. Venientis ad nos Silvestri de Sancto Paulo fidelis nostri relatio nos induxit. quod cum recollectionis officium jam sibi commissum. per nullum alium ita bene. sicut per Iustitiarium & te posset in Aprucio exerceri. rationes probabiles inducendo. ipsum ab eodem amovere officio dignaremur. Ne autem nostra servitia dispendium aliquod seu defectum ex hujusmodi mutationibus quas inducit temporis necessitas patiatur. fide-

delitati tue precipiendo mandamus quatenus juxta quod per alias licteras nostras tibi mandavimus pecuniam & proventus Curie nostre sicut percipiebantur hactenus a predecessoribus tuis & tu ratione officii recipias que in hys quibus expendebantur pro servitiis nostris exigente officio sicut in munitione Castrorum videlicet in solidis & victualibus. nec non aliis que nos ipsi precipimus per licteras speciales expendas. Mandamus etiam ut Iohanni de Raymo provisori Castrorum in Aprutio pro se tribus scuteriis & quatuor equis. juxta assisam Curie expensas debeas exhibere hys certis diebus quibus morabitur in servitio sibi commisso ipsum officium exercendo.

Et expensis Iohannis de Raymo provisoris Castrorum.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit G. de Tocco licteras patentes. Iustitiariis Magistris Camerariis Bajulis & Vniversis Officialibus per Iustitiariatum Aprutii & Capitinate constitutis. Quia premictimus Hectorem de Marra &c. usque Fogiam cum militibus Lombardis qui de mandato nostro veniunt in Regnum pro servitio nostro. quibus in omnibus necessariis plene volumus providere sicut eidem Magistro Iustitiario dedimus oretenus in mandatis. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem ejusdem Magistri Iustitiarii quecumque pro sustentatione necessaria dictorum militum Lombardorum a vobis requisierit ei sine difficultate qualibet tribuatis quousque se inde apud Fogiam cum eisdem militibus presentabit. de hys vero que sibi dederitis recipiatis ad cautelam debitam apodixam.

Lictere patentes pro Iustitiario Aprutii & Capitinate de dandis expensis militibus Lombardis.

Pag. 89. adv.

Martio apud Introducum.

XVIII. *Ejusdem. De mandato Imperiali scripsit G. de Tocco ad Nycolinum Spinulam Ammiratum.* Licteras fidelitatis tue & ipsis interclusa capitula consueta benignitate recepimus & intelleximus diligenter. Verum quia tibi per alias licteras nostras mandavimus ut ad presentiam nostram festinus accedas tibi licteris nostris non duximus respondendum expectantes verbotenus de hys & aliis tibi nostram precipere voluntatem. Venias ergo sine mora ad conspectum Celsitudinis nostre audituros mandata nostra que tibi imponenda duxerimus qui feliciter in Regnum nostrum reversi sumus divina gratia largiente.

Ad Admiratum Responsales ut veniat.

Item R. Pulcaro. Licteris fidelitatis tue benigne receptis & earum intellecto tenore fidelitati tue mandamus. ut quia in Regnum nostrum feliciter domino faciente reversi sumus ad presentiam nostram venias. sicut tibi per alias licteras nostras mandavimus auditurus super hys que tue lictere continebant & aliis nostre beneplacitum Magestatis.

Ad R. Pulcar. Responsales ut veniat.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Magistrum . . . . scripsit Iacobus de Vantra Archiepiscopo Salernitano. Intellexit Serenitas nostra quod cum post mortem quondam Abbatisse Monasterii Sancti Georgii de Salerno non denunciato Curie nostre obitu suo sicut moris est. nec optenta a nobis licentia eligendi quedam Moniales ipsius Monasterii ad electionem faciendam processerint & alie contradixerint eis & noluerint ipsi electioni interesse. pro eo quod in prejudicium dignitatis nostre videbatur illicite attemptatum. & ad nos proinde appellaverint. tu propter hoc eas excommunicationis vinculo innodasti. Cum igitur dignitatem nostram quam in cunctis Ecclesiis Regni nostri habemus super electionibus faciendis illibatam velimus ab omnibus observari. & mandemus Conventui Monasterii supradicti quod omnes insimul congregate nominationem tacitam facere debeant. de persona fideli. de genere fidelium orta & que ad ipsius Monasterii regimen sufficiens sit & digna. fidelitati tue mandamus. quatenus si est ita. Moniales predictas ab ipsa excommunicatione absolvere debeas. ut eidem nominationi faciende libere possint cum aliis interesse. Sciturus quod si presens mandatum nostrum non sine prejudicio Iuris & dignitatis nostre differres id non deceret Majestatem nostram equanimiter tolerare.

Ad Archiepiscopum Salernitanum pro censura super electione Abbat. Sancti Georgii de Salerno.

Scriptum est Conventui Monialium ejusdem Monasterii Sancti Georgii in consueta forma de nominatione tacita in eadem Ecclesia facienda.

Scriptum est Andree de Cicala Capitaneo. Vt Abbatissa Sancti Michaelis de Salerno qui super premissis Imperiali

riali Curie nunciandis ad Curiam laboravit . si constiterit sibi eam nullas proinde habuisse expensas secundum facultates ejusdem Monasterii Sancti Georgii & negotii qualitatem restitutionem expensarum fieri faciat competentem.

Pag. 90.

Martio apud Sanctum Maximum.

XX. *De mandato Imperiali facto per Magistrum Roggerium de Petrasturm. scripsit Iohannes Idronti Obberto Fallamonacho Secreto Panormi* . Quia Nicolotum de Panormo falconerium & fidelem nostrum mictimus pro extrahendis falconibus & custodiendis ad opus nostrum de areis Hostice. Facyniani. Maritime. Lampeduse. Pantellarie. & locorum aliorum Iurisdictionis tue . fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem pro se duobus scuteriis & tribus equis morantibus in eodem servitio nostro juxta assisiam Curie nostre in Regno de pecunia Curie nostre que est per manus tuas expensas & pro falconibus nostris quos ipsum tibi habere constiterit necessaria & eorum custodibus debeas exhibere. recepturus &c.

Pag. 90. adv.

Martio in Piscaria.

Littere ad B. Piscionum Iustitiarium Aprutii.

XXII. *Ejusdem : De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua B. Pisciono Iustitiario Aprutii*. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Robberto de Castilione fideli nostro pro duobus preteritis mensibus quibus expensas a nostra Curia pro defectu pecunie non recepit expensas dare debeas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas videlicet pro se locio uno & X. equis Vncias auri XXVIII. & mediam ad pondus Curie nostre & recipias ab eo exinde apodixam.

Eodem die. Scriptum est eidem in eadem forma pro Iacobo de Cellis pro se & equis septem de Vnciis auri XVIIII. & mediam. Gentili de Preturo pro se & equis X. de Vnciis auri XXVIII. & media. Pandulfino de Preturo pro se & equis tribus Vncias auri VIIII.

Pro Curia.

Item. Eidem pro Oddone de Cellis de Vnciis auri X.

Pro Curia.

Item R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris pro Adenulfo de Aquino pro se socio uno & equis XII. de Vnciis auri XXXVI. Riccardo de Anglono pro se socio uno & equis X. de Vnciis XXVIII. & media. Vitale de Avent. pro se socio uno & equis X. Vncias XXVIII. & mediam. Guillelmo de Palma pro se & equis VII. Vncias auri XVIII. & mediam. Goffrido de Valle similiter. Oddone de Avenabulo similiter. Thomasio de Dragone similiter. Petro de Dragone. Senebaldo de Fossaccca & Hugolino fratre ejus pro se & equis duobus Vncias auri XVIII. Marino Caraczulo pro se & equis duobus Vncias auri VI.

Pro Curia.

Item Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus pro Riccardo de Rocca Hostiario cum fratre & septem equis Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$ pro Guillelmo Francisio pro se socio uno & equis decem Vncias XXVIII $\frac{1}{2}$. Guillelmo de Sancto Severino pro se socio uno & equis decem Vncias XXVIII $\frac{1}{2}$. Goffrido de Morra pro se & duobus militibus stipendiariis Vncias XXX. Riccardo Filangerio pro equis septem Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$.

Item Riccardo de Montefusculo Iustitiario Capitinate pro Iohanne Mustacio cum septem equis Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$ pro Rogerio de Parisio similiter cum septem equis Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$.

Item Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate pro Vgone de Castello Novo cum equis septem Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$.

Item Landulfo de Franco Iustitiario terre Bari pro Mattheo de Bari stipendiario Vncias X.

Item Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis pro Robberto de Saja socio uno balistrariis duobus & sedecim equis Vncias auri XXXXVI $\frac{1}{2}$.

Item Goffrido de Montefusculo Iustitiario Calabrie pro Iohanne de Logotheta pro se & equis septem Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$. Pro Guidone de Pantosa similiter. Rogerio de Arena pro se & tribus equis Vncias XI. Boamundo de Arena similiter.

Item Guillelmo de Anglono Iustitiario Sicilie citra flumen salsum. pro Galbonio Lancea cum equis septem Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$. Hermanno de Camera cum equis septem Vncias XVIIII $\frac{1}{2}$. Caczaguerra fratre ejus pro se & tribus equis Vncias VII $\frac{1}{2}$.

Postmodum quia predicti exposuerunt. Quod dictus Guillelmus prius fuit ab offi-

officio Iuſtitiariatus amotus. quam eis predictam quantitatem ſolverit X. Madii XIII. Indictionis apud Fogiam. datum fuit in mandatis Petro de Calabria Iuſtitiario in Sicilia. ut poſtquam ſibi conſtaret. quod prefatus Guillelmus jam dictis Galvagio. H. & Caczaguerra eamdem quantitatem pecunie non exolverit que ſuperius eſt expreſſa. ipſe Petrus quantitatem predictam unicuique videlicet prout ſuperius eſt expreſſum de pecunia Curie que eſt per manus ſuas ad pondus Curie exibere debeat.

Et cum idem Petrus etiam id ad predictas licteras non feciſſet. iterato ſcriptum eſt ſibi. Videlicet ultimo Auguſti XIII. Indictionis in Caſtris in obſidione ſaventie. Quod ſi eſt ita. ipſis predictam quantitatem exolvat. juxta priorum continentiam licterarum. conditione licet ſi nondum mandarum predictum extitit exequutum.

Pag. 91. *Martio XIII. Indictionis. In Precina.*

Ad Robbertum Gentilem ut veniat cum equo.

XXVI. *De mandato Imperiali ſcripſit Magiſter Roggerius de Petraſtur. Robberto Gentili.* Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus viſis licteris. ad preſentiam noſtram accedas ducturus tecum bonum equum tuum ad arma quem habes.

Lictere iſte aſſignate ſunt Iuſtitiario Capitinate.

Ad Iohannem de Rocca ut leporerium ſuum aſſignet latori preſentium.

. *Item ſcripſit Iohanni de Rocca.* Vt Leporerium ſuum viſis licteris aſſignet portirori preſentium ducendum ad preſentiam domini Imperatoris.

Aſſignate ſunt pro mictendo eo.

Pag. 91. adv. *Martio apud Fogiam.*

Ad R. de Pulcar. pro vino mictendo greco grecifco & fiano.

XXVIII. *Ejuſdem. De mandato facto per Magiſtrum I. de Palmerio. ſcripſit G. de Tocco R. de Pulcar.* Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ſine mora mictas ad Curiam noſtram de vino greco ſaumas III. de vino greciſco ſaumas III. de vino fiano ſaumas III. Preterea mandamus ut Berardo Coco Curie noſtre facias dari de bonis piſcibus de Reſina & aliis melioribus qui poterunt inveniri. ut de eis faciat askipeciam & gelatinam pro nobis juxta mandatum noſtrum ad nos celeriter deferenda. Omnia etiam neceſſaria pro hys facias ei ſine defectu quolibet miniſtrari. Datum &c.

Compalatio Neapolis.

Item. Compalatio Neapolis. ut ſi R. Pulcar. preſens non eſſet ipſe omnia predicta exequatur.

Magiſtro Riccardo de Lentino quod veniat.

XXVIIII. *Ejuſdem. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum G. de Tocco ſcripſit G. de Cuſentia Magiſtro Riccardo de Lentino edificiorum prepoſito.* Benigne recepimus licteras &c. de opere aurem Caſtri noſtri Cathanie quod nobis ſignificaſti per eas quia per te de longitudine latitudine muri groſſitie ac aliis omnibus volumus preſentialiter edoceri. fidelitati tue mandamus. quatenus ad preſentiam noſtram debeas re conferre inſtructurus de omnibus. que ad opus predicti Caſtri expediunt. te autem preſente & nobis ſingula deſignante mandabimus exinde quod noſtre placuerit Majeſtati.

Item ſcripſit Guillelmo de Anglone Iuſtitiario in Sicilia ſuper eodem capitulo in predicta forma quod predictus Magiſter R. vocetur.

Caſtellano Tauromeni Reſponſales.

Eodem die ſcripſit Paulo de Ocra Caſtellano Tauromeni. Benigne recepimus licteras &c. Quod autem ſignificaſti te juxta mandatum noſtrum Caſtrorum noſtrorum Tauromeni cuſtodiam recepiſſe & de rebus inventis tria publica ſcripta feciſſe ſimilia tuum ſtudium commendamus. Vnum autem de ſcriptis predictis quod ad Curiam noſtram miſiſti. recepimus. & in noſtra Camera ipſum juſſimus conſervari. Datum.

Ioh. de Cioffo de Baliſtis Curie aſſignandis Secreto.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum R. de Trajecto. ſcripſit G. de Cuſentia Iohanni de Cioffo. Cum baliſtas Curie noſtre quas habes & dudum per te in palatio noſtro Meſſane mandavimus cuſtodiri per Majorem de Plancatone doanerium &c. ad Curiam noſtram micti velimus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus baliſtas ipſas omnes eidem Secreto pro parte Curie noſtre debeas. aſſignare. recepturus ab eo exinde apodixam. Datum.

Martio apud tres Sanctos. Pag. 92.

XXX. *Ejuſdem. De Imperiali mandato*

Ad Andream de Cicala Capitaneum pro Friderico filio Imperatoris.

dato facto per Magistrum R. de Petrasturm. scripsit G. de Cusentia. Andree de Cicala Capitaneo a porta Rosceti usque Trontum. Significavit Excellentie nostre F R. filius noster quod Montanarius Defensonus. Mattheus de Panormo. Maximus de Papero. Gentilis de Papero & Thomasius Gentilis qui dudum procuratores fuerunt tam in Pectorano quam in aliis terris suis & Iacobus etiam de Laurentio qui terras ipsas in presenti procurat rerras ipsas adeo pessime procurarunt in perceptionibus suis. suam potius. quam predicti Frederici utilitatem sequentes. & alias in homines terrarum ipsarum gravantes quod de proventibus earum idem F R. illuc modo se conferens nichil invenit omnino. Addidit etiam quod Castellanus Castri Pectorani cum uxore ipsius F R. que morabarur in Castro ipso & aliis de familia ejus indecenter se gessit. Vnde cum tam de processibus predictorum procuratorum quam ipsius Castellani inquisitionem velimus fieri diligentem ut sciamus de singulis veritatem. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de predictis omnibus inquisitionem facias diligentem. & quicquid inde inveoeris nostre studeas celsitudini nunciare. preterea quia dictus F R. supplicavit Excellentie nostre. ut quia ex presentia dicti Castellani & servientium Castri Pectorani in familia sua quam ibi habet gravari videtur eos exinde amoveri vellemus & ipse per personam aliam quam ibi statuet de custodia Castri ipsius Curiam nostram cautam faciet & securam. mandamus tibi ut diligenter actendas & si ille quem ibi statuere vult fuerit fidelis de genere fidelium ortus dives & sufficiens ad custodiam Castri ipsius & quod non fuerit oriundus de aliqua terra suspecta nec sit talis de quo possit aliquatenus dubitari. set de eo sit nostre Curie plene cautum. amoto Castellano predicto ipsum statui in eodem Castro permictas. ecce enim scribimus eidem Castellano ut facere debeat quicquid sibi duxeris injungendum.

Item scripsit predicto Friderico super predictis capitulis responsales.

Item scripsit Castellano Pectorani. Vt sive de remanendo sive de recedendo a Castro ipso faciat quicquid sibi predictus Andreas de Cicala Capitaneus duxerit injungendum.

Riccardo de Molisio Magistro Marescalle Sicilie pro duobus equis de Barbaria mictendis.

Eodem die. De superiori mandato. scripsit idem Notarius Riccardo de Molisio Magistro Marescalle Sicilie. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus duos equos nostros de barbaria de quibus precepit tibi Philippus Achillon. fidelis noster. quod eos non faceres currere usque ad mandatum nostrum per Planerium scuterium Marescalle nostre fidelem nostrum ad presentiam nostram mictas. ecce enim mandamus Majori de Plancatone doanerio &c. ut pro eqois ipsis ad Curiam nostram ducendis expensas debeat necessarias exhibere.

Secreto Messane pro Planerio Scuterio Marescalle.

Item scripsit Secreto Messane. Cum pro ducendis ad presentiam nostram duobus equis nostris de barbaria quos habet Riccardus de Molisio Magister Marescalle nostre Sicilie. Planerium scuterium Marescalle nostre latorem presentium destinemus. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus in reditu suo pro eodem Planerio uno roncino Curie nostre quem equitat predictis duobus equis nostris quos ducere debet. & uno scuterio alio pedite qui adjuvet eum ad ducendos equos predictos usque ad Curiam nostram expensas dabeas exhibere.

Martio apud Salpas.

Pag. 92. adv.

Ad Secretum Messane.

Vltimo ejusdem. De Imperiali mandato facto per Magistrum G. de Tocco scripsit G. de Cusentia licteras responsales Majori de Plancatone Secreto Messane. Licteras fidelitatis tue benigne recepimus &c. & ecce tibi ad singula respondemus. primo de Iusticiariis Sicilie & Calabrie. qui prebendas & bona Clericorum morantium in Romana Curia tibi seu procuratoribus per re statutis non assignaverunt adhuc per te requisiti sepius ut scripsisti procuranda ad opus Curie nostre juxta mandatum nostrum grave gerimus eorum negligentiam sive moram. & ecce damus eis licteris nostris expressius in mandatis. ut ea omnia tibi sine mora & difficultare assigneot ad opus nostrum fideliter procuranda. & a tempore mandati nostri de proventibus perceptis tibi ple-

plenatie faciant reſponderi. ut tu inde Curie noſtre plene reſpondeas a tempore ſupradiꝗo. Tu vero quod a quolibet ipſorum receperis. ſeriatim noſtro culmini nunciabis. De Bajulis terrarum jurisdiꝗionis tue prohibitis a Iuſtitiariis ut ſcripſiſti ne regant Curiam ipſis in terris preſentibus unde bajulationes minuorari ſcripſiſti. ecce mandamus eiſdem Iuſtitiariis ut Bajulos ipſos Curias ſuas regere pacifice permiꝗant ipſis etiam in terris preſentibus cum cognitio civilium queſtionum que ſpeꝗant ad Bajulos cognitionem criminalium que ſpeꝗant ad Iuſtitiarium non impediat quia utrorumque officia noſtris conſtitutionibus ſunt diſcreta.

De defenſis impoſitis bajulis pro juribus Curie.

Defenſas etiam officialibus jura Curie noſtre requirentibus impoſitas aliquando per eos qui ſunt noſtre Curie debitores. nullius volumus fore momenti. nec ipſos de defenſis talibus coram Iuſtitiariis volumus conveniri prout mandatum ad eos noſtris liꝗeris deſtinamus.

De Camerario in Sicilia citra flumen falſum ſtatuto.

In Sicilia citra flumen falſum ubi conſueverunt haꝗenus eſſe tres Camerarii tu vero unum ſcilicet Sergium Muſcettulam ſtatuiſti. placet nobis. ut alium eum ipſo ſtatuas ut duo Camerarii per terram ſic diffuſam melius poſſint jura conquerentibus reddere & rationes Curie noſtre diligentius indagare nomen ſecundi Camerarii ad notitiam noſtram tuis liꝗeris tranſmiſſurus.

Inquiſitio facienda ſuper curatulis & procuratoribus Eccleſiarum.

In facienda inquiſitione ſuper curatulis animalium Curie noſtre & recipienda ratione a procuratoribus Eccleſiarum vacantium unde tarde ſicut ſcripſiſti liꝗere noſtre aperte per G. de Anglone Iuſtitiarium Sicilie fidelem noſtrum pervenerunt ad te. ſic te fore volumus ſtudioſum ut mora contraꝗa in liꝗeris tua ſollicitudine redimatur. quia autem liꝗere noſtre miſſe ad te. per eumdem Iuſtitiarium aperte fuerint. pet te inquiri volumus. & nobis poſtmodum referari.

De procuratore Cathanienſis Eccleſie.

De procuratore ſtatuto per te ſuper proventibus Cathanienſis Eccleſie de locatione proventuum ipſorum faꝗa per te. viꝗu & neceſſariis Monachis ordinatis ſecundum mandatum noſtrum. placet noſtre excellentie quod feciſti.

De rebus Riccardi Vetrani.

Quod feciſti de rebus Riccardi Vetrani quondam Caſtellani Syracuſie & Nothi faſitis ad opus Curie noſtre gratum habemus. De caſſia vero cum quaternis ipſius quam penes Syracuſanum Epiſcopum depoſuiſti. in te negligentiam inde arguimus & mandamus ut in palatio noſtro Meſſane eam facias cuſtodire.

De ſatisfaꝗione Bonaventure Tuſculani & ſociorum mercatorum.

De ſatisfaꝗione Bonaventure Tuſculani. & ſociorum mercatotum Romanorum juxta mandatum noſtrum. Placet nobis ut de quantitate pecunie eis debite eis ſatisfacere ſtudeas habita ratione cum ipſis de perceptis proventibus. reſiduum ſuppleturus eiſdem. ita quod venatio. doana. & alii proventus Eccleſie Cathanienſis obligati eiſdem liberi remaneanr Curie noſtre eis ſatisfaꝗione preſtita juxta noſtri mandati tibi faꝗi tenorem.

De Laurentio quondam Graniꝗerio Vallis Nothi.

Quod ſcripſiſti de rebus Laurentii quondam Graniꝗerii Vallis Nothi non poſita ratione Curie noſtre defunꝗi. quas cepiſti ad opus Curie noſtre. & inquiris ſicut ſcripſiſti alias capiendas gratum gerimus & mandamus. ut de dote & dotalio dandis uxori ejuſdem Laurentii ſerves & facias quod erit de jure. & de conſuetudine regionis.

De expenſis dandis Symeoni de Syria.

De expenſis datis Magiſtro Symoni de Syria baliſtario qui laborat ut ſcribis cotidie baliſtas pro Curia noſtra. placet nobis quod ad utilitatem Curie noſtre feciſti. debuiſti tamen liꝗeris tuis conſcientiam noſtram inſtruere quot baliſtas laboret per menſem. & qualiter proficit in opere ſuo per ſeptimanam. ut ex fruꝗu operis ſui expenſas ipſius eomode metiremur. de quo volumus ut negligentiam tuam redimens id nobis ſignifices ſeriatim.

De pulvere pro lupis occidendis.

de pulvere inveniendo pro deſtruꝗione luporum juxta mandatum noſtrum intelleximus quod feciſti. & ecce dedimus in mandatis Thomaſio de Aquino Comiti Acerrarum fideli noſtro ut de pulvere ipſo tibi proxime miꝗat ad copiam. miꝗat etiam ad te duos homines de faciendo pulvere & lupis occidendis inſtruꝗos. quibus cum ad te pervenerint neceſſarias expenſas te volumus exhibere.

De Thomaſio Fabiani.

De Thomaſio Fabiani qui tenetur Curie noſtre in ſexcentis Vnciis de ratione portuum Sicilie ut ſcripſiſti. cur ipſum de Caſtro Calatageroni quo quondam Secretus eum poſuit & in Caſtro Bubalini poſueris: ex liꝗeris tuis comprehendere nequivimus. placet tamen nobis ſi pro utilitate Curie noſtre ſic feciſti.

ſti. De Iacobo Peregrini de Lentino. & ſociis tribus qui habuerunt in cabella vivarium Lentini. flumen & piverium & debent ut ſcripſiſti de reſiduo $\frac{\text{VIII}}{\text{M}}$ DCCXXXVIIII. tarenos. & quia noluerunt ſolvere eos carcere mancipaſti. rebus eorum captis ad opus Curie noſtre. placet nobis quod inde feciſti. de pecunia data Ammirato fideli noſtro pro ſervitiis noſtris preter ſalem & ferrum quam ſcripſiſti fuiſſe in ſumma

De pecunia data Ammirato.

$\frac{\text{II}}{\text{M}}$CXI. Vncias. laudamus diligentiam tuam. & ipſe inde ponet debitam rationem.

De pecunia data Iordano Filangerio.

de pecunia data dudum Iordano Filangerio Capitaneo pro ſervitiis noſtris de MCCCXVIII. datis Romanis mercatoribus juxta mandatum noſtrum.

De pecunia data Nicolao de Trano.

de centum Vnciis datis Nicolao de Trano Valleƈto Mareſcalle noſtre pro expenſis equorum quos duxit ad Curiam noſtram. de pecunia data pro expenſis pro ſervitiis & rebus neceſſariis Camere Imperatricis conſortis noſtre tuam diligentiam commendamus.

Pag. 93. Martio apud Salpas. Sequitur de litteris Secreto Meſſane.

De purpuris & aliis rebus miſſis ad Curiam.

purpuras pannos ad aurum cammeloƈtos ſubtiles & groſſos cendatos de Tripulo. Buccaranos ſubtiles & groſſos & duos mulos & unum roncinum quos & quas Notarius Iordanus & Ioannes Muſca nuntii tui ad noſtram Curiam detulerunt Camera noſtra recepit. & ipſi nuntii tui tibi de receptis deferunt apodixam.

De baliſtis.

Baliſtas emptas ut ſcripſiſti per Piſanum de Riccobaldo Civem Meſſane mandamus ut cum ad Curiam noſtram veneris. deferri facias noſtre Celſitudini preſentandas.

De vaccis & jencis ſilveſtribus.

de vaccis & jencis multis ſicut ſcripſiſti qui ita ſunt ſilveſtres quod domari non poſſunt. & ſi vendentur Curia noſtra commodum conſequetur. mandamus ut vaccas ſi que ſunt filios non portantes & jencos ſilveſtres non valentes domari. vendi facias ad commodum Curie noſtre. portantes vero filios licet ſilveſtres ſervitio noſtro dimiƈtas pro filiis habendis ex eis. qui vero domari poterunt domari facias pro campis noſtris.

De domibus Caſalis Silveſtri.

De domibus noſtris in Caſali ſilveſtri & turre que eſt ibi inventis diſcohopertis ſicut ſcripſiſti & eas cohoperiri & aptari bene facis.

Domibus Cancari.

de domibus Cancari prope Auguſtam quas facis bene cohoperire ceramitis & calce ne venti rabiem pertimeſcant quarum ſalam cum miniano quod reſpicit mare verſus Auguſtam pro defeƈtu boni fundamenti ruinam minantes. reparari facis.

De targia.

de targia ubi calcaria fieri facis pro reparandis muris de luto faƈtis qui ſicut ſcripſiſti pro majori parte ſunt paſſi ruinam.

De Fiskia chindie.

De fiskia facienda in palatio noſtro quod eſt in Chindia prope Syracuſiam. & aliis commoditatibus faciendis ibidem ſicut ſcripſiſti tuam diligentiam approbamus. & placet nobis ut opera teſtimonium perhibeant veritati.

De domo facienda in prato Syracuſie pro pullis.

Illud idem reſpondemus de domo quam te faƈturum dicis ad opus pullorum noſtrorum in magno prato prope Syracuſiam juxta mandram bubalorum & de palearco pro reponenda palea conſtruendo.

De terris vacuis que ſunt in Syracuſia.

de terris vacuis que ſunt de demanio noſtro in tenimento Syracuſie in prato magno de quibus ſicut ſcripſiſti Curia noſtra commodum nullum conſequitur quas Burgenſes Syracuſie petunt ad annuum cenſum pro plantandis in eis vineis que ſi conceſſe fuerint ipſis Burgenſibus habebit inde Curia noſtra ſere tarenos auri DC. & decimam partem totius muſti quod ex ipſis vineis percipietur. placet Excellentie noſtre quod de terris ipſis. diƈtis Burgenſibus ad cenſum annuum concedatur. dummodo venatio noſtra que eſt ibi prope ex plantatione vineatum ipſatum non recipiat leſionem. & mirthetum vicinum venationi ipſi non deſtruatur pro eis.

De inquiſitione Feruliti.

Inquiſitionem quam fieri feciſti de terris Feruliti unde eſt queſtio inter Meſſanenſem Archiepiſcopum & ſororem quondam Camerarii Riccardi Curia noſtra recepit.

De vineis Curie.

de vineis noſtris ad quarum culturam diligentem. procurarores plurimos ſtatuiſti ſi Curie noſtre commodum procuratur in eis ſi plures ſint tuam diligentiam commendantes de noſtro commodo. mandamus tibi. ut omnes vineas ipſas facias diligenter coli & nullas ex eis alicui ad cabellam concedas. quia magis credimus expedire commodis noſtris ipſas diligenter in demanio noſtro excoli quam ad cabellam concedi pro eo quod qui cabellam ipſam recipiunt non de cultura debita vinearum curant ſet qualiter fruƈtus percipiant in ſuo tempore pleniores. & ſic vineas noſtras intelligimus pejorari.

De vino dato Ammirato pro navibus onerandis.

De tribus milibus ſalmis vini dati Ammirato fideli noſtro pro onerandis navibus

De porcis Curie.

bus nostris. de porcis Curie nostre quos inpinguari & occidi ac salliri fecisti pro majori utilitate Curie nostre ut scribis. de caseo & frumento assignando pro ipsis navibus onerandis muratis primo Castris nostris pro toto presenti anno XIII. Indictionis. placet nobis quod ad commodum Curie nostre inde fecisti & quantitatem quorumlibet nobis volumus intimari. De granicteriis Vallis Nothi & Castri Iohannis augmentatis ut scribis post accessum tuum in Sicilia. ultra quantitatem qua fuerunt anno preterito XII. Indictionis in salmis victualium MDCCCC. & de campis Curie nostre cum diligentia seminatis ut scribis & de eo quod animasti fideles nostros ad laborandum. tuam diligentiam approbamus. de decimis petitis ab Archiepiscopis Episcopis & Clericis legitime prebendatis. placet nobis. ut debitas & consuetas decimas temporibus Regum & de illis tantum possessionibus de quibus eisdem temporibus dari consueverunt. & debuerunt & a Regum temporibus usque ad hec felicia tempora nostra date sunt eis pacifice & quiete eis facias exhiberi. de carnibus fallitis de quibus nichil solvitur ut scripsisti pro jure exiture extra Regnum in Sicilia & in Apulia solvitur. placet nobis quod in adventu tuo ad presentiam nostram hoc ad memoriam nostram reducas responsum debitum recepturus.

De granicteriis augmentatis.

De decimis dandis.

De carnibus fallitis de quibus nichil solvitur.

Pag. 93. adv.

Martio apud Salpas.

Guillelmo de Anglono Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum.

Vltimo. De superiori mandato scripsit G. de Cusentia Guillelmo de Anglono Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum. Significavit Excellentie nostre Major de Plancatone Doanerius &c. quod dum tu in aliqua terra jurisdictionis tue moraris. Bajulis loci de civilibus questionibus que ad eorum cognitionem pertinent regere Curiam non permictis. immo dum cogis eos coram te assidue permanere bajulationes suas exercere non possunt. addidit etiam quod Bajulos & alios Officiales suos occasione defensarum que eis requirentibus jura nostra ab hominibus imponuntur. ne rationes nostras exigant ab eisdem trahis ad causam & cogis eos post te proinde laborare. propter quod Bajuli & Officiales ipsi gravati exercere bajulationes & officia nostra non possunt in ipsorum gravamen & nostrorum jurium detrimentum. Verum cum nec cognitio civilium que ad Bajulos pertinet impediat criminalium quod ad te spectat examen nec predicte defense Bajulorum & Officialium pro juribus nostris imposite sint servande immo ab injuste eas imponentibus exigende. fidelitati tue mandamus. quatenus si est ita nec predictos Bajulos super cognoscendo de civilibus questionibus que ad eos pertinent te presente impedias nec eos occasione predictarum defensarum que eis ab hominibus imponuntur pro exactione dumtaxat nostrorum jurium ut est dictum debeas sic indebite molestare immo impositores hujusmodi defensarum. si inveneris eas minus juste impositas juxta tenorem sacrarum Constitutionum nostrarum ad exolvendas Curie nostre defensas ipsas sicut fuerit de jure compellas. Significavit nobis preterea predictus Secretus fidelis noster quod tu super assignandis ei sicut tibi mandavimus bonis Clericorum qui contra mandatum nostrum in Romana Curia sunt morati ad opus nostre Curie procurandis. dilationem inducis nec adhuc mandatum nostrum in hoc adimplere curasti. quod si verum est nostra Serenitas ammiratur & in te super hoc negligentiam more arguimus non indigne. Quare mandamus. quatenus bona predicta eidem Secreto assignari facias sine mora. ad opus nostre Curie procuranda & eidem de proventibus bonorum ipsorum hue usque perceptis integre facias responderi.

Similes scripsit G. de Montefusculo Iustitiario Calabrie.

Similes scripsit Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis gratis & terre Iordane.

Aprili in Orta.

Pag. 94. adv.

Ad Comitem Thomasium de Acerris pro te-lecito.

Primo ejusdem. De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum scripsit G. de Cusentia Thomasio de Aquino Comiti Acerrarum. Cum quosdam de militibus Mediolanensibus quos captivos habemus faciamus ad nostram vocari presentiam quibus domos nostras & loca solatiorum nostrorum ostendi volumus.

providimus ; ut Telecitum tibi debeat aſſignari ubi uxorem tuam valeas retinere. Mictas igitur & ipſum recipi facias a Iuſtitiario Capitinate fideli noſtro. cui dedimus in mandatis ut ipſum tibi aſſignet pro cauſa predicta retinendum donec noſtre placuerit Majeſtati.

Ad Guillelmum de Palma de mictendo librerio.

Eodem die ſcripſit idem Guillelmo de Palmo. Venientes in partes iſtas credidimus bonos de ſuccurrendo librerios invenire. Set quia non invenimus niſi vetulos & alias devaſtatos. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus librerium tuum bonum mictere debeas ad preſentiam noſtram per illum ſcuterium tuum qui portare conſuevit. ut ad nos per eum ſalubriter & commode deportetur.

Ad Reggerium Filangerium de eodem.

Similes ſcripſit Roggerio Filangerio de mictendo Librerio ſuo. quas licteros portavit Iohannes de Salerno ſcuterius Mareſcalle.

At Iuſtitiarium principatus pro priſonibus lombardis.

Eodem die. De Imperiali mandato ſocto per Mogiſtrum R. de Petraſtrum. ſcripſit idem Notorius Thomaſio de Montenigro Iuſtitiario Principatus. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Landulfum Crivellum. Guidonem Petraſancta. Guiſcardum Petraſancta. Robbertum de Mandell. Gilium Marcellinum. Franciſcum de Aſtor. & Monachinum Gambarum Lombardos priſones qui per partes juriſdictionis tue cuſtodiuntur. receptis hys licteris. ſub fida cuſtodia ad preſentiam noſtram mictas.

Similes ſcripſit Iuſtitiario Baſilicate de mictendis Gilio de Puſterula. Caſtilino de Cruce. Berriolo de Puzuponell. & Boſino de Mandell. qui detinentur in juriſdictione ſua.

Similes ſcripſit Iuſtitiario terre Bari de mictendo Lancio de Corte.

Similes ſcripſit Iuſtitiario Aprutii de mictendo Iacobo Moner. Preſbitero Burro. Alberto Scaccabarroc. Leone Maner. & Bonifacio de Mandell.

Similes Riccardo de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris de mictendo Bonifocio de Puſterula. Gabriele Petraſancta. Sadino de Alano. & Comite Goffrido de Curtenovo.

Similes Tholomeo de Caſtellione Iuſtitiario Vallis gratis & terre Iordane de mictendo Abbatino de Meligiano.

In Luceria. Pag. 95.

Ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii pro lombardis priſonibus.

III. Ejuſdem. De Imperiali mandato ſacto per Magiſtrum R. de Petroſturm. ſcripſit G. de Cuſentia. Boamundo Piſſono Iuſtitiario Aprutii. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Lombardos priſones quos miſſurus es ad preſentiam noſtram ſicut tibi mandavimus mictere debeas equites in bonis roncinis & in bona comitiva cuſtodum uſque Aſculum de Capitinata. inſtructurus nuncios tuos qui ipſos conducent. ut cum aput Aſculum fuerint Riccardo de Monteſuſculo Iuſtitiario Capitinate fideli noſtro hoc debeant intimare proceſſuri deinde ſicut per eum beneplacitum noſtrum ſcient. Datum.

Similes ſcripſit Riccardo de Montenigro Iuſtitiario terre Laboris.

Similes Thomaſio de Montenigro Iuſtitiorio Principatus & terre Beneventane.

Similes Thomaſio filio Oſmundi Iuſtitiario Boſilicate.

Similes L. de Franco Iuſtitiario terre Bori.

Similes Tholomeo de Coſtellione Iuſtitiario Vallis gratis & ferre Iordane.

Ad Riccardum de Montenigro Iuſtit. terre Laboris Reſponſales.

Eodem die. De Imperiali mandato ſacto per Magiſtrum G. de Tocco ſcripſit G. de Cuſentia od Riccardum de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris. Conſueta benignitate recepimus licteras &c. Quod autem recepto mandato noſtro quod tibi direximus de mictendis Mille DCLXVII. Vnciis auri ad H. illuſtrem Regem Turrium & Gallure &c. pro noſtris ſervitiis. ſignificaſti re ſtatim ipſam pecuniam recollectam. ad eumdem uſque Sanctum Flavianum miſiſſe gratum habemus. & tuam inde ſollicitudinem commendamus. laudamus etiam ſtudium tuum quod diligenter inſiſtis ad recolligendum duomilia Vncias que de mandato noſtro aſſignare debes Riccardo de Sancto Germano fideli noſtro pro noſtris que ſibi commiſimus ſervitiis exequendis. ſuper quo & ſuper colligenda omni alia pecunia Curie noſtre & ad noſtram preſentiam deferenda eſſe te volumus diligentem : Quod vero audito felici adventu noſtro in Regnum ad noſtram preſentiam properabas. & Magiſter Petrus de Vinea Magne Curie noſtre Iudex fidelis noſrer pro exequendis ſer-

De pecunia miſſa ad H. regem turrium & gallure.

De pecunia aſſignanda Riccardo de Sancto Germano.

Quod veniat in feſto Palmarum.

servitiis nostris reverti te fecit. placet nobis. fidelitati tue mandantes. quod in festo Palmarum sicut jam tibi mandavimus. nostro te conspectui representes.

Ad Thomasium filium Osmundi Iustitiarium Basilicate Responsales.

Eodem die scripsit idem Notarius de superiori mandato. Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate responsales. Benigne recepimus &c. de adventu autem tuo ad presentiam nostram super quo nostrum beneplacitum requisisti. mandamus fidelitati tue. ut ordinata diligenti custodia filii nostri. te in festo Palmarum. nostro conspectui representes. totam pecuniam quam habes tam de collecta quam aliunde sicut scripsisti ad nostram tecum presentiam portaturus. te autem coram nobis presente super capitulis aliis que nostro culmini destinasti. nostrum recipies beneplacitum & mandatum. Datum.

Alexandro filio Henrici pro indumento & opportunis Curie domine Imperatricis & filii.

III. *De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum scripsit Laurentius A. filio Henrici &c.* Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus ad requisitionem Iacobi Capice statuti super servitiis Curie karissime Consortis nostre I. Romanorum Imperatricis semper Auguste fidelis nostri. sic studeas ordinare. quod hac vice de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas. des indumenta pro familia Curie dicte consortis nostre & F. karissimi filii nostri. ac donec eadem consors nostra & idem filius noster in jurisdictione tua morabuntur ad requisitionem ejusdem quelibet oportuna. pro eis & suis familiis debeas exhibere. recepturus a dicto Iacobo de omnibus que propterea dederis. idoneam apodixam.

Responsales ad G. de Pedevillano super novo castro Messane.

Eodem die. De mandato Imperiali scripsit G. de Tocco Guillelmo de Pedevillano. Fidelitatis tue licteras solita benignitate recepimus & continentiam intelleximus diligenter. Super eo vero. quod significasti per eas. quod in opere Castri novi Messane non secundum mandatum nostrum. qui opus ipsum volumus cum omni studio consumari set remisse proceditur pro eo quod Secretus Messane fidelis noster X. Vncias auri tantum tibi dandas ordinavit per mensem. de quibus facis Perreria laborari ad extrahendos lapides cum perriatoribus & portatoribus nostris & per eum qui statutus est per eundem Secretum super sumeriis & bubus. non laboratur in opere ipso nisi cum XL. sumeriis & uno paricio cum nos statuerimus ut cum centum sumeriis & XX. pariclis in eodem opere laboretur. fidelitati tue taliter respondemus quod cum super opere Castri ipsius efficaciter velimus intendi. ecce damus nostris licteris in mandatis eidem Secreto ut somerios & paricla boum in ea quantitate statuat in qua laborari statutum est per nostram Curiam in eodem quod nullus omnino defectus super eodem opere committatur. & apparatum de calce fieri faciat. & de ceteris oportunis. Tu vero in eodem opere curam habeas diligentem sicut de industria tua confidimus ita quod per effectum tua diligentia in conspectu nostri Culminis commendetur. Quia vero per Castrum nostrum Messane Senatori de Archis fideli nostro cum omnibus rebus que in eo fuerunt juxta mandatum nostri Culminis assignasti. & inde sunt confecta tria instrumenta publica similia tuam diligentiam approbamus ex quibus scriptis unum ad Curiam nostram per te volumus destinari. Datum.

Pag. 95. adv. Aprcli in Luceria.

Ad Secretum Messane pro eodem.

Item. Eidem Secreto. significante G. de Pedevillano fideli nostro. Nostra Serenitas intellexit. quod in opere novi Castri nostri Messane non laboratur nisi cum XL. sumeriis. & uno paricio boum per cum quem super ipsius Castri opere statuisti. & nullus apparatus fit de calce. & sic in eodem opere remisse proceditur. cum nos mandaverimus ut cum C. sumeriis & XX. pariclis in eodem opere intente & efficaciter laboretur. Cum igitur velit Serenitas nostra quod opus ipsum cum omni studio & diligentia consumetur. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus cum tot sumeriis & pariclis boum ibidem statuas laborari. cum quot laborari statutum est per nostram Curiam in eodem opere. quod nulla in opere committatur negligentia vel defectus apparatum etiam calcis fieri facias tanto operi congruentem. ita ut opus ipsum juxta mandatum & intentionem Culminis nostri fieri possit celeriter & tu proinde nostro conspectui laudabilis presenteris. Datum.

Item R. Pulcar. Fidelitatis tue licteras

Responsales ad R. Pulcar.

ras benigne recepimus & que continentur in eis intelleximus diligenter tuum ſtudium commendantes. quia ſicut ſcripſiſti. frumentum mictendum in terra Luneſani. juxta mandatum noſtrum pro munitione Caſtrorum noſtrorum que in contrata illa in manibus noſtris tenemus. paratum habes. & ſuper ipſo frumento virum fidelem & idoneum ſtatuiſti. Verum quia per nos inſtrui poſtulaſti quot & que Caſtra noſtra muniri debeant in regione illa. & quot ſervientes ſint ad uniuſcujuſque cuſtodiam deputati. fidelitati tue taliter reſpondemus. quod cum de hoc nos etiam ſimus incerti. te inde inſtruere preſentibus non valemus. ſet placet nobis ut nuntius tuus. quem mictes ſuper frumento ipſo. requirat inde R. de Guaſto Capitaneum Luneſani fidelem noſtrum. & ab ipſo accipiet quo Caſtra noſtra muniri debeant. & numerum ſervientium qui ad ipſorum Caſtrorum cuſtodiam ſunt ſtatuti. De pice quam dicis non eſſe in Principatu & terra Laboris. pro cujus defectu ſcribis dampnum Curiam noſtram incurrere. placet nobis. ut in adventu tuo ad nos qui debet eſſe propinquus. hoc ad memoriam noſtram reducas. expreſſurus nobis quantitatem picis que fuerit oportuna. & tunc inde mandabimus. quod melius videbitur expedire. De equis & mulis XXIIII. inter omnes. quos ſcripſiſti foro Capue. quorum quidam fuerunt Magiſtri quondam Iohannis de Laurentio. & quidam Epiſcopi Capudaquenſis. Mandamus fidelitati tue. ut ipſos omnes facias ad Curiam noſtram duci & noſtre excellentie preſentari.

Reſponſales G. de Anglono Iuſtitiario Sicilie. de reſponſione debita.

III. *De Imperiali mandato facto ſcripſit Laurentius G. de Anglono Iuſtitiario Sicilie citra flumen ſalſum &c.* Licteras &c. Quia vero ad preſentiam noſtram es venturus in brevi. prout tibi dediſſe recolimus in mandatis. reſpondere tibi ad ſingula uſque adeo diſtulimus. quo preſentialiter audiat noſtrum exinde beneplacitum & mandatum. Mulum datum nobis a Guillelmo Pede Villano. & mulam donatam nobis ſimiliter ab Abbate Sancti Petri de Reg. quos tu ad Curiam noſtram miſiſti. Curia noſtra recepit. per predictum nuntium tuum Iacobum de Lentino. & de aliis tribus mulis tibi mictitur apodixa.

De mulis.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit G. de Cuſentia. Riccardo de Pulcar. Scripſiſſe dudum recolimus Angelo de Marra predeceſſori tuo fideli noſtro. ut a Palmerio de Calve. & Creſcio Amalfitano ſtatutis olim ſuper faciendis expenſis in opere Turris pontis Capue de officio expenſarum ipſarum recipere deberet pro parte noſtre Curie rationem. ſet quia idem Angelus licet rationem. recipere incepiſſet interim ab officio ſuo amotus. ad complementum ducere nequivit eamdem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis a predicto Angelo documentis rationis ipſius quatenus proceſſit in ea. pro quibus aſſignandis tibi noſtras ſibi mictimus licteras ſpeciales. rationem predictam a jamdictis Palmerio & Creſcio diligenter. & prout melius pro Curia noſtra videris recipere debeas & complere proviſurus actente quod in receptione ipſius Curia noſtra decipi nequeat vel fraudari. Datum.

Item ſcripſit Angelo de Marra ut aſſignet ei documenta rationis predicte.

Apreli in Luceria. Pag. 96.

Lictere patentes pro impugnatione Rocce Alberici. ſuper qua ſtatutus eſt Robbertus de Caſtellione.

VI. *De Imperiali mandato facto per dominum Andream de Cicala Capitaneum &c. ſcripſit Laurentius. Vniverſis per Amiternum. Marſiam. Vallem Ciculi. Vallem Carſoli. & Vallem Petre conſtitutis fidelibus ſuis &c.* Ecce quod Robbertum de Caſtellione fidelem noſtrum ad obſidendam & impugnandam Roccam Alberici. quam Iacobus Sinibaldi rebellis noſter contra nos detinet. deſtinamus. fidelitati veſtre precipimus mandantes firmiter. quatenus ad requiſitionem & ordinationem dicti Robberti ſuper hoc intendatis eidem ad honorem & fidelitatem noſtram.

Ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii pro eodem.

Item B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii. Quia Robbertum &c. uſque deſtinamus. fidelitati tue precipimus. quatenus neceſſaria pro impugnatione ipſius Rocce dicto Robberto ad requiſitionem ejuſdem debeas exhibere.

Item. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum R. de Trajecto ſcripſit idem A. de

Responsales Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti. De receptione inquisitionis de habitatione Petrolle & Melehudi.

A. de Aquaviva. Licteras fidelitatis tue. & inquisitionem factam contra processum predecessoris tui Iustitiarii Philippi filii Maremontis super habitationibus Petrolle & Melehudi. per te de celsitudinis nostre mandato. solita benignitare recepimus & singula que continebantur in eis audivimus & intelleximus diligenter. studium tuum in nostris servitiis commendantes. Quia vero ad presentiam nostram juxta mandatum celsitudinis nostre in proximo es venturus. nunc tibi super hys distulimus respondere. te etenim in Curia nostra presente deliberabirur & respondebitur ad singula que misisti.

Ad R. de Bisaccia ut faciat quod mandat sibi Iohannes Morus.

Eodem die. *De Imperiali mandato scripsit Roggerius de Petrasturm. Riccardo de Bisaccia*. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus id quod Iohannes Morus de Camera nostra mictit tibi per licteras suas de servitio ejusdem Camere nostre sine mora & defectu debeas adimplere.

Nicolao Saraceno de Iuvenatio de unciis MD.

Latar Roggerius de Abbate muntius A. de Aquaviva Iustitiarius terre Ydronti.

Item. *De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum & Magistrum R. de Petrasturm. scripsit Laurentius Nicolao Saraceno de Iuvenatio*. Mandamus & precipimus fidelitati tue. quatenus statim visis hys licteris ad presentiam nostre Majestatis accedas promoturus causam & jus Curie nostre super mille quingentis Vnciis auri. quas per licteras tuas. Iohanni Moro de Camera nostra significare curasti. taliter instructus veniens & munitus. quod in verbis tuis. debitus inveniatur defectus.

Pag. 96. adv.

Apreli in Fogia.

R. Pissono Iustitiario Aprutii pro lombardis prisonibus induendis.

VIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia B. Pissono Iustitiario Aprutii*. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus omnes Lombardos prisones tam Mediolanenses quam Placentinos & undecumque fuerint necnon & obsides Padue & aliarum partium Marchie Trivisine que in partibus jurisdictionis tue custodiunrur. facias per eos qui ipsos custodiunt indui condecenter. Datum.

Similes facte sunt. Riccardo de Monnigro Iustitiario terre Laboris & Comitatus Molisii.

Similes Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus & terre Beneventane.

Similes L. de Franco Iustitiario terre Bari.

Similes A. de Aquaviva Iustitiario terre Idronti.

Similes Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate.

Similes Tholomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis & terre Iordane.

Similes G. de Montefusculo Iustitiario Calabrie.

Secreto Messane de mictendis castratis vaccis & caseis.

Eodem die. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Albertum. scripsit G. de Cusentia Majori de Plancatone Secreto Messane*. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris de mandris nostris Calabrie ordines & mictas ad Curiam ∛. castratorum. vel si tot castrati non habentur ibidem. loco eorum mictas arietes pingues. & eos micti facias catervatim ne simul omnes ducti devastari possint in via. Mictas etiam sine mora M. vaccas de armentis nostris que sint habiles ad edendum. sic procuraturus quod cito de predictis castratis & vaccis Curia nostra possit habere. Mandamus tibi preterea. ut de caseo mandrarum nostrarum Sicilie mictas per mare usque Neapolim ∛. petiarum ad opus Curie nostre deinde ad nostram Curiam deferenda. & in premissis adhibeas studium. quod ad Curiam nostram sine dilatione perveniant. Datum.

Alexandro filio Henrici de officio Ammiratu.

VIII. *De Imperiali mandato facto per Magistros Riccardum & Taddeum scripsit Laurentius A. filio Henrici*. De prudentia & fidelitate Nicolini Spinule Civis Ianue fidelis nostri plene confisi. eum ob expertam industriam & sue fidei meritum Regni Sicilie statuimus Ammirarum. Mandamus tibi. quatenus respondeas & intendas eidem de assignandis sibi navibus galeis & vassellis ceteris Curie nostre que habes cum omnibus apparatibus eorumdem. ad utilitatem nostre Curie procurandam. nec non & de faciendis navibus galeis. & vassellis aliis oportunis. de armandis eis cum expedit. de emendis asisis. & ceteris necessariis eorumdem. de incidendis lignaminibus in locis licitis. & deferendis ad mare. de faciendis. reficiendis & custodiendis Tarsinabus per jurisdictionem tuam prout utilitati nostre

ſtre Curie videris melius expedire. De navibus & vaſſellis aliis Curie noſtre onerandis victualibus & aliis mercimoniis de rebus Curie noſtre. in quarum defectu de pecunia officii tibi commiſſi oportunas merces emas & aſſignes eidem. ac de aſſignanda pecunia neceſſaria pro predictis. juxta quod pro ſervitiis & utilitate Curie noſtre idem a te duxerit requirendum.

R. de Polcar. pro eodem.

Similes ſcripſit idem Riccardo de Polcar. pro eodem.

Alexandro filio Henrici de reparandis domibus Caſtri Policorii.

Item. Eidem Alexandro filio Henrici. Riccardus de Mirom. Caſtellanus Caſtri noſtri Policorii fidelis noſter nobis expoſuit. quod domus dicti Caſtri minantur ruinam & ſi Thomaſius de Brunduſio predeceſſor tuus domos ipſas incepiſſet facere de pecunia noſtre Curie reparari. in ipſo inicio ab officio fuit amotus. propter quod cum in reedificatione ipſarum proceſſum non fuerit. dampnum maximum ex earum ruina. niſi ſuccurratur ad preſens. noſtre Curie poterit pervenire. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quarenus. ſi tibi conſtiterit de premiſſis preſatas domos ſicut expedit facias reparari. requirens prius Iuſtitiarium regionis. ut inquiri faciat diligenter. ſi per homines loci vel proximos Caſtrum ipſum conſuevit & debeat reparari. Quod ſi aliqui ad hoc teneri. fuerint per inquiſitionem inventi. Compellantur ad reparationem earum. & ſi collecta id differri requirat. tu de pecunia Curie noſtre neceſſarias expenſas in domibus facias quas poſtmodum recepta collecta requiras ab hys qui tenentur reparare domos eaſdem. expenſas. quas neceſſario feceris in eiſdem. Si vero non invenientur aliqui teneri ad reparationem ipſius Caſtri. tu domos ipſas de pecunia Curie noſtre repares. ut eſt dictum. quod in eis reparandis. ex mora. negligentia. vel ruina improvide non eveniat detrimentum.

Pag. 97.

Apreli in Fogia.

Ad Iuſtitiarium terre Laboris de mittendis ſervientibus.

VIIII. Aprelis XIII. Indictionis. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit P. de Capua ad R. de Montenigro Iuſtitiarium terre Laboris. & Comitatus Moliſii. Dudum tibi ſcripſiſſe recolimus. & dediſſe noſtris licteris in mandatis. ut de Iuſtitiariatu tuo ducentos ſervientes invenire deberes decenter armatos pro cuſtodia Caſtrorum noſtrorum que habemus in partibus Pontis Trem. & Luniſani. qui fideles eſſent. de genere fidelium orti & qui conſanguineos haberent fratres ſeu filios in regione ipſa terre Laboris & pro menſe uno ſolidares eoſdem. ad rationem de quatuor tarenis auri per menſem. Verum quia ſicut ſignificaſti Celſitudini noſtre ſervientes ipſos predicto modo non poteras invenire. Nolentes. ut defectus in noſtris obſequiis habeatur. Mandamus & precipimus fidelitati tue quarenus eoſdem ducentos ſervientes. juxta prioris mandati noſtri formam de Iuſtitiariatu tuo ſtudeas invenire & ſolidare eos pro menſe uno. ad rationem de quarta Vncie auri per menſem. & eis nichilominus pro eodem menſe victui neceſſaria largiaris. Et ſi pro quarta Vncie inveniri non poſſent. facias exinde prout melius videris expedire. Ita ut omnino invenias & mictas eos. ſecundum quod per alias licteras tibi dediſſe recolimus in mandatis. Datum &c.

Alexandro filio Henrici de carrochiis & hominibus pro equis Mareſcallie.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per dominum R. de Trentanaria. ſcripſit G. de Cuſentia Alexandro filio Henrici. Cum de beneplacito noſtro ſit & mandato. ut equi Mareſcalle noſtre ponantur ad herbam in partibus Capitinate. Fidelitati tue. precipiendo mandamus. quatenus ad requiſitionem R. de Trentenaria Magiſtri Mareſcalle noſtre fidelis noſtri conducere debeas ad competens loerium carrochias pro ferenda herba ad equos. & homines qui ipſam herbam metere debeant. & ipſos ad idem ſervitium Mareſcalle debeas aſſignare.

Alexandro filio Henrici pro veſtimentis H. filii domini Imperatoris.

X. Menſis ejuſdem. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum. ad Alexandrum filium Henrici ſcripſit Notarius R. de Salerno. Intelleximus quod Hen. filius noſrer qui aput Sanctum Felicem commoratur prout ei expedit veſtitus non eſt. propter quod fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requiſitionem Thomaſii filii Oſmundi Iuſtitiarii Baſilicate fidelis noſtri & ad ipſius ordinationem. eidem filio noſtro

ſtro decentia facias veſtimenta.

Reſponſales ad R. Comitem Caſerte.

XI. *Aprilis . XIII. Indictionis . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Roggerium de Petraſturm. ſcripſit P. de Capua ad Riccardum Comitem Caſerte .* Fidelitati tue litteras quas noſtro Culmini deſtinaſti benignitate recepimus conſueta. Quod autem ſignificaſti nobis per eas illud quod facere diſponebas Excellentie noſtre placet. ſicut cautius & ſecurius fieri poteſt. Datum &c.

Thomaſio de Montenegro Iuſtitiario Principatus ſuper delationibus contra Palmerium de Altavilla.

Eodem die . Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum . ad Iuſtitiarium Principatus ſcripſit Notarius Roggerius de Salerno . Roggerius de Mago. & Mattheus de Altavilla fideles noſtri preſentaverunt Majeſtati noſtre denunciationes quas cedula continet preſentibus interclusa contra Palmerium de Altavilla cujus cedule per omnia ſimilem in noſtra Camera juſſimus conſervari. & quia ſuper omnibus que continet inquiri per te & ſcire volumus veritatem. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipſius cedule diligenter inſpecto tenore. & vocatis ad te denunciatoribus ſupradictis. ſuper ſingulis que continentur in ea inquiſitionem facias diligentem per homines fide dignos quam fideliter in ſcriptis redactam. ſub ſigillo tuo ad preſentiam noſtram mictas.

B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii ſuper denunciationibus contra Prepoſitum S. Iuſtini.

Item . Similes lictere per omnia ſcripſit idem Notarius eodem die . De ſuperiori mandato ſuper denuntiationibus factis per Berardum de Paganica . contra Prepoſitum Sancti Iuſtini . & inquiſitio commiſſa eſt facienda B. Piſſono Iuſtitiario Aprutii . cui denunciationes miſſe ſunt intercluſe .

Pag. 97. adv.

Apreli in Fogia .

Riccardo de Polcar. pro jumentis Curie.

XII. *De Imperiali mandato facto per dominum Raonem de Trentenaria ſcripſit Laurentius Riccardo de Polcar.* Cum velimus quod de omnibus jumentis Curie noſtre que ſunt in partibus ipſis. fiat in Apulia una aratia. mandamus quatenus Gentili de Caſtanea . cujus cure aracie ipſius officium eſt commiſſum . omnia jumenta Curie noſtre que per totam juriſdictionem tuam diligenter inquiras & invenias facias aſſignari. que inventa & aſſignata fuerint noſtro Culmini reſcripturus.

Similes ſcripſit L. de Franco Iuſtitiario terre Bari .

Similes Alexandro filio Henrici .

Alexandro filio Henrici pro expenſis Mareſcallo.

De mandato facto per eumdem ſcripſit Alexandro filio Henrici . Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus ad requiſitionem G. de Caſtanea fidelis noſtri pro cuſtodibus jumentorum ſtallonum & equorum Curie noſtre qui ſunt ejus cure commiſſi. neceſſarias expenſas. prout Thomaſius de Brunduſio predeceſſor tuus dare conſueverat pro ciſdem. de proventibus Curie noſtre qui ſunt per manus tuas debeas exhibere.

Eo amoto reſcripſit eas P. Caſtaldo Magiſtro Procuratori Curie per eadem verba. I. Iunii XIII. Indictionis aput Capuam.

Alexandro filio Henrici pro expenſis filie Alberici de Rom. & veſtibus.

Item eidem . De mandato facto per Magiſtrum Roggerium de Camera . ſcripſit idem . Intellexit noſtra Serenitas . quod filia Alberici rebellis noſtri pro menſe Martii proximo preterito non recepit expenſas. & etiam indiget indumentis. Quare mandamus. quatenus ſi eſt ita . dicte filie Alberici pro ſe expenſas pro dicto menſe Martii & tam pro ea quam pro perſonis . quas Iacobus Capice fidelis noſter in ejus cuſtodia ſtatuit . de cetero expenſas ſolitas & ſtatutas . ad requiſitionem dicti Iacobi debeas exhibere ad generale pondus Regni . ipſam quoque condecenter induas ad requiſitionem ipſius.

R. de Montefuſculo Iuſtit. Capitinate pro bardis.

Item de eodem . Iuſtitiario Capitinate . Mandamus & precipimus fidelitati tue. quatenus ſtatim viſis hys licteris. pro ſomeriis Camere noſtre ducentas bardas. & pro camelis. decem & octo bardas aput Luceriam fieri facias. ad requiſitionem Iohannis Mori de Camera noſtra. & eas ſibi facias aſſignari pro ſervitiis noſtre Curie exequendis.

R. de Polcar. pro ſcrineis ad opus Camere.

De eodem . R. de Polcar. Mandamus & precipimus fidelitati tue. quatenus quatuor paria de ſcrineis facta de viminibus & cooperta de coriis vaccinis affaitatis ad modum eorum que oſtenſa ſunt tibi in Camera noſtra . ad opus ejuſdem Camere . ſtatim fieri facias. & ad ipſam Cameram ſtudeas deſtinare.

T. filio Oſmundi Iuſtit. Baſilicate pro Madio de Potentia, de jumentis Curie.

Item . De mandato dicti R. de Trentenaria ſcripſit idem Thomaſio filio Oſmundi Iuſtitiario Baſilicate . Quia Madius de Potentia fidelis noſter pro triginta Vnciis auri . quas pro preſenti collecta requirebas ab eo ut dicitur . duodecim

Ddd ju-

jumenta de suis. Curie nostre dedit ad presens in manus Gentilis de Castanea fidelis nostri recipientis ea pro parte Curie nostre ut ponat ipsa cum aliis jumentis Curie nostre que in aratia facta nuper in Apulia. ipsius est cure commissa. Mandamus quatenus si non plures Vncie pro presenti collecta requirebantur ab eo. ipsas triginta de cetero non requiras. cum sicut dictum est 10 fuerit exinde nostre Curie satisfactum.

Pro Palmerio de Potentia.

Similes eidem pro Palmerio de Potentia. qui dedit jumenta XI. pro Vnciis XXVIII.

B. Pissono Iustitiario Aprutii pro CC. militibus solidandis.

De mandato Magistri R. de Trajecto scriptum est per manus Procopii B. Pissono Iustitiario Aprutii. Ecce mictimus ad partes ipsas Manerium de Castanea fidelem nostrum ut retineat ad solidos Curie nostre ducentos milites qui 20 sint in servitio nostro cum filio nostro Illustri Rege Turrium & Gallure Sacri Imperii in Italia Legato. Quare fidelitati tue mandamus. quatinus milites illos quos idem M. ad servitium nostrum elegerit. si sponte ire noluerint. compellas juxta requisitionem suam ad servitium nostrum accingi. nisi aliqui fuerint de speciali mandato nostro. nostris servitiis deputati. vel ratiocinium 30 de aliquo officio Curie nostre reddere teneantur.

Ad Iacobum de Capua.

Eodem die ibidem. De mandato Magistri Petri de Vinea. scripsit P. de Capua ad Iudicem Iacobum de Capua. Vt visis licteris veniat cum tota pecunia Curie quam habet.

Ad Stantionem Amalfitanum de Capua.

Similes facte sunt Stantioni Amalfitano de Capua.

Pag. 98.

Apreli in Fogia.

Lictere aperte pro Philippo de Surrento & Iudice Majore missis pro servitiis Curie.

XIII. Ibidem. De mandato Magistri R. de Trajecto scripsit P. de Capua. Fr. &c. *Iustitiariis. Magistris Camerariis. Camerariis Bajulis & universis officialibus ac aliis quibus presentes lictere ostense fuerint fidelibus suis &c.* Cum Philippum de Surrento & Iudicem Majorem de Iuvenatio pro inquirendis ma- 50 lefactoribus in terra Monasterii Casinensis & pro aliis nostris servitiis destinemus. fidelitati vestre precipiendo mandamus. quatenus eisdem ad requisitionem eorum assistatis ope consilio & favore. ut servitia valeant exequi juxta celsitudinis nostre mandatum. & nos devotionem vestram merito commendamus. Datum &c.

XIIII. Ejusdem facte sunt lictere aperte eisdem. amoto illo verbo pro inquirendis malefactoribus in terra Monasterii Casinensis *per manus ejusdem & de eodem mandato.*

Lictere ad Crescium Amalfitanum Magistrum Camerarium Aprutii pro dandis solidis pro Castellanis & servientibus & expensis Iohannis de Raymo.

10 *De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Suessa scripsit Iacobus de Bantra Crescio Amalfitano Magistro Camerario Aprutii.* Iohannes de Raymo provisor Castrorum ipsarum partium fidelis noster sua nobis insinuatione monstravit quod cum tibi dedimus nostris licteris in mandatis. ut ad requisitionem suam pecuniam necessariam pro solidis Castellanorum & servientium ipso- 20 rum Castrorum pro munirione etiam eorundem. expensas quoque statutas sibi pro se tribus scuteriis & quatuor equis dum in ipso servitio moram fecerit juxta assisam Curie exhibeas. tu ad id faciendum te difficilem & negligentem ostendis. quo fit ut idem servitium ipsum nequeat sicut expedit adimplere. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. si est ita predi- 30 ctam pecuniam oportunam pro munirione predictorum Castrorum & pro solidis nominatis Castellanis & servientibus exhibendis. ac predictas expensas sibi statutas juxta primi mandati nostri tenorem eidem sine difficultate persolvas.

Guidoni de Guasto provisori Castrorum pro Castris Bari & Trani.

XIII. Aprelis. Mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum. ad Guidonem de Guasto provisorem Castrorum terre Idronti. terre Bari. & Basilicate. 40 *scripsit Notarius Roggerius de Salerno.* Accedentes ad presentiam nostram Riccardus Comite Castellanus Bari & Robbertus de Iudice Castellanus Trani fideles nostri. coram nobis exposuerunt. quod solidos pro se. & personis statutis cum eis ad ipsorum Castrorum custodiam. & necessaria alia nondum habuerunt. prout per nostram Curiam extitit ordinatum. & in licteris nostris 50 eisdem Castellanis transmissis plenius continetur. proposuerunt etiam quod in Castris ipsis sale. domus. camere. & edificia alia. ac volte sunt. que nisi cohoperiantur propter pluvias sustinere potest Curia nostra non modicam lesionem

nem in eis. que vitari poterit ſine magnis expenſis. Verum quia volumus quod tam ſolidos. pro Caſtellanis ipſis & perſonis ſtatutis cum eis in Caſtris prediĉtis. quam & neceſſaria alia ſibi debeant exhiberi. nec non & quod ſale. camere. domus. volte & edificia alia que neceſſario cohoperiri oportet. ne propter pluvias devaſtentur. debeant ſicut melius poterit cohoperiri ſine magnis expenſis ad evitandum Curie noſtre dampnum in eis. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. conferas te perſonaliter ad Caſtra ipſa. & videas diligenter omnia edificia prenotata. & ea que tam in ſalis. cameris. voltis. & domibus. quam etiam in aliis edificiis videris neceſſario quod propter pluvias debeant cohoperiri. prout melius videris ſine magnis expenſis facias fieri. Solidos etiam & neceſſaria alia tam Caſtellanis. quam perſonis aliis ſtatutis cum eis ad cuſtodiam Caſtrorum ipſorum. juxta quod per Curiam noſtram ordinatum eſt. facias exhiberi per Alexandrum filium Henrici fidelem noſtrum. Cui damus per noſtras liĉteras in mandatis ut ad requiſitionem tuam Caſtellanis ipſis ſolidos & neceſſaria alia pro ſe & perſonis ſtatutis cum eis. debeat exhibere juxta numerum perſonarum in liĉteris noſtris eiſdem Caſtellanis tranſmiſſis contentum. & pecuniam etiam pro cohoperiendis ipſis edificiis debeat tibi dare.

A. filio Henrici pro cohoperiendis edificiis Caſtrorum Bari & Trani & pro ſolidis & neceſſariis aliis Caſtellanorum & perſonarum cuſtodientium Caſtra ipſa.

Eodem die. De ſuperiori mandato. ad Alexandrum filium Henrici ſcripſit idem Notarius. pro Caſtellanis Bari & Trani. per omnia ſimiles liĉteras uſque fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requiſitionem diĉti Guidonis de Guaſto. des ſibi de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas. pro cohoperiendis ſine magnis expenſis ſalis. domibus. voltis camere & edificiis aliis que propter pluvias viderit idem G. neceſſario cohoperienda. des etiam ad requiſitionem ipſorum Caſtellanotum Caſtrorum ipſotum. ſolidos & neceſſaria alia pro ſe & perſonis ſtatutis eum eis ad cuſtodiam eorumdem Caſtrorum ſecundum numerum perſonarum diſtintum in literis noſtris eiſdem Caſtellanis tranſmiſſis. & juxta quod per noſtram Curiam eſtitit ordinatum.

Frater Nicolaus de Capitinata vocatus.

Eodem die. De Imperiali mandato faĉto per Magiſtrum Riccardum. ſcripſit Notarius Laurentius de Brunduſio Nicolao de Capitinata. ut veniat ad Curiam. quia dominus diſpoſuit loqui cum eo ſuper quibuſdam.

Reſponſales Sicleriis Brunduſii.

Item ſcripſit liĉteras Reſponſales Sicleriis Brunduſii. quod ſubveniant domino in preſenti ſervirio & portent onus eum Vniverſitate quia de gratia indulta eis per privilegia domini dominus poterit gratioſe & liberaliter providere. & de aliis etiam.

Apreli in Fogia.

Pag. 98. adv.

De Imperiali mandato faĉto per Magiſtrum R. de Trajeĉto. ſcripſit P. de Capua ad Guillelmum Paganum. quod viſis liĉteris veniat cum nunciis cum quibus applicuit Brunduſium.

Ad Iuſtit. terre Bari pro Thomaſio de Brunduſio de Bajulis & aliis Officialibus compellendis.

XIIII. Aprelis XIII. Indiĉtionis. De mandato Imperiali faĉto per Magiſtrum Petrum de Vinea ſcripſit P. de Capua ad Landulfum de Franco Iuſtitiarium terre Bari. Exponente nobis Thomaſio de Brunduſio fidele noſtro nuper noſtra Serenitas intellexit quod nonnulli Bajuli Cabelloti. & alii Officiales dudum per eum ſtatuti per Iuſtitiariatum tuum inveniuntur noſtre Curie debitores & in ſolutione pecunie nobis debite difficiles & negligentes exiſtunt. nolentes igitur quod jura & pecunia Curie noſtre in dampnum & prejudicium Curie noſtre ab aliquibus debeant detineri utpote nobis ad preſens plurimum oportuna. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipſi T. volenti compellere Bajulos Cabellotos & Officiales ſuos in Iuſtitiariatu tuo. quos Curie noſtre debitores tibi conſtiterit & in ſolutione moroſos juxta requiſitionem ejuſdem Thomaſii ad ſolutionem jurium & pecunie Curie noſtre debite aſſiſtas auxilio conſilio & favore. ut pecuniam Curie noſtre debitam celeriter poſſit haberi. Equum eſt etenim ut qui jura ſingulis fidelibus noſtris ſervari mandamus. noſtris juribus non privemur. Tale ſuper hoc &c.

Pro eodem.

Eodem die. De eodem mandato ſimiles liĉtere per omnia ſcripte ſunt per eumdem P. ad Iuſtitiarium terre Idronti.

Pro eodem.

Eodem die. De eodem mandato ſimiles liĉtere per omnia ſcripte ſunt per eumdem

dem P. ad Iuſtitiarium Capitinate.

Ad Thomaſium de Montenigro Iuſtit. Principatus pro inquiſitione facienda contra Iudicem Roggerium de Giſono.

Eodem die. De eodem mandato ſimiles licłere per omnia ſcripte ſunt per eumdem ad Iuſtitiarium Baſilicate.

XIIII. *Menſis ejuſdem. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum ad Iuſtitiarium Principatus. ſcripſit Notarius R. de Salerno.* Bartholomeus de Giraldo de Giſono lator preſentium fidelis noſter denunciationes qnas cedula continet preſentibus intercluſa. noſtro Culmini preſentavit. contra Iudicem Roggerium de Giſono. cujus cedule per omnia ſimilem juſſimus conſervari. & quia de omnibus que cedula ipſa continet per te inquiri & ſcire volumus plenius veritatem. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus vocato ad te dicło B. & aſſiſtente tibi in denunciationibus ipſis ejuſdem cedule diligenter inſpecło tenore. ſuper omnibus que continet. inquiſitionem facias diligentem per homines fide dignos quam fideliter in ſcriptis redacłam ſub ſigillo tuo ad preſentiam noſtram micłas. ſtudium habiturus ne in inquiſitione ipſa alicujus aſtutia noſtra Curia deſraudetur.

Ad Iuſtitiarium Aprutii. pro inquiſitione facienda contra Iudicem Oderiſium de Caſtello de Sangro.

Item. Similes licłere de eodem mandato ad B. Piſſonum Iuſtitiarium Aprutii ſacłe ſunt per eundem Notarium ad denunciationem Riccardi de Sulmona. qui licłeras ipſas portavit. contra Iudicem Oderiſium de Caſtello de Sangro. & ſimilis per omnia cedula que miſſa eſt Iuſtitiario conſervatur in Camera. & debet facere inquiſitionem ſuper omnibus aſſiſtente ſibi eodem Riccardo in inquiſitione ipſa.

„ *Item eodem die. De eodem mandato. ſcripſit idem Notarius ad Iuſtitiarium terre Bari. ſimiles licłeras de facienda inquiſitione contra Iudicem Iacobum de Guaragnone ad denuntiationem Iohannis de Imperiali commorantis in Guaragnone. qui debet aſſiſtere denunciationibus quas cedula continet preſentibus intercluſa & ſimilis per omnia eſt in Camera.*

Pag. 99.

Apreli in Fogia.

XIIII. *Aprelis. Mandante domino Imperatore per Magiſtrum Riccardum. ad Iuſtitiarium terre Laboris. ſcripſit Notarius R. de Salerno.* Riccardus bonuincuntrus de Inula denunciavit celſitudini noſtre. quod Nicolaus de Ioa. Guilielmus & Iohannes Bertonus de Inula poſt generalem prohibitionem ſacłam per Curiam noſtram ne aliquis beſtias vel aliqua alia de Regno extraheret in Campaniam portaturus. auſu temerario duxerunt capras & portaverunt frumentum in campaniam ad vendendum de Regno contra prohibitionem noſtram & portaverunt etiam ſal extra Regnum ad vendendum in Regnum. & vendere preſumpſerunt cum nulli licitum ſit ſal vendere quod non ſit emptum a doana Curie noſtre ſuper quibus cum per te inquiri & ſcire velimus plenius veritatem. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ſuper premiſſis inquiras diligentius veritatem per homines fide dignos. quam fideliter ad te vocato. & predicłis denunciationibus aſſiſtente quam fideliter in ſcriptis redacłam ad Curiam noſtram micłas.

Riccardo de Montenigro Iuſtit. terre Laboris pro facienda inquiſitione contra Nicolaũ de Ioa. Guilielmum & Iohannem Bertonum de Inula.

A. filio Henrici pro Guidone de Guaſto & reparatione domorum & Caſtrorum Curie.

Eodem die. Mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum. ad Alexandrum filium Henrici. ſcripſit Notarius R. de Salerno. Guido de Guaſto proviſor Caſtrorum noſtrorum in Apulia. Conqueſtus eſt coram nobis quod cum dederimus noſtris licłeris in mandatis Iudici Philippo de Averſa qui tunc ſtatutus fuerat recollecłor pecunie Curie noſtre in Apulia ut ſibi pro ſe tribus ſcuteriis. & quatuor equis ſuis expenſas juxta aſſiſam Curie exhibere deberet. quia idem Iudex infirmitate detentus non contulit ſe in Apuliam ut ſervitium Curie noſtre ſibi commiſſum exequeretur expenſas ipſas nondum ſicut aſſerit potuit habere ab aliquo. nec ab eo. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus certus ſicut convenit. quod dicłus G. expenſas ipſas a nullo pro parte Curie noſtre receperit ſicut dicit. tu expenſas ipſas pro ſe. tribus ſcuteriis & quatuor equis ſuis juxta aſſiſam Curie exhibeas ab eo tempore quo ſibi per Curiam noſtram ſtatute fuerunt & in antea donec in eodem noſtro ſervitio fuerit de noſtro mandato. pro illis videlicet diebus quibus ſervitium ipſum exequutus eſt. & in antea exequetur. expenſas daturus eidem de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas. pro reparatione etiam neceſſaria domorum no-

noſtrarum & Caſtrorum ſi expedit ad requiſitionem ſuam expenſas neceſſarias miniſtres de pecunia Curie. ne pro defectu pecunie domorum vel Caſtrorum noſtrorum aliquid patiantur ruinam.

Alexandro filio Henrici pro faciendo biſcotto. de frumento mittendo in Syriam.

XV. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit P. de Capua Wolfer. A. filio Henrici &c. Mandamus & precipimus fidelitati tue. quatenus ſtatim receptis hys licteris. navim quam cum frumento mandavimus pro Mareſcalco in Syriam navigare. exonerari facias de frumento ipſo fieri faciens nonaginta cantaria biſcotti de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas. quod biſcottum juxta ordinationem Nicolini Spinule Ammirati fidelis noſtri pro ſervitiis noſtris ſtudeas exhibere & recipias exinde ydoneam apodixam.

Bajulis & Fundicariis Brunduſii. pro capiendo monſtro. itura ad Papam de partibus ultramarinis pro impetranda diſpenſatione matrimonii. Unde promittebantur ei duo milia marcarum.

Item P. de Capua junior. Bajulis & Fundicariis Brunduſii. Cum Notarium Gualterium de Capua fidelem noſtrum latorem preſentium pro quibuſdam noſtris ſervitiis deſtinemus. fidelitati veſtre firmiter precipiendn mandamus quatenus eidem Notario ad requiſitionem ſuam aſſiſtatis ope conſilio & favore. Ita ut ipſe ſervitia noſtra poſſit exequi ſicut decet. & nos devotionem veſtram inde merito commendemus.

Gayto Panormi pro diruendo edificio facto.

Item. Procopius. Notario Philippo Gayto Panormi. Intellexit noſtra Serenitas quod edificium olim per Fratres Minores inceptum juxta portum Civitatis noſtre Panormi. quod mandavimus dirui. ad preſens reficitur ab eiſdem contra mandatum noſtrum. Quare mandamus. quatenus ſi eſt ita ipſum edificium aliquatenus conſtrui non permictas.

Pag. 99. adv.

Apreli in Luceria.

Nicolino Spinule Ammirato de facto portuum.

XVI. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea. ſcripſit P. Wolfer. de Capua Nicolino Spinule Ammirato &c. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus per ſingulos portus maritime Regni nnſtri Sicilie. unum aut duos probos viros ſtatuas & fideles. qui ſtatim cum navis. galea. vel vaſſellum aliquod undecumque veniens applicuerit. prius quam aliquis de ipſo deſcendat. vel aliquid deponatur ex eo. perſonas omnes & loca quelibet vaſſellorum fideliter & diligenter exquirat. Unde ſit. Unde veniat. quo & ad quid vadat. & qui ſint homines exiſtentes in eo. quos etiam jurare compellet. ut licteras ſeu verba contra nos Imperium aut Regna noſtra non deferant quoquo modo. licteras omnes ibidem inventas. aut aput aliquem de vaſſello. extra Regni terminos deferendas eum capere volumus. quas ad preſentiam noſtram intactas jubemus cum celeritate transmicti. Ita tamen ut interim. navis. galea. ſeu vaſſellum. aut perſona aliqua. ex eis aliquatenus Regnum non exeat ſine noſtre licentia Majeſtatis. Quod ſi aliquis de rebellibus noſtris inveniretur in eis. ad quod omni ſtudio intendi volumus & cautela. ipſum cum omnibus rebus ſuis capi facias & diligentius cuſtodiri. Significari preterea volumus nobis per licteras ordinati vel ordinatorum tuorum. capti vel captorum nomina. modum & circumſtantias omnes aliorum extraneorum in vaſſellis delatorum. ut quod exinde fieri debeat noſtra precipiat celſitudo. Nomina etiam ordinatorum per te ad hoc. ſingillatim per licteras tuas Majeſtati noſtre ſine mora ſignificare curabis &c.

Thomaſio de Brunduſio quod aſſignet res Curie Alexandro filio Henrici.

Item. Idem Thomaſio de Brunduſio. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus victualia vinum. oleum ſal ferrum & res alias Curie noſtre. nec non ſcripta jurium noſtrorum quorum exempla penes te retineas que tam penes te quam penes officiales tuos remanſerunt de tempore preterito. quo tu & ipſi per te exercuerunt officia noſtra. Alexandro filio Henrici. ſubſtituto in locum tuum aſſignes. & facias aſſignari. recepiens & recipi faciens ab ipſo exinde apodixam.

Scripſit idem Alexandro predicto quod recipiat.

Angelo de Marra pro eodem quod aſſignet Riccardo de Polcar.

Item. De eodem mandato ſcripſit Iacobus de Bantra. Angelo de Marra &c. Mandamus. & precipimus fidelitati tue. quatenus. victualia. vinum. ſalem. ferrum azarum & picem quecumque reſidua ſunt de tempore officii tui. & res alias tue dudum cuſtodie & procurationi commiſſas. quaterniones quoque Curie noſtre quos habes de demaniis noſtris & revocatis. & inſtrumenta etiam de venditionibus ſeu locationibus Ca-

Camerariatuum Bajulationum & aliorum officiorum anno presenti facta preter pecuniam si quam habes. quam te assignare volumus Camere nostre Riccardo de Polcar. fideli nostro assignes. recipiens ab eo exinde apodixam. nos enim sibi dedimus in mandatis. ut a primo preteriti mensis Septembris hujus XIII. Indictionis. ab officialibus in ipsis partibus per te statutis. pro parte Curie nostre recipiat rationem. & quia quedam de predictis rebus non dum recepto mandato nostro sibi ut asseris assignasti. celsitudini nostre placet.

Scripsit idem Riccardo predicto quod recipiat.

Alexandro filio Henrici pro tappetario & tribus tarrasiatoribus.

Item. *De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum. scripsit Laurentius. Alexandro filio Henrici.* Mandamus & precipimus fidelitati tue quatenus Magistro Wiccardo Tappetar. pro se I. equo & I. scuterio. & duobus discipulis. Magistro Iohanni Tarrasiatori. pro se. uxore. & I. scuterio. Magistro Greco Tarrasiatori pro se. & I. servitore & Abdalla servo nostro Tarrasiatori. pro se tantum expensas juxta assisam Curie nostre. de pecunia que est pet manus tuas & cetera necessaria ad facienda servitia nostra. pro quibus expensas ipsas recipiunt. de cetero debeas exhibere. provisurus. ut laborent continue. & in eis aliquatenus non admictantur expense. nec cogantur per te proinde per Apuliam laborare.

Iustitiario terre Bari de ordeo vendendo.

Item. *De Imperiali mandato. scripsit Iacobus de Bantra L. de Franco Iustitiario terre Bari.* Mandamus. & precipimus fidelitati tue. quatenus duo milia salmarum ordei de Iustitiariatu tuo portari facias per homines regionis aput Fogiam ad vendendum &c.

In Celano Capitinate.

Item Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate similes de mille salmis ordei.

XVII. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vineis. scripsit Rogerius de Salerno Morico & sociis Portulanis Regularum. Mandamus quatenus totam pecuniam quam habetis & habere poteritis in presenti statim receptis hys licteris. vestrum aliquis portet ad Cameram nostram omni mora & occasione remotis.

Similes Leoni Bello & socio Portulano Sancti Cataldi.

Similes Henrico Tenardo Portulano Turris ad mare. ut mictat per fidum nuntium.

Apreli in Celano Capitinate. Pag. 100.

Alexandro filio Henrici pro Abdellasis nepote Regis Tunnisi.

XVII. De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum scripsit Laurentius. ad Alexandrum filium Henrici. Mandamus tibi. quatenus Abdellasis nepoti Regis Tunnisi. qui apud Luceriam de mandaro nostro moratur. pro se tribus scuteriis. & quatuor equis. & Perrono de Panormo fideli nostro ad ipsius servitium deputato. pro se uno scuterio. & duobus equis. expensas juxta assisam Curie nostre donec in servitio ipso morabitur. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. debeas exhibere ad requisitionem ipsius Perroni. recepturus a dicto Perrono de predictis omnibus que dederis apodixam.

Apreli in Fogia. Pag. 100. adv.

XX. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea per I. de Sancto Germano facte sunt lictere B. Pissono Iustitiario Aprutii. Accedens ad presentiam nostram Theol. Magister operis lacus fucini fidelis noster proposuit coram nobis quod cum dudum ad petitionem hominum contrate mandaverimus Hectori de Montefusculo tunc Iustitiario Aprutii fideli nostro. ut formas ipsius lacus que propter operis constructi malitiam & vetustatem erant pone ruinam. purgari & aperiri faceret. ut aque superflue fucini que ipsum occupant inde labantur. sicut antiquitus fieri consuevit & idem Iustitiarius juxta formam mandati nostri ad executionem ipsius operis processisset. ita quod idem opus jam est pro majori parte perfectum. tu pro eo. quod super hoc non recepisti a celsitudine nostra mandatum ad executionem ipsius operis prout expedit non intendas. Volentes igitur ut felicibus temporibus nostris dictum opus non remaneat imperfectum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad perfectionem ipsius operis diligenter intendens. illud juxta formam quam prefatus Hector Iustitiarius

rius super hoc de mandato celsitudinis nostre statuit. facias percompleri . ad laudem & gloriam nominis nostri & profectum nostrorum fidelium & hominum regionis.

Ad R. de Pulcar. pro custode Castri Agropoli de solidis & companagio.

Eodem die . De eodem mandato per eumdem facte sunt littere R. de Pulch. Exposuir Majestati nostre Vrso Iudex Capudaquensis fidelis noster . quod cum per Curiam nostram statutus sit custos Castri nostri Agtopoli . & elapsis jam quatuor mensibus & ultra . pro se companagium . & pro personis statutis ad custodiam ejusdem Castri solidos & companagium non habuerit . Castrum ipsum nisi super hoc ei provideatur . commode custodire non potest . Volentes igitur ut in custodia dicti Castri non habeatur defectus . fidelitari tue preipiendo mandamus . quatenus certificatus de tempore quo idem Iudex recepit solidos & companagium ab Angelo de Marra fideli nostro & de quantitate personarum statutarum ibidem . solidos & companagium pro tempore preterito pro quo nichil eum tibi constiterit recepisse . & in antea ipsi Iudici de proventibus Capudaquensis Ecclesie que sunt per manus tuas . tribui facias pro personis statutis in dicto Castro . sicut per prefatum A. de Marra recipere consuevit . & facias sibi de hys que receperis apodixam .

Ad Criscium Amalfitanum de pecunia & victualibus Curie debitis exigendis.

Per manus ejusdem facte sunt littere Criscio Amalfitano Magistro Camerario Aprutii . Exposuit Majestati nostre Thomasius de Acto fidelis noster . quod Notarius Srabilis . & Accurribonus de Sancto Fabiano & quidam alii quibus diversa officia commiserat idem Thomasius dum in Aprutio Camerariatus officium exerceret . quamdam quantitatem pecunie . & victualium quam solvere Curie nostre tenentur . eidem T. pro eo quod amotus fuit ab officio non solverunt . Quo circa fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus receptis a prefato T. nominibus debitorum . & pecunie ae victualium quantitate in quibus Curie nostre tenentur . pecuniam & victualia quelibet . quorum eos Curie nostre inveneris debitores . ad opus Curie nostre exigas faciens sibi de hys que receperis apodixam .

Eodem die per manus Procopii de mandato Magistri Petri de Vinea ; facte sunt littere . ad Riccardum de Polcar. Diu est quod capi mandavimus bona omnia Iudicis Iacobi de Sancta Agatha . & ad opus nostre Curie procurari . quod quia factum non est . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatinus omnia bona ipsius Iudicis Iacobi facias diligenter ad opus nostre Curie procurari .

R. de Polcar. de capiendis bonis Iudicis Iacobi de S. Agatha.

Eodem die ibidem . De mandato Iudicis Taddei . scripsit P. de Capua . ad Angelum de Marra . Cum cabellam sete Calabrie tue procurationi commissam anno primo preterito XII. Indictionis . vendideris prout per te Curie nostre innotuit . Iohanni Spina . Leoni Pullin. Sergio de Bonito . Leoni Bonalma . Iohanni de Argusio . & Sergio de Carusso civibus scale fidelibus nostris a Kalendis mensis Madii ejusdem XII. Indictionis . usque ad Kalendas mensis Madii proximo futuri . sicut vendi hactenus consuevit . & juxta pactum per te sibi factum . medietatem pecunie ipsius cabelle ultimo Februarii primo preterito solvere debuerint . & reliquam medietatem ultimo presentis mensis Aprilis solvere teneantur . Cum cabellam eandem Majori de Plancatone doane de secretis . & questor. Magist. fideli nostro commiserimus procurandam . exactionem quoque ipsius cabelle temporis supradicti . eidem duxerimus committendam . fidelitati tue mandamus . quatenus a recollectione ipsius pecunie debite a predictis pro eadem cabella sete pro tempore supradicto . desistas . & si quod de eo tempore exinde recepisti . eidem Majori ad opus Curie nostre debeas assignare ut possit inde ponere plenariam rationem. Datum &c.

Pag. 101.

Ad Iustit. Basilicate quod assignet medietatem terre gloriose Alexandro filio Henrici.

XX. *De Imperiali mandato facto per Magistrum T. de Suessa scripsit A. de Capua . facte sunt littere ad Thomasium filium Osmundi Iustitiarium Basilicate .* Fidelitati tue precipimus & mandamus . quatenus medietatem terre Gloriose quam ab Ansaysia & filio suo majore natu exigentibus suis meritis ad manus nostras per te dudum fecimus revocati . Alexandro filio Henrici fideli nostro sine more dispendio assignare procures . per ipsum ad opus nostre Curie procurandam .

Similes facte sunt Alexandro filio Henrici

Alexandro filio Henrici quod recipiat.

rici quod recipiat medietatem camdem ad opus Curie fideliter procurandam.

Iustit. Principatus quod det viginti quinque inter pancerias & loricas Ammirato.

XXII. *Aprelis. Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum ad Iustitiarium Principatus scripsit Notarius R. de Salerno.* Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis hys licteris invenias per jurisdictionem tuam mutuo vigintiquinque inter pancerias & loricas. & ipsas statim Nicolino Spinule Regni Sicilie Ammirato fideli nostro pro nostris servitiis exequendis apud Barolum facias assignari.

Similes pro quinquaginta inter pancerias & loricas facte sunt Iustitiario terre Laboris.

Eodem die. De superiori mandato scripsit idem Notarius ad Iustitiarium terre Laboris. Similes licteras quod inveniat mutuo per Iurisdictionem suam quinquaginta inter pancerias & loricas. & ipsas assignet Nicolino Spinule Ammirato.

D. Dragono pro imaginibus lapideis deferendis Luceriam.

Item. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Camera. scripsit Laurentius. Diupuldo Dragono Castellano Neapolis. Cum velimus ymagines lapideas in galeis delatas que sunt in Castro Neapolis. aput Luceriam instanti habere. ac mandemus Compalatiis Neapolis. ut ipsas a te requirant. recipiant. & statim Luceriam mictarit. firmiter mandamus quarenus dictas Imagines in continenti visis hys licteris eisdem Compalatiis facias assignari.

Compalatiis Neapolis pro eisdem.

Item scripsit Compalatiis. ut requirant recipiant. & inveniant homines. qui eas salubriter super eollum suum usque Luceriam portent & eas per ipsos quam cito illue mictant.

Ad Iustit. Aprutii quod permictat nuntios Regis Hextrahere CC. arietes.

Eodem die ibidem. De mandato Magistri Petri de Vinca. scripsit P. de Capua ad Boamundum Piscionum Iustitiarium Aprutii. Quod permictat H. Illustrem Regem Turrium & Gallure Saeri Imperii in Italia Legatum. per nuntios suos libere de Regno extrahere ducentos arietes. hac vice tantum.

Ad Iustit. Calabrie Responsales pro expensis nunciorum suorum.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit G. de Cusentia G. de Montefuscalo Iustitiario Calabrie. Licteras tuas &c. Quod autem significasti te oportere quandoque ad Curiam nostram nuntios & res etiam destinare. pro quibus re convenit expensas necessarias exhibere. & inde nostrum requisivisti mandatum. placet nobis quod nuntiis quos necessario te mictere ad Curiam nostram contingerit pro necessariis servitiis nostris eum licteris vel cum rebus. justas & moderatas expensas exhibeas quas volumus in tuis rationibus computari. in hys tamen & aliis quantumcumque potes. expensis Curie nostre parcas. ut in hoc tuam diligentiam commendemus. Datum.

Apreli in Fogia.

Pag. 101. adv.

Ad Secretum pro Angelo de Marra.

XXIII. *Aprelis. De mandato Magistri Petri de Vinca scripsit P. de Capua ad Majorem Secretum.* Conquerente Angelo de Marra fideli nostro nuper nostra Serenitas intellexit. quod cum Magister Iohannes de Renda pro cabella sete Calabrie anni preteriti none Indictionis quam idem A. eidem Magistro I. vendidit. teneatur solvere eidem A. pro parte Curie nostre Vncias auri CLXX. ad generale pondus Regni. positis sibi fidejussoribus sicut in instrumento publico inde eonfecto & licteris Senatoris de Archis tunc Iustitiarii asserit contineri. predictus Magister Iohannes & fidejussores sui denegant sibi exinde respondere in nostre Curie lesionem. Quare &e. quatenus si tibi eonstiterit ita esse tam ipsum Magistrum I. quam fidejussores ipsos ad solutionem predicte pecunie scilicet CLXX. Vnciarum prefato A. vel nuntio suo faciendam prout de jure tenentur & debent taliter. previa ratione compellas ut Iustitia &c.

Ad Alexandrum filium Henrici quod det expensas pro campis jumentis vacci: ovibus & porcis Curie.

XXIIII. *Ejusdem. De mandato Imperiali facto per Magistrum Riccardum de Trajecto scripsit Iohannes Idronti. Alexandro filio Henrici.* Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus tam pro campis quam pro jumentis vaccis ovibus & porcis Curie nostre. ad requisitionem illotum qui ordinati sunt super eura ipsorum. expensas neeessarias & utiles ac moderatas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas facias exhiberi. recipiens ab eisdem de eo quod dederis apodixam.

B. Pisciono Iustitiario Aprutii pro facienda inquisitione contra Robbertum de Pacile.

Item eodem die. De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinca. scripsit G. de Tocco B. Pisciono Iustitiario Aprutii. Denunciationem nostro Culmini presentatam fidelitati tue presentibus inter-

tereclusam trasmictimus. & similem in quaternionibus nostre Curie mandavimus transcribendam mandantes tibi ut super omnibus & singulis capitulis denuntiationis ipsius inquisitionem contra delatum facias diligentem per homines fide dignos. & si ea inveneris que denunciatio continet. procedas ad puniendum eum. juxta formam generalem mandati nostri quod de puniendis infidelibus nostris. quos in preterita discordia inter nos & Ecclesiam proditionis vitium notabiles reddidit. Serenitas nostra dudum indixit. Nichilominus tamen. quod inveneris. & feceris de predicto Celsitudini nostre significes seriatim. Datum.

Denunciatio Thomasii de Venafro.

Tenor denunciationis talis est. Denunciat Thomasius de Venafro. quod Robbertus de Bacile eum sit Baro & pheudum habeat contraxit matrimonium ab Imperiali Curia licentia non obtenta. Item denunciat. quod presatus Robbertus fuit proditor domini Imperatoris eo videlicet modo quod tempore turbationis duxit & conduxit Papalem exercitum per Valvam & incastellavit se contra eundem dominum Imperatorem cum Corrado de Luccinar. in Castro Pectorani & Pacentri. & depredatus fuit terram domini Imperatoris & undecumque potuit gentem & terram suam offendere non cessavit. Item dum erat idem R. incastellatus in predicto Castro Pectorani contra eundem. interfecit quendam vallectum domini Raonis de Aversa tunc Iustitiarii Aprutii. qui iverat ad homines dicti Castri Pectorani ut redirent ad fidelitatem Imperialem.

R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris pro facienda inquisitione contra Arnaldum de Colle alto.

Eodem die. De eodem mandato. scripsit idem'. Similes licteras per omnia R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris; & Comitatus Molisii. Tenor autem denunciationis talis est. Denunciat Imperiali Excellentie Senebaldus de Fossaceca fidelis & devotus noster. quod dum tempore Papalis discordie mote contra dominum Imperatorem. quidam Baro de partibus supradictis nomine Arnaldus de Colle alto reddidit se & juravit Papali exercitui. & fuit proditor domini Imperatoris & hostiliter contratam & homines fideles domini Imperatoris fuit depredatus. Quare petit &c.

Denunciatio Senebaldi de Fossaceca.

Apreli in Fogia.

Pag. 102.

Ad R. de Montenigro pro solidando servientes.

XXIIII. *De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit A. de Capua ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris & Comitatus Molisii*. Fidelitati tue precipimus & mandamus. quatenus sicut per alias nostras licteras tibi dedimus in mandatis ducentos servientes de Iustitiariatu tuo solidare debeas pro tribus mensibus de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. dando unicuique per mensem tarenos auri decem ad generale pondus Regni. & ipsos cum summa festinantia Riccardo de Pulcar. fideli nostro facias assignari per ipsum ad partes Lunesani pro custodia Castrorum ipsarum partium transmictendos. Ita quod in mora nullum possit periculum evenire.

Ad R. de Pulcar. quod recipiat servientes.

Item. De eodem mandato ad R. de Pulcar. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ducentos servientes. quos R. de Montenigro Iustitiarius terre Laboris & Comitatus Molisii fidelis noster tibi faciet assignari sicut ei per nostras licteras destinamus recipere debeas. & eos ad Lunesanas partes pro custodia Castrorum ipsarum partium cum summa festinantia cum expensis Curie nostre prout tibi per alias licteras nostras scripsimus transmictere non postponas. ne in mora ipsorum possit quod absit aliquod malum evenire.

Responsales ad Portulanos Bari pro jure Curie de victualibus exigendo.

De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Suessa. scripsit Iacobus de Bantra licteras responsales Leoni Bello & sociis Portulanis Bari. Per licteras vestras celsitudini nostre transmissas nobis innotuit quia pro eo quod victualia non venduntur in portu. scire pretium solutum pro ipsis non poteratis sicut in mandatis a nostra celsitudine recepisti & ideo ignoratis quid & quantum pro parte Curie nostre ab eis exigere debeatis. propter quod. a Majestate nostra exinde instrui supplicastis. super quo sic vobis duximus respondendum. quia de beneplacito nostro est quod de omnibus victualibus que per Civitates & Castra venduntur mercatoribus & non in portu. & ad portum ipsum deferuntur constitutum jus Curie nostre exigere debeatis. sicut in eodem

portu ipsa victualia valere & vendi posse noscuntur.

XXV. Aprelis. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua ad Riccardum de Montenigro. Exponente nobis Petro Silvatico procuratore demaniorum & revocatorum terre Laboris & Comitatus Molisii cive Capue fideli nostro nuper nostra Serenitas intellexit. quod nonnulli stallerii & procuratores per eum statuti per Iustitiariatum tuum inveniuntur nostre Curie debitores. & in solutione pecunie nobis debite. difficiles & negligentes existunt. nolentes igitur. quod jura & pecunia Curie nostre ab aliquibus debeant detineri. ut pote nobis ad presens plurimum oportuna. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ipsi P. volenti compellere stallerios & procuratores suos quoslibet in Iustitiariatu tuo. quos Curie nostre tibi constiterit debitores & in solutione morosos. juxta requisitionem ejusdem P. fidelis nostri ad solutionem jurium & pecunie Curie nostre adjuves auxilio consilio & favore. Vt pecunia Curia debita. celeriter possit haberi. Equum est enim ut qui jura singulis fidelibus nostris servari mandamus nostris juribus non privemur. taliter &c.

Similes per omnia facte sunt Thomasio de Montenigro Iustitiario Principatus & terre Beneventane. pro Iacobo Iudicis Leonis procuratore Iustitiariatus Principatus. & terre Beneventane.

Pag. 102. adv.

Apreli in Fogia:

XXV. Ejusdem. De mandato facto per Magistrum T. de Suessa. scripsit G. de Tocco Alexandro filio Henrici. Cum Guidonem de Guasto fidelem nostrum provisorem Castrorum nostrorum in Capitinata. Basilicata. Terra Bari & terra Idronti dudum duxerimus statuendum. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem G. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas pro munitione Castrorum ipsorum. solidis companagio. & ceteris oportunis ad ipsius requisitionem pecuniam tribuas sine difficultate & mora. secundum quod in statutis singulorum Castrorum ipsorum. quantitas solidorum & companagii videbitur contineri. ita quod idem G. servitium nostrum sibi commissum sine defectu quolibet exequatur. De hys vero que dederis ab eodem recipias apodixam. Datum.

Riccardo de Pulcar. de pece danda Iacobo Cacapice de Neapoli pro galeis.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia. Riccardo de Pulcar. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Iacobo Cacapice. statuto per Nicolinum Spinulam Ammiratum fidelem nostrum super galeis nostris aput Neapolim pro galeis ipsis. de pice Curie nostre L. cantaria debeas assignare. Datum.

Eodem die scripsit idem Notarius. De mandato facto per Magistrum Albertum. & dominum R. de Trentenaria ad Riccardum de Pulcar. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus. fieri facias aput Neapolim duas logias pro equis Marescalle nostre & unam trabectam pro Camera ejusdem Marescalle. sicut lator presentium Armannus Marescalle nostre Vallictus fidelis noster. quem ad hoc specialiter mictimus. de magnitudine & factione earum tibi duxerit designandum curaturus actente. ut eas cito fieri facias. cum sint Curie nostre plurimum oportune. Mandamus tibi preterea ut fieri facias aput Neapolim XII. sellas ad mulos cum bazis retro pro deferendis trussis incoriatas ad duo coria. sine picturis. bene guarnitas de bono coramine cordoane. & de fortibus coatracingulis. prout predictus Armannus tibi duxerit designandum. que predicta postquam facta fuerint ad Curiam nostram mictas.

Anselmo de Ponte Tremul. Castellano Marturano de captivo Comitisse Coriliani.

XXVII. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit Laurentius Anselmo de Ponte Tremull. Castellano Marturani &c. Quia captivus ille. quem custodiebas. mortuus est. sicut pro certo nostra Serenitas intellexit. Mandamus tibi. quatenus Abbatinum de Melignano captivum. qui fuit sub custodia Comitisse Coriliani. custodiendum recipias. & juxta formam tibi datam pro alio. ipsum diligenter debeas custodire.

Pag. 103.

Apreli apud Ortam.

De militibus. R. de Amic. Iustitiario ultra flumen salsum pro militibus XV.

De mandato domini Imperatoris facto per Magistros Petrum de Vinea. T. de Suessa. & R. de Trajecto. scripsit Laurentius B. de Amic. Iustitiario ultra flumen salsum. Quia de militibus Regni nostri. pro imminentibus negotiis volumus habere nobiscum. Mandamus. quatenus statim visis hys licteris in Iurisdictione tua. XV. milites strenuos & electos facias preparari. qui VIII. die proximo futuri mensis Iunii hujus XIII. Indictionis aput Capuam bene muniti. equis armis. copertis ferreis. & aliis oportunis. nostro conspectui se presentent XV.

Similes G. de Anglono Iustitiario citra flumen salsum pro militibus LX.

Goffrido de Montefusculo Iustitiario Calabrie pro militibus X. preter ferreas copertas.

Ptolomeo de Castellione Iustitiario Vallis Gratis pro militibus XXV. preter ferreas copertas.

Thomasio filio Osmundi Iustitiario Basilicate. pro militibus XL. preter &c.

Andree de Aquaviva Iustitiario terre Idronti. pro militibus XXX. preter &c.

Landulfo de Franco Iustitiario terre Bari. pro militibus VI. preter &c.

Riccardo de Montefusculo Iustitiario Capitinate. pro militibus V. preter &c.

Riccardo de Montenigro Iustitiario terre Laboris. pro militibus LX. preter &c.

Ad Secretum Messane pro Castro Bovis.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum Taddeum. scripsit G. de Cusentia Majori de Plancatone Secreto Messane. Significavit Excellentie nostre Roggerius de Larzone Castellanus Castri Bovis fidelis noster. quod cum pro munitione ejusdem Castri Bovis consueverit de proventibus Regine Ecclesie. solidos & alia necessaria ministrari. juxta statutum factum olim a quondam Mattheo Marchafaba Secreto predecessore tuo. & ea usque ad obitum dicti quondam Secreti receperit a mense Septembris infra nichil habere potuit de predictis. occasione videlicet quod predictam Reginam Ecclesiam mandavimus per nostram Curiam procurari. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus si tibi constiterit de premissis facias de proventibus dicte Ecclesie sicut hactenus consuevit in predicto Castro solidos & alia necessaria ministrari. prout a predicto quondam Secreto statutum inveneris & tu etiam magis videris utilitati nostre Curie expedire. Datum.

VI. Madii renovate sunt ad Ioh. de Ciofo Magistrum Camerarium. quia Secretus amotus fuit.

Ad Alex. filium Henrici de faciendis ferris & clavis.

Eodem die ibidem. De mandato Imperiali facto per Magistrum R. de Camera. scripsit P. de Capua ad Alexandrum filium Henrici. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitione Petri Manescalci mulorum Camere nostre mille & quadringentos ferros de mulis cum clavis eorum. & sexcentum ferros de roncinis similiter cum clavis eorum. & preter eos alia quatuor milia de clavis fieri facias. & tam ferrum. quam clavos ipsos omnes eidem Petro debeas assignare. Datum &c.

Ad Iustitiarium Aprutii pro se ipso.

Eodem die. Ibidem. De mandato Magistri Alberti. scripsit idem. ad B. Piscionum Iustitiarium Aprutii. Cum in transitu nostro per Iustitiariatum Aprutii octo equos Curie nostre apud te Rao de Trentanaria fidelis noster dimisisset infirmos. pro quibus oportuit facere te expensas de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. Volumus & mandamus ut necessarie & moderate expense per te facte pro equis ipsis. rationibus tuis ratiocinii tempore debeant computari. Datum &c.

Item. De Imperiali mandato facto per R. de Montefusculo Iustitiarium Capitinate. scripsit Laurentius Lucasino Castellano Melfie. quod liberet Othmen Saracenum de Luceria ad requisitionem dicti Iustitiarii. quia promisit Curie in manus ejusdem pro liberatione uncias L. super quo scripsit idem licteras dicto Lucasino. que sunt in quaterno generali scripte XXVII. Aprilis XIII. indictionis.

Pag. 103. adv.

Apreli in Orta.

De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto. scripsit Laurentius. Alferio Castellano Baroli fideli suo &c. Supplicavit Excellentie nostre Angelus de Marra fidelis noster. quod cum sibi & patri suo datus fuerit ad custodiam Iordanus obses Padue. quia idem Angelus interdum pro servitiis nostris in Civitate Baroli non est presens.

ſens . & pater ſuus ſenectute gravatur. propter quod non poſſit eum in Civitate . & in domo ſua ſecure ſicut expedit cuſtodire . nos eumdem Iordanum in Caſtro Baroli cuſtodiri . cum expenſis eorum de noſtra gratia mandaremus . Nos igitur precipiendo mandamus . quatenus dictum Iordanum in Caſtro noſtro Baroli recipias . & cuſtodias diligenter . a domo dictorum Angeli & patris ſuis expenſas pro victu & veſtitu ejuſdem Iordani obſidis recepturus .

Ad Magiſtrum I. de Panormo ad conſpectum domini ut veniat.

De mandato Imperiali facto per Notarium R. de Sugio ſcripſit Iacobus de Bantra . Magiſtro Iohanni de Panormo. Fidelitati tue diſtricte precipiendo mandamus . quatenus viſis hys licteris omni mora & occaſione ceſſante ad nos per mare te conferas feſtinanter . cavens ne inde aliud facias . te enim volumus pro quibuſdam noſtris ſervitiis deſtinare . & ecce quod mictimus tibi barcettam in qua propere venire valeas .

Item ſcripſit P. de Capua . Vitali de Averſa quod veniat .

Ad Secretum Meſſane pro faciendis tappetis.

XXVIII. *Ibidem . De mandato Imperiali facto per Magiſtrum Roggerium de Camera . ſcripſit P. de Capua . ad Majorem Planeatonem Secretum Meſſane .* quod viſis licteris fieri faciat ſexaginta tappeta pro leopardis . & triginta pro arneſio . & facta mictat ad Cameram.

Lictere ad Tholomeum de Caſtellione Iuſtitiarium Vallis gratis pro revocando feudo quod fuit Alexandri de Polic. in Genitocaſtro. Quas licteras portavit Bartholoctius de Genitocaſtro.

De mandato Imperiali facto per Iudicem T. de Sueſſa . ſcripſit Iacobus de Bantra Tholomeo de Caſtellione Iuſtitiario Vallis Gratis . Innotuit Curie noſtre. quod cum omnia bona quondam Alexandri de Policc. qui fuerat Iuſtitiarius & deceſſerat non poſita de predicto officio ratione ad opus Fiſci noſtri capta fuiſſent & noſtro nomine procurata . Thomaſius For. mur. nepos ejus quoddam feudum quod dictus A. habuerat in Genitocaſtro & Curia noſtra capi fecerat cum aliis bonis ejus . ſine mandato & licentia noſtra temere cepit & detinet ad commodum proprium in noſtre Curie leſionem . nulla ſimiliter de predicto Iuſtitiariatus officio ratione poſita pro eodem . Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus . quatenus inſpecta ſuper hys omnibus diligentius veritate . ſi rem inveneris ita eſſe . ſicut ſuperius eſt expreſſum . feudum predictum cum fructibus inde perceptis . ad manus Curie noſtre ſicut antea fuerat ſtudeas revocare . ut Curia noſtra ſuper hoc ſervetur illeſa . & tuam exinde &c.

Quod cum predictus Iuſtitiarius non fuerit aſſecutus . renovate ſunt ad G. de Monteſuſculo . de mandato facto per Notarium Riccardum VII. Madii XIIII. Indictionis apud Faventiam .

Criſcio Amalfitano Camerario Aprutii de munitione Caſtrorum.

Eodem die ibidem . De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Petrum de Vinea . ſcripſit P. de Capua ad Criſcium Amalfitanum Magiſtrum Camerarium Aprutii . De ſexaginta & ſex Unciis auri . quas te aſſignaſſe ſignificaſti ad pondus generale Iohanni de Raymo proviſori Caſtrorum noſtrorum in partibus ipſis pro munitione Caſtrorum ipſorum . ſi aſſignaſti eas . Excellentie noſtre placet. Mandamus etiam & precipimus fidelitati tue quatenus eidem Iohanni pro eorumdem Caſtrorum noſtrorum munitione pecuniam neceſſariam ad requiſitionem ſuam de pecunia Curie noſtre que eſt per manus tuas victualia quoque & alia neceſſaria debeas exhibere. recepturus ab eo de hys . que ſibi dederis apodixam . Datum &c.

Apreli in Orta . & Coronata .

Pag. 104.

Sequitur de proviſore Caſtrorum Principatus & terre Laboris.

XXVIII. *De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Taddeum de Sueſſa . ſcripſit G. de Cuſentia Riccardo de Pulcar.* Dudum Laurentium de Sueſſa fidelem noſtrum proviſorem Caſtrorum noſtrorum in partibus terre Laboris & Principatus conſtituentes . ſcripſimus Stephano de Romoaldo de Baro qui ſtatutus erat collector. pecunie Curie noſtre in partibus ipſis ut eidem Guillelmo pro ſolidis perſonarum ſtatutarum in Caſtris ipſis pecuniam neceſſariam exhibeat . & pro expenſis ſuis videlicet pro ſe tribus hominibus & quatuor equis dum in eodem ſervitio noſtro eſſet exhibeat expenſas . Verum cum predictus Stephanus ab eodem officio ſit amotus. fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus eidem Guillelmo pro ſe tribus hominibus & quatuor equis . juxta aſſiſam Curie noſtre dum in eodem ſervitio noſtro fuerit pro tempore quo expenſas ipſas tibi non recepiſſe conſtiterit . debeas exhibere . Mandamus etiam

Ad Riccardum de Pulcara.

iam ut pro munitione Castrorum nostrorum partium predictarum pecuniam per solidos . vinum . & victualia per vidandas & alia oportuna eidem Guillelmo ad requisitionem ipsius facias sine defectu quolibet exhiberi recepturus de omnibus que sibi dederis apodixam.

Licttere ad Secretum Messane . ut mittat Iohannem de Dracono usque Maltam.

Eodem die . De mandato Raonis de Trentanaria scripsit P. de Capua ad Majorem de Plancatone Secretum . Fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus Iohannem de Dracone qui captivus detinetur in Marescalla nostra . receptis hys licteris fideliter & diligenter duci facias usque Maltam . Paulino de Malta fideli nostro assignandum . ut custodiatur ibidem . dans eidem Iohanni expensas necessarias per terram quousque perveniat Eracliam . & deinde per mare usque Maltam . de proventibus Curie nostre . qui sunt per manus tuas . Tale super hoc &c.

Ad Paulinum de Malta pro eodem.

Item. De eodem mandato scripsit idem ad Paulinum de Malta. Mandamus & precipimus fidelitati tue . quatenus Iohannem de Dracono quem dictus Major de Plancatone Secretus Messane fidelis noster de mandato Culminis nostri tibi faciet assignari . positis sibi compedibus ferreis . ut de ipsius fuga dubitari non possit . diligenter apud Maltam facias custodiri . dando sibi necessaria sicut captivo videris expedire . tale &c.

Robberto de Castellione de blida & necessariis pro obsidione Rocce Alberici.

Eodem . De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea . scripsit Laurentius R. de Castellione &c. Licteras &c. Super eo autem quod Castellanus Introduci . blidam cum apparatu suo . quem habet . tibi non exhibet pro nostris servitiis exequendis . ecce quod eidem Castellano mandamus per licteras speciales . ut blidam ipsam tibi ad requisitionem tuam cum omni ejus apparatu . assignet . & precipimus Iustitiario Aprutii ut ipsam usque ad obsidionem Rocce Alberici . ubi tu es . faciat deportari . ac omnia necessaria pro apparatu ejus & jactu tibi ad requisitionem tuam debeat exhibere . Mandamus etiam dicto Iustitiario . ut pecuniam . arma . & omnia necessaria pro exercitu nostro qui ibi est & pro impugnatione dicte Rocce tibi exhibeat omnia mora & occasione remotis.

Item scripsit Iacobo de Castromaris . ut eam assignet nuntio dicti Robberti .

B. Pissono Iustitiario Aprutii pro eodem.

Item scripsit B. Pissono Iustitiario Aprutii . Mirari non immerito cogimur & moveri . quod cum pro impugnatione Rocce Alberici . super qua Robbertum de Castellione fidelem nostrum de nostra Curia misimus . mandavimus te ad requisitionem ejusdem de pecunia Curie nostre que est per manus tuas . necessaria quelibet exhibere . tu lapsum opottuni temporis & negotii ejusdem periculum non attendens . quasi subterfugis . frivolis occasionibus utens . mandatum & servitium nostrum . debita celeritate complere . propter quod fidelitati tue recipiendo mandamus quatenus eidem Robberto ad requisitionem ejusdem pecuniam arma . & necessaria quelibet pro impugnatione dicte Rocce . statim visis hys licteris debeas exhibere . & quia volumus . ut blida que est Castro Introduci . debeat deferri usque ad Roccam predictam . Mandamus tibi . ut ipsam blidam illuc ad requisitionem dicti R. deferri facias . & necessaria quelibet pro apparatu & jactu ipsius blide sufficienter ut expedit ministrari .

Apreli in Coronata . Pag.104. adv.

XXVII. De superiori mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit Laurentius R. de Montefusculo Iustitiario Capitinate . Mandamus & precipimus fidelitati tue . quatenus ad requisitionem Nicolini Spinule . Regni Sicilie Ammirati fidelis nostri . quotquot potes . armaturas ferri . de hys quas habes & sunt Curie nostre sibi pro nostris servitiis exequendis . facias sine more dispendio apud Barolum assignari .

Item . Henrico Tenardo de Brundusio custodi portus Turris ad mare &c. Ex querela nostrorum fidelium de Regno . ad audientiam Majestatis nostre pervenit quod ab eis de victualibus que emunt pro suarum sustentatione domorum . pro eo quod per mare ipsa extrahunt & deferunt de portu Turris ad mare exigis & recipis ad opus nostre Curie . quintam partem . inherendo licteris nostris per quam officium ipsum tibi commisimus . in quibus continetur expres-

expresse . quod tam ab incolis Regni. quam exteris. permictas victualia & animalia licita . de portu extrahi deferenda quocumque voluerint & cetera inde sumendo quod non diximus extra Regnum. Cum igitur intentionis nostre sit & fuerit . ut quinta pars juxta formam priorum licterarum nostrarum recipiatur tam ab incolis quam exteris qui predicta extra Regnum deferunt maxime ad vendendum . Mandamus quatenus dictos fideles nostros de Regno cum victualia & animalia licita maxime pro sustentatione domorum suarum emere & extrahere de portu ipso. deferenda infra Regnum tibi constiterit. super quinta parte indebite non requiras set soluto jure nostre Curie hactenus consueto . ipsos abire permictas. si quos etiam occasione ipsa impedis. dicto jure soluto debeas expedire.

Iustit. Principatus de revocandis alienatis bonis de dotario Contisse uxoris Raonis Comitis de Balbano.

Eodem die ibidem. *De Imperiali mandato facto per eumdem. scripsit P. de Capua ad T. de Montenigro Iustitiarium Principatus*. Intellexit Serenitas nostra. quod de dotario Contisse fidelis nostre uxoris quondam Raonis Comitis de Balbano. cui nos successores fuimus in omnibus bonis suis. constituto eidem Contisse a prefato quondam Comite viro suo. multa alienata sunt . occupata illicite ac distracta in prejudicium Curie nostre & non modicam lesionem. cum dodarium ipsum ad Curiam nostram pleno jure pertineat. licet eadem Contissa in vita sua usufructuaria sit ejusdem. Nolentes igitur Curie nostre jura ab aliquibus per injuriam detineri . Mandamus & precipimus fidelitati tue . quatenus de dodario supradicto tamquam de aliis bonis demanii nostri inquisitionem studeas facere diligentem . Et ea facta . omnia que per ipsam alienata inveneris occupata illicite vel distracta . ad jus & proprietatem predicti dodarii revocare. & prefate Contisse assignare procures . post ejus obitum ad nostram Curiam devolvenda. Datum &c.

Bajulis Ariani quod recipiant stallonem Curie a Iohanne de Donno Marino.

Eodem die. ibidem . *De eodem mandato . scripsit idem ad Bajulos Ariani.* Significavit Excellentie nostre Iohannes de Donno Marino fidelis noster. quod cum ipse duceret ad Curiam nostram quendam equum stallonem Curie nostre. & cum eo apud Arianum perveniens . ultra ducere non posset eum quia infirmabatur . ipsum dimisit ibidem . Quare fidelitati tue mandamus. quatenus stallonem eundem a prefato Iohanne recipientes. faciatis ipsum diligenter custodiri. quousque sanus fuerit. & sanum ad nostram Curiam transmictatis. facientes memorato Iohanni exinde apodixam. Datum &c.

Scriptum est eidem Iohanni. quod assignet Bajulis ipsis stallonem predictum & recipiat ab eis exinde apodixam.

Apreli in Coronata.

Pag. 105.

Roggerio de Amic. Iustitiario ultra flumen falsum pro militibus.

XXVIIII. *Aprelis*. *Mandante domino Imperatore per Magistrum Riccardum ad Roggerium de Amic. Iustitiarium Sicilie ultra flumen falsum. scripsit Notarius R. de Salerno*. Sicut per alias licteras nostras tibi recolimus mandavisse. sic iterato fidelitati tue districte precipiendo mandamus. quatenus quindecim milites de jurisdictione tua strenuos & electos armis. equis. copertis ferreis. & ceteris oportunis decenter munitos ad presentiam nostram cum omni celeritate mictas. Ita quod in prefixo tibi termino aput Capuam se coram nobis presentent. solvens cuilibet eorum pro solidis duorum mensium Vncias auri decem ad pondus Curie. de pecunia presentis generalis collecte & significes nobis per licteras tuas quando dicti milites iter arripient veniendi.

Similes lictere per omnia facte sunt Guillelmo de Anglone Iustitiario Sicilie citra flumen falsum pro militibus sexaginta.

Similes lictere facte sunt Iustitiario Calabrie pro militibus decem preter copertas ferreas.

Similes facte sunt Iustitiario Vallis gratis & terre Iordane pro militibus vigintiquinque. preter.

Similes facte sunt Iustitiario Basilicate pro militibus quatraginta. preter.

Similes Iustitiario terre Ydronti pro militibus triginta. preter.

Similes Iustitiario terre Bari pro militibus sex. preter.

Similes Iustitiario Capitinate pro militibus quinque. preter.

Similes Iustitiario Aprutii pro militibus preter.

Si-

Similes Iuſtitiario terre Laboris pro militibus ſexaginta. preter.

Ad I. Bulcanum proviſorem Caſtrorum in Sicilia citra flumen ſalſum pro Caſtellano Carſiliati.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Taddeum. ſcripſit G. de Cuſentia Iohanni Bulcano proviſori Caſtrorum in Sicilia citra flumen ſalſum. Significavit Excellentie noſtre Iacobus de Lentino fidelis noſter. quod pro munitione Caſtri noſtri Carſiliati. quod eſt cuſtodie ſue commiſſum neceſſaria juxta ſtatutum Caſtri quod habet. habere non poteſt. Quare mandamus. quatenus ſi eſt ita. juxta ſtatutum Caſtri quod habet. eidem pro perſonis in Caſtro ipſo ſtatutis. neceſſaria debeas exhibere ut pro neceſſariorum defectu Caſtrum ipſum non remaneat immunitum.

X. Madii hujus XIII. Indictionis emendate ſunt. & ſcriptum eſt Oberto Fallamonacho Secreto per totam Siciliam verbo ad verbum.

Majori de Plancatone pro expenſis & indumentis Bonaventure cuſtodis Camere.

Eodem. De Imperiali mandato facto per dominum Iohannem Morum. ſcripſit Laurentius Majori de Plancatone Secreto. Mandamus. quatenus Bonaventure ſtatuto ad cuſtodiam Camere noſtre Lentini. pro ſe. uno equo. & uno ſerviente Camere noſtre que eſt cum eo. expenſas a tempore quo eum non recepiſſe tibi conſtiterit. prout recipiebat a Mattheo Marchafaba predeceſſore tuo & de cetero. ac indumenta decenria pro eiſdem ſicut expedit debeas exhibere.

Pag. 105. adv.

Apreli in Coronata.

XXX. *Aprelis XIII. Indictionis apud Coronatam. De mandato domini R. de Trenenaria. ſcripſit P. de Capua. ad Riccardum de Pulcar.* Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus omnes pullos equinos qui projecerunt octo dentes. vel proicere debent preſenti eſtate qui ſunt ſub cuſtodia tua & Iohannis de Landolino fidelis noſtri tibi ſuper hoc noſtras licteras deſtinamus. viſis licteris apud Fogiam mictas. & venias plene inſtructus. ut ſcias dicere quot ſtallones recepiſti. & quot ex eis mortui ſunt & quo modo. Iumenta autem & cetera animalia que ſunt ſub cuſtodia tua. dimictas uſque ad reditum tuum predicto Iohanni de Landolino cuſtodienda. expenſas autem neceſſarias pro te pullis & perſonis quas duces requiras a Majore de Plancatone &c. cui ſuper hoc licteras mictimus ſpeciales.

Eodem die ibidem. De eodem mandato ſcripſit idem. ad Iohannem de Landolino. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus omnes pullos equinos. Ingaſtos & mulos qui projecerunt octo dentes vel proicere debent hac eſtate. qui ſunt ſub cuſtodia tua. Riccardo de Moliſio fideli noſtro debeas aſſignare. ducendos apud Fogiam per eumdem. Iumenta quoque. & cetera animalia que dimictet idem Riccardus. uſque ad reditum ſuum cum omni diligentia ſtudeas cuſtodire & inſtruas plene eum de ſtallonibus quos tu recepiſti. & quot ex eis mortui ſunt. & quo modo. ut & ipſe per te inſtructus noſcat noſtro Culmini referare.

Scriptum eſt eidem Secreto. pro prefato Riccardo. pro ſe. pullis quos ducet. & perſonis neceſſariis ad eos ducendos. ac Maneſcalco uno. det expenſas. ſicut viderit expedire. & recipiat ab eo exinde apodixam.

Eodem die. Ibidem. De eodem mandato. ſcripſit Notarius P. de Capua ad Petrum de Calabria. Licteras tuas quas per Iohannem fratrem tuum fidelem noſtrum noſtro Culmini deſtinaſti. benigne Serenitas noſtra recepit. & earum continentia plenius intellecta. ſtudium tuum quod habes in noſtris ſervitiis commendamus. fidelitati tue precipimus quatenus omnes pullos equinos. Engaſtos & mulos qui ſunt ſub cuſtodia tua. & projecerunt octo dentes vel projecerint hac eſtate per Mattheum de Cocciatá fidelem noſtrum ad Curiam noſtram mictas. Requirens pro eis neceſſarias expenſas a Majore de Plancatone &c. cui ſuper hoc noſtras licteras deſtinamus.

Scriptum eſt eidem Secreto. quod det neceſſarias expenſas predicto Mattheo ſicut viderit expedire.

Vltimo ejuſdem die. De Imperiali mandato facto per Magiſtrum Albertum ſcripſit G. de Cuſentia Obberto Fallamonacho Secreto Panormi reſponſales. Benigne recepimus licteras &c. Quod autem ſignificaſti te dudum dediſſe Iohanni de Calatabillotto. Ade de Florèntia Henrico Clerico. & Guidoni de Charuſa nunciis tuis quos dudum miſiſti ad

ad Curiam nostram cum Ioettis & pannis aput Pisas . & cum duobus equis XV. mulis . & VI. roncinis . quos duxerunt de mandato nostro in Apuliam. & assignaverunt eos Angelo de Marra fideli nostro apud Neapolim pro expensis eorum VII. sclavorum Curie nostre quos de mandato nostro misisti ad Curiam nostram per eos . duorum scuteriorum VII. burdunariorum qui duxerunt mulos & equos predictos & expensis eorumdem animalium quamdam pecunie quantitatem . & proinde nostrum requisivisti mandatum . placet nobis ut juste & moderate expense que facte fuerunt in predictis servitiis nostris . in tuis debeant rationibus computari . Datum.

Pag. 106.

Kalendis Madii in Orta .

Alexandro filio Henrici pro expensis Iohannis de Parisio custodis domorum Iohe.

I. De Imperiali mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea scripsit Laurentius A. filio Henrici . Significavit Excellentie nostre Iohannes Parisius fidelis noster quod cum statuerimus eum ad custodiam domorum nostrarum Iohe . & expensas pro se . equo uno . & scuterio I. a predecessore tuo Thomasio de Brundusio perceperat hactenus . tu ipsas expensas eidem non exhibes prout ei dictus Thomasius exhibebat . Quare mandamus . quatenus si est ita dicto Iohanni expensas solitas . & statutas . prout a predicto Thomasio tempore retroacto percepit . de pecunia Curie nostre que est per manus tuas . tam pro tempore preterito quo eas non habuit . quam etiam in antea . debeas exhibere . recepturus exinde apodixam .

Ad R. de Montenigro Iustitiarium terre Laboris pro fodiendis puteis in Suessa.

Eodem die . De mandato facto per Magistrum T. scripsit G. de Tocco R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris . Quia placet Excellentie nostre . ut intus in Civitate nostra Suesse tres putei fodiantur ex quibus in auriendis aquis . possit commoditati & usui civium nostrorum fidelium subveniri . in quibus redimatur defectus quem iidem fideles nostri in dampnum nostrum etiam inviti aliquando pertulerunt . fidelitati tue precipiendo mandamus . quatenus ex parte Culminis nostri firmiter injungas eisdem civibus fidelibus nostris . ut in fodiendis puteis ipsis curam adhibeant & operam efficacem . In quo utique complacebunt nostre Serenitatis aspectibus . & utilitates proprias procurabunt . Preficias autem aliquem virum idoneum & fidelem qui ceteros ad complementum ipsius operis efficaciter moneat & debita cohertione compellat ne naturali vitio forsitan insurgente quod fieri debet ab omnibus negligatur si alicujus idonei viri cura non immineat specialis . Datum .

Ad Raynaldum de Castrocucco de custodia defense de Brahalia.

Eodem die . De mandato facto per Magistrum R. de Camera scripsit P. de Capua Raynaldo de Castrocucco . Cum velimus . quod defensa nostra Brahalle pro solatiis nostris diligenter debeat custodiri . de tua legalitate confisi ipsius defense custodiam tibi duximus committendam . fidelitati tue mandamus . quatenus ad ipsius diligentem custodiam . sic sollicitus & studiosus intendas . ut ex opere valeas exinde commendari . Datum .

Secreto Messane quod inquirat super Ecclesia S. Marie de Grafeo que dicitur Cappella Grecorum.

Eodem die . Ibidem . De mandato facto per Magistrum Petrum de Vinea . scripsit P. de Capua ad Majorem Plancatonem Secretum Messane . Intellexit Serenitas nostra . quod cum quedam Cappella Grecorum . que vocatur Ecclesia Sancte Marie de Grafeo in Civitate Messane . ad collationem Culminis nostri spectet . Presbiter Iohannes qui dicitur Prothopapa Messane . Ecclesiam ipsam detinet occupatam . in Curie nostre prejudicium & non modicam lesionem . Quare fidelitati tue mandamus quatinus de premissis inquisitionem facias diligentem . Et si rem ita inveneris . prout superius continetur . & quod concessionem inde non habeat idem Presbiter a nostro Culmine specialem . Cappellam eandem ad demanium Curie nostre debeas revocare . Datum &c.

Postmodum mutato Majore de Plancatone . scriptum est Obberto de Fallamonacho Secreto secundum eamdem formam. & additum fuit in fine . quicquid inde feceris & inveneris Curie nostre studeas intimare . Datum apud Apic. XVI. Madii XIII. Indictionis .

Madio in Orta .

Pag. 106. adv.

II. Madii XIII. Indictionis . De mandato Magistri Alberti scripsit P. de Capua ad R. Iustitiarium honoris Montis Santi

Santi Angeli & Capitinate. Cum folatiis noftris Capitinate. Provinciam frequentius vifitemus. & magis quam in aliis Provinciis Regni noftri moram fepius trahimus ibidem. & velimus propterea quod in Capitinata de animalibus noftris habeamus armenta ad ufum familie noftre. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus. ftatim receptis hys licteris eligas in Iuftitiariatu tuo viros providos & fideles quos ad Majorem de Plancatone doaner. & queftorum Magiftrum fidelem noftrum ftudeas deftinare. Recepturus ab ipfo de ovibus mandrarum noftratum Calabrie preter ftallones ovium fex mille. cum arietibus ftallonibus fuis videlicet ana decem ftallones per eentenarium & de vaccis Curie noftre vaccas quingentas cum tauris ftallonibus fuis de vaccis noftris Sicilie. Quibus receptis in locis competentibus Iurifdictionis tue ordines inde mandras. ftudio quolibet & follicitudine appofitis. Vt bene euftodiantur & procurentur quod Curia noftra emolumentum debitum confequatur ex ipfis. Nichilominus etiam tam hominibus quos pro ducendis animalibus ipfis miferis quam aliis expenfis pro ipfis neceffariis & competentibus faciendis de proventibus Curie noftre qui funt per manus tuas. pecuniam exhibere procures. ftudium habiturus quod animalia ipfa falubriter deferantur. & delata uti decet cuftodiantur. Quod folitam diligentiam tuam. quam in noftris habes fervitiis. ex opere proinde commendemus & ecce quod fuper hoc prefato M. Secreto fideli noftro licteras noftras dirigimus fpeciales ut nuntiis tuis animalia predicta debeant affignare. & ab eis exinde recipiant apodixam.

R. de Montefufculo de recipiendis animalibus Calabrie & Meffane & faciendis mandris in Capitinata.

Eodem die. De eodem mandato fcripfit idem ad Majorem de Plancatone &c. Vt ad requifitionem R. de Montefufculo &c. Nuntiis fuis quos miferit ad eum affignet preter ftallones de ovibus mandratum Calabrie ovium fexmillia cum ftallonibus fuis ana decem ftallones pro centenario & de vaccis Curie que funt in Sicilia quingentas eum ftallonibus fuis tauris. & recipiat ab ipfis nunciis apodixam.

M. de Plancatone Secreto Panormi quo mandato lictere renovate funt ad Iohan. de C offo Secretum Sicilie.

Eodem die fcripfit Notarius Iohannes de Sancto Germano. Notario Maraldicto de Matera. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus receptis hys licteris ad Curiam noftram. perfonaliter venias. mandatum noftre celfitudinis auditurus.

Notario Maraldicto de Matera quod veniat.

Madio in Orta.

Pag. 107.

II. Madii. De mandato Imperiali facto per Magiftrum Petrum de Vinea fcripfit P. de Capua Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus Guerrerio de Franco de Capua provifori Caftrorum ipfarum partium fideli noftro pro fe tribus fcuteriis & quatuor equis. tam pro preterito tempore quo fuit in ipfo fervitio noftro. & non recepit expenfas. quam etiam pro futuro. expenfas dare procures juxta affifiam Curie noftre quando fcilicet fuerit in fervitio fupradicto hys videlicet diebus quibus hoc noftrum exercuit vel exercuerit officium antedictum. recepturus ab ipfo &c.

Ad O. Fallamonachum pro expenfis Guerrerii de Franco provuiforis Caftrorum.

Eodem die. De eodem mandato fcripfit idem ad R. de Montenigro Iuftitiarium. Cum pro bono & pacifico ftatu Regni Turrium & Gallure pertinentis H. dilecto filio noftro ratione uxoris fue quamdam quantitatem armatorum velimus in Sardiniam deftinari. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ftatim vifis hys licteris te apud Neapolim conferas & inventis ibidem viginti militibus. viginti baliftariis. & totidem fervientibus armis omnibus ipfis expedientibus bene munitis. eos in Sardiniam deftinare procures. dando unicuique militum folidos duorum menfium ana Vnciis tribus per menfem. Baliftariis autem & fervientibus fimiliter pro duobus menfibus ana Vnciis duabus pet menfem cuilibet ipforum de pecunia Curie noftre que eft per manus tuas. precipiens nihilominus omnibus ipfis. Vt fellas & ftena pro equis fecum portare debeant. Recepturi cum in Sardiniam applicuerint equitaturas a Vicatio ibidem ftatuto. Super paffagio vero ipforum. Nicolino Spinule Regni Sicilie Ammirato fideli noftro noftras licteras mictimus fpeciales. Datum.

Ad Iuftit. terre Laboris pro militibus armatis in Sardiniam.

Item. De eodem mandato fcripfit idem ad Nicolinum Spinulam pro paffagio omnium predictorum.

Ad Guillelmum de Anglone Iustitiarium Sicilie pro Angelo Frisar.
Vacant quia eo amoto scriptum est P. de Calabria Iustitiario Sicilie pro eodem.

III. *Ejusdem. De Imperiali mandato facto per Magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia Guillelmo de Anglone Iustitiario in Sicilia citra flumen salsum.* Cum Angelo Frisar. Magistro Portulano Sicilie citra flumen salsum fideli nostro quedam servitia nostra commiserimus exequenda. pro quorum exequtione pecunia est sibi necessaria in presenti. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus de pecunia generalis collecte imposita in Iustitiariatu predicto per te. eidem Angelo duomilia Vncias auri pro exequendis commissis sibi servitiis nostris debeas assignare. Ipse enim Vncias ipsas Curie nostre de proventibus nostris qui sunt per manus ipsius quam cito eos perceperit. resignabit. Datum.

Ad Guillelmum de Laurentio provisorem Castrorum pro dandis solidis companagiis & expensis XX. servientibus in Castro Theani.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Iudicem Taddeum. scripsit Iohannes de Sancto Germano Guillelmo de Laurentio provisori Castrorum. Quia Castrum nostrum Theani. custodiendum dedimus A. de Cicala Capitaneo a porta Roseti usque ad fines Regni fideli nostro. & ad ejusdem Castri custodiam concessimus sibi viginti servientes ex nostris. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eidem Capitaneo vel ordinato per eum in ipso Castro. solidos companagia & expensas. pro viginti servientibus in dicto Castro Theani tribuas. juxta statutum Curie nostre. & recipias de hys que sibi dederis apodixam.

Pag. 107. adv.

Madio in Orta.

Eodem die. De mandato Imperiali facto per Comitem Acerrarum. scripsit Iohannes de Sancto Germano R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris &c. Fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus in Comitatu Molisii. Matisio. & adjacentibus locis. diligenter inquiri facias areas sparveriorum & omnes sparverios ipsarum partium recipi facias oportuno tempore ad requisitionem Gualterii de Cicala fidelis nostri. & eos ipsi G. custodiendos ad opus nostrum facias exhiberi.

De eodem mandato per eumdem scriptum est Gualterio de Cicala. ut oportuno tempore sparverios ipsos recipiat & ad opus Imperiale studeat sollicite custodire.

Ad R. de Pulcar. pro solidis Castellanorum & servientium & aliis in Castris ipsis.

III. *Mandante domino Imperatore per Iudicem Taddeum ad Riccardum de Pulcar. scripsit Notarius Roggerius de Salerno.* Dudum Stephano de Romualdo tunc recollectori pecunie Curie nostre in partibus ipsis dedisse recolimus in mandatis. ut Guillelmo de Laurentio provisori Castrorum nostrorum terre Laboris. Comitatus Molisii. Principatus & terre Beneventane pecuniam pro solidis Castellanorum. personarum statutarum in custodia Castrorum ipsorum victualia. vinum. companagium. & quelibet necessaria pro munitionibus Castrorum ipsorum. necnon & pro expensis ipsius trium scuteriorum. & quatuor equorum suorum juxta assisam Curie dum in eodem nostro servitio esset dare deberet. Verum quia idem Stephanus ab ipso officio est amotus. & predicta omnia volumus dictum Guillelmum recipere. ut nostra inde pro predictis servitia exequatur ut dictum est. & ab eodem Stephano juxta mandatum nostrum recipere consuevit. a te habeat & recipiat. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem dicti G. pecuniam pro solidis Castellanorum. personarum statutarum in custodia ipsorum Castrorum. Victualia vinum. companagium. & quelibet necessaria pro munitionibus Castrorum ipsorum juxta continentiam statutorum que Castellani ipsi habent. necnon & pro expensis suis trium scuteriorum. & quatuor equorum suorum juxta assisam Curie donec in eodem nostro servitio fuerit debeas exhibere. de pecunia Curie nostre que est per manus tuas. & recipias de omnibus que sibi dederis apodixam.

G. de Laurentio quod recipiat omnia predicta.

Item scriptum est predicto Guillelmo. ut omnia predicta recipiat ab eodem Riccardo de Pulcar. & inde faciat servitia prenotata.

Eodem die. De Imperiali mandato facto per Magistrum Roggerium de Petrastturm. scripsit G. de Cusentia Philippo de Zunculo. & Riccardo de Bisaccia. Cum velimus omnes terras & res. que fuerunt quondam Guillelmi de Montevirìdi pro parte filie sue que est in camera Imperatricis karissime Consortis no-

nostre. per Lucasinum Castellanum Melfie fidelem nostrum procurari debere. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus visis his licteris. omnes terras & res predicti quondam Guillelmi. eidem Lucasino assignare curetis.

Item. De Imperiali facto per Comitem Thomasium de Acerris. scripsit idem G. de Cusentia R. de Montenigro Iustitiario terre Laboris. Quia Henricum de Fossaceca. cui commissus erat custodiendus Berardus de Presbitero Placentinus captivus audivimus obiisse pro certo. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus eumdem Berardum prisonem alicui de jurisdictione tua. qui sufficiens sit & ydoneus ad custodiendum eumdem. & cui possit ipsius custodia fideliter & secure commicti ac Curie nostre de eo sit cautum. custodiendum & procurandum. juxta beneplacitum nostrum assignes. nomen illius cui assignaveris nostre Curie rescripturus.

Pag. 108.

Madio in Orta.

Lictere generales pro Capitaneis & Magistris Iustitiariis.

III. De Imperiali mandato facto per Magistrum Pet. de Vin. scripsit Procopius. F. R. &c. *Prelatis Ecclesiarum Iusticiariis. Magistris Camerariis. Camerariis. Bajulis. Castellanis. & universis officialibus a porta Roseti usque ad fines Regni constitutis fidelibus suis &c.* Cum ad exequenda Majestatis nostre servitia virum aliquem probum & fidelem eligimus non minus quieti nostrorum fidelium quam honori nostro consulere videmus. Quo circa fidelitati vestre tenore presentium precipiendo mandamus quatenus confidentes de prudentia & legalitate Andree de Cicala fidelis nostri constituimus eum Capitaneum & Magistrum Iustitiarium a porta Roseti usque ad fines Regni. cui dedimus plenariam potestatem ut nostrorum fidelium contentiones audiens & justitia mediante decidens. reddat singulis jura sua & justitiam querentes favorabiliter foveat. malefactores corripiat & perversos. & etiam facinorosos puniat de criminum qualitate nocentes ut pacifice justitie quietem procuret nostrorum fidelium & salutem. Mandamus igitur & districte precipimus fidelitati vestre quatenus eidem Capitaneo & fideli nostro in hys que sibi de honore & commodo celsitudinis nostre commisimus exequenda. prout lictere continent nostro sigillo signate ad honorem & fidelitatem nostram tamquam Capitaneo & Magistro Iustitiario a nostra Majestate statuto devote parere & intendere studeatis. nec sit aliquis qui super hys que de servitiis & honore celsitudinis nostre duxerit injungenda. sibi modo quolibet contrarium se opponat. sicut indignationem nostram cupitis evitare. Datum.

Similes. Vniversis & Secreto Sicilie pro Roggerio de Amicis a porta Roseti usque Farum & per totam Siciliam.

Madio in Orta. Pag. 108. adv.

Eodem die XIII. Indictionis. De mandato Imperiali facto per Magistrum Petrum de Vinea. scripsit P. de Capua Hominibus Vniversis a Faro usque per totam Siciliam constitutis &c. Ne officialium Regni nostri ordinatio indivisa officia nostra confundat. utilitatem impediat Fisci nostri. & nostrorum fidelium etiam generet lesionem sic perpenso consilio Excellentia nostra providit. ut a Faro usque per totam Siciliam unus Secretus esse debeat qui jura Curie nostre procuret actentius servitia nostra exerceat diligenter. fidelibus nostris juxta quod ad eum spectaverit jura ministret. de prudentia igitur Obberti Fallamonachi fidelis nostri & legalitate confisi. ipsum doanerium de Secretis & questorum Magistrum a Faro usque per totam Siciliam duximus statuendum. Vt tam officium ipsum quam omnia que ad eum spectare noscuntur diligenter & fideliter ammodo debeat procurare. Quocirca fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ipsi Obberto fideli nostro de omnibus que ad Secretie spectant officium intendatis & respondeatis de cetero. tamquam Secreto a Majestate nostra statuto ad honorem & fidelitatem nostram. Datum &c.

Eidem Secreto.

Item. Lictere facte sunt eidem Obberto Fallamonacho Secreto in hunc modum. F. R. &c. Obberto &c. Volentes ut commissum tibi a Curia nostra officium Secretie diligentius exequaris. statuimus & mandamus. ut Iudicem unum & duos Notarios habere debeas pro eodem offi-

officio exercendo . & pro te ac XI. personis . & XII. equitaturis . computatis in eis Iudice & Notariis & equitaturis eorum expensas recipias de proventibus Curie nostre qui sunt per manus tuas . juxta assisam Curie nostre . preterea predicto Iudici Vncias auri octo per annum preter expensas pro solidis suis ad pondus Curie . & cuilibet predictorum Notariorum Vncias auri 10 quatuor per annum similiter preter expensas pro solidis eorum ad pondus Curie debeas exhibere .

De officio Iustitiariatus commisso Petro de Calabria.

Eodem die . De eodem mandato scripsit idem . Vniversis a Faro . per totam Siciliam constitutis . Ne officialium Regni nostri ordinatio indivisa . Officia nostra confundat utilitatem impediat Fisci nostri & nostrorum fidelium etiam generet lesionem . sic perpenso consilio 20 Excellentia nostra providit . Vt unus Iustitiarius a Faro usque per totam Siciliam esse debeat . qui Iura Curie nostre procuret actentius servitia nostra exerceat diligenter fidelibus nostris juxta quod ad eum spectaverit jura ministret . de prudentia igitur Petri de Calabria fidelis nostri & legalitate confisi . ipsum a Faro usque per totam Siciliam duximus statuendum ut officium 30 ipsum ad honorem & fidelitatem nostram debeat fideliter exercere . Quocirca fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus eidem P. fideli nostro de omnibus que ad Iustitiarii officium spectant . intendatis & respondeatis tamquam Iustitiario nostro a Majestate nostra statuto . ad honorem & fidelitatem nostram . Datum .

Item scripsit idem licteras ad ipsum P. 40 ut cum iverit R. de Amicis Capitaneus a porta Roseti usque per totam Siciliam . conferat se ad eum . & prestet sibi fidelitatis & officii Iuramentum & Iustitiarii officium exerceat ex tunc .

Pag. 109.

Item scriptum est Castellano Stili de assignando Castro Balduyno . . . . . .

Similiter scriptum est . . . . de assignando Castro Cotroni . & domibus . . . . Petro Ruso . . . . 50 *. . . . . custodiendo secundum prescriptam formam .*

Eodem scriptum est .

Eodem die scriptum est fratri Hugoni & fratri Wigant . custodibus Castri Olibani de assignando Castro Olibani custodie Rodoerii de Rotunda custodiendo in forma prescripta .

In Castro Olibani Rodoerius de Rotunda.

Eodem scriptum est Iustitiario Principatus . ut si fratres predicti ostenderent se nolentes ad assignationem Castri ipse faciat Castrum assignari predicto Rodoerio & injungat Archiepiscopo Salernitano ut faciat in predicto Castro ne- 10 cessaria ministrari pro Castellano & pro aliis XL. personis .

Eodem scriptum est preceptori domus Sancte Marie Theotonicorum in Apulia . quod Castrum predictum faciat assignari Rodoerio memorato .

In Castro Nicosie Vgo de Contursio.

Eodem die scriptum est Castellano Nicosie . de assignando Castro Nicosie custodiendo secundum prescriptam formam Vgoni de Contursio .

In Castro Amigdalie Iohannes de Logotheta.

20 *Eodem die scriptum est Castellano Amigdalie de assignando Castro Amigdalie custodiendo Iohanni de Logotheta . vel nuncio suo .*

In Castro Regii Goffridus de Fimeth Comestabulus Lentini.

Eodem die scriptum est Castellano Regii de assignando Castro Regii custodiendo Goffrido Fimeth Comestabulo Lentini .

Item scriptum est eidem ut Castrum ipsum recipiat & faciat illud diligenter custodiri.

Item scriptum est Marino Castellano 30 *Calanne & custodi domorum Cathone de assignandis domibus Cathone . vinea . jardino . & venatione Nicolao Silvestri de Mesa custodiendis & procurandis .*

In Cathone Nicolaus Silvestri de Mesa.

Item scriptum est eidem Nicolao . ut ea recipiat & ea faciat diligenter custodiri . & procurari . & ut de proventibus vinee & jardini reparet domos que fuerint necessario reparande . Vineam excolat & jardinum . ita tamen quod 40 omni anno tam de perceptione proventuum ipsorum . quam de expensis quas necessario & utiliter fecerit in predictis rationem ponat Majori de Plancatone Secreto Messane .

Pag. 109. adv. Lictere predicte renovate sunt & scriptum est ad Iohannem de Ciosto Magistrum Camerar. XIII. Madii .

Eodem die scriptum est Majori de Plancatone Secreto Messane . ut recipiat predictam rationem a Nicolao Silvestri de Mesa tam de perceptione proventuum . vinee & jardini Cathone . quam de ex- 50 pensis factis in eisdem . & in domibus reparandis necessario . & ut statuat eidem Nicolao in servitio predicto . personas quas secum in ipso servitio esse viderit oportunas . sicut melius pro Curia viderit expedire pro eo & personis ipsis

ipsis provideat in expensis.

In Castro Bari Riccardus Comitus de Baro.

Item scriptum est Andree de Cicala Capitaneo a porta Roseti usque Trontum. ut faciat assignari Gastrum Bari Riccardo Comito de Baro custodiendum cum omnibus rebus que sunt in eo & statuat ibi servientes C.

Scriptum est eidem Riccardo Comito ut Castrum ipsum recipiat & custodiat.

In Castro Trani Robertus de Iudice & servientes LXXX.

Item scriptum est Andree de Cicala predicto. ut assignari faciat Castrum Tranoi Roberto de Iudice de Trano juxta formam predictam & statuat ibi servientes LXXX.

Scriptum est eidem Robberto ut recipiat & custodiat Castrum predictum juxta formam predictam.

Pag. 110.

Octobr. in Castris prope Mediolanum.

In Iustitiariatu Apru'i Iohan. de Raymo de Capua.

De mandato Imperiali facto per Iudicem Petrum de Vinea scripsit P. de Capua licteras Imperiales Iohanni de Raymo de Capua. Vt circa custodiam. & munitionem Castrorum Aptutii diligentia & cautela securior habeatur providimus & esse novimus oportunum viros providos & fideles de Regno nostro statuere quorum providentia Castra ipsa custodiri debeant ad honorem nostri Culminis & muniri propter quod de tua providentia & fidelitate confisi. te provisorem Castrotum nostrorum per totum Iustitiariatum Aptutii duximus statuendum. Volentes tuam circa ipsa sollicitudinem experiri. Quare fidelitati tue districte precipiendo mandamus. quatenus super eodem negotio te sollicitum exhibeas & attentum. & singulis tribus mensibus Castra ipsa personaliter visites. & reducens in scriptis Castellanorum nomina. terras & civitates eorum. & statutum in unoquoque numerum servientium uniuscujusque fidem & sollicitudinem diligentius inquiras & si quem videris removendum. substituto per te alio de terris demanii nostri de consilio Iustitiarii & aliorum nostrorum fidelium regionis. qui fidelis sit. de genere fidelium ortus. omnique suspitione careat. illum debeas removere Castellanis exceptis subscriptorum Castrorum. quos cum ex certa scientia nostra statuti fuerint. non nisi de mandato nostro volumus removeri. & facta per te inquisitione post remotionem ipsius a nobis. aut a te ut diximus faciendam. eam Iustitiario regionis assignes. ut juxta inquisitionis per te facte aut per Iustitiarium si expedire videris iterum faciende merita. puniatur. Et ne forte Castellani vel servientes eorum aut ipsorum aliqui diem tui prescientes adventus. qui culpabiles essent & pena digni. dolosis versutiis premuniti. se in tui presentia gratos exhibeant. ingrata gerentes opera post recessum. ut plene tibi liqueat de occultis. Volumus & mandamus. ut per singulas civitates & terras. in quibus Castra sunt duos de melioribus civibus earumdem fide dignos eligas. qui juramento prestito teneantur qualibet hebdomada non certis & statutis diebus, Castrum simul & subito intrare. & tam Castellani quam servientum mores scrutentur & actus. oculata etiam fide perspiciant. si statutus ibidem numerus habeatur. & si fiat ibidem aliquod quod Castellanus vellet forsitan te latere. plene tibi referatur veritas per eosdem. Volumus insuper ut omnes domos nostras ipsarum partium nostris solatiis deputatas. sepe visites & inquiras si cum diligentia custodiantur. circa reparationem earum si necesse fuerit studiosus existens. & tam pro Ipsorum custodia, quam pro Castellanotum. & servientum solidis. & aliis Castrorum & domotum necessitatibus pecuniam oportunam recipias a Silvestro de Sancto Paulo recollectore pecunie in ipsis partibus constituto. cui super hoc mandatum dirigimus speciale. recipias. & tu ipse Castellanis & servientibus noo per Castellanorum manus ut olim eaure persolvas. sic te studiosum exhibens in omnibus & attentum. ut nichil per te de contingentibus obmictatur. & tuam possimus vigilantiam commendare. Castra autem in quibus non sunt Castellani removendi sine conscientia nostra sunt hec,

Civitella. Arquata; Bertona. Leporanica. Introducum. Palearia. Lullaoum. & Ovinulum.

In terra Laboris. Comitatu Molisii. Principatu & terra Beneventana Guillelmus filius Laurentii de Suessa.

Similes scripsit idem de eodem mandato. ad Guillelmum filium Laurentii de Suessa statutum provisorem Castrorum terre Laboris. Comitatus Molisii. Principatus. & terre Beneventane. Castra exempta in eis-

eisdem Iustitiariatibus sunt hec.

Sorella. Rocca Arcis. Castrum Cerii. Rocca Bujani. Rocca Guillelmi. Mons Casinus. Rocca Ianula. Rocca Bantre. Monticellum. Sugium. Rocca Montis Draconis. Capua. Aversa. Neapolis. Salvator ad mare. Summa. Turris major. Tramontum. Pugerola. Rocca Pimontis. Gisonum. Olibanum. Petrasturmul. Campania. Capatium. Rocca Gloriosa. Sarnum. Sala. & Cajatia.

Pag. 110. adv.

Octobr. XIII. Indictionis.

Eodem die. De eodem mandato ad Guidonem de Guasto statutum provisorem Castrorum in Iustitiariatu terre Bari & terre Ydronti. Castra exempta in eisdem Iustitiariatibus sunt hec.

. . . . a. Melfia. Rocca Sancte Agathe. Canusium. Barolum. Castrum Paganum. Mons Sancti Angeli. Tranum. Barium. Brundusium. Tarentum. Ostunum. Oyra. Sanctus Felix. & Gravina.

In Sicilia citra flumen salsum & Calabria Iohannes Vulcanus de Neapoli.

Similes scripsit idem de eodem mandato ad Iohannem Vulcanum de Neapoli statutum provisorem Castrorum Sicilie citra flumen salsum & totius Calabrie usque ad portam Roseti. Castra exempta in eisdem Iustitiariatibus sunt hec.

Agellum. Neocastrum. Cutronum. Stilum. Squillacium. Bubalinum Ro . . . . Amigdalia. Messana. Tarimenium. Calatageronum. Iacium. Siracusia. Palmerium. Castrum Iohannis. Nicosia. Melacium. Mons Fortis. Rainecta. Scalecta. Sperlinga. & Sanctus Philatellus.

In Sicilia ultra flumen salsum Guerrerius de Franco.

Similes scripsit idem ad Guerrerium de Franco statutum provisorem Sicilie ultra flumen salsum. Castra exempta sunt hec.

Panormum. Termin. Catalaphim. Calatamaur. Bellurepar. Licata. Belluvidere.

Littere patentes universis Castellanis terre Laboris Comitatus Molisii Principatus & terre Beneventane quod intendant Guilelmo filio Laurentii de Suessa provisori.

Item. De mandato Imperiali facto per Magistrum Thaddeum scripsit Iohannes Idronti. F R. &c. Vniversis Castellanis per Iustitiariatum terre Laboris Comitatus Molisii Principatus & terre Beneventane constitutis &c. Notum facimus fidelitati vestre. quod nos confidentes de prudentia & fidelitate Guilelmi filii Laurentii de Suessa fidelis nostri. statuimus ipsum Castrorum nostrorum ipsarum partium provisorem. ut circa custodiam & munitionem eorum habundans cautela & diligentia securior habeatur. Quocirca fidelitati vestre mandamus. quatenus ad requisitionem ipsius G. fidelis nostri super provisione Castrorum nostrorum ipsarum partium prout per transmissas sibi licteras nostras quas intueri poteritis est commissum. de cetero intendatis & respondeatis eidem ad honorem & fidelitatem nostram.

Recollectores pecunie statuti V. Octobris XIII. Indictionis.

Pag. 111.

In Aprutio Silvester de Sancto Paulo de Suessa.

De mandato Imperiali facto per Iudicem Petrum de Vinea scripsit . . . . Silvestrum de Sancto Paulo de Suessa. Cum super recolligendis Vniversis debitis collectis. assiduam sollicitudinem adhiberi providimus aliquos de nostris Officialibus per Vniversas partes Aprutii statuere sollicitos & fideles qui specialiter eidem officio deputati. omnem pecuniam nobis debitam a quibuslibet debitoribus recolligant incessanter. Quare de tua prudentia & fidelitate confisi. te per universas partes Aprutii recollectorem cujuscumque pecunie. que tam ex collectis. & collectarum residuo. aut pro alicujus pena criminis vel delicti. sive ex promissionibus factis vel faciendis quibuslibet Officialium nostrorum ipsarum partium vice nostra pro diffinitione causarum quam etiam ex cujuslibet officii proventibus. vel ex quacumque causa Curie nostre debetur vel deberi contingerit providimus statuendum. Volentes & taliter ordinantes ut nulla omnino pecunia ad aliquem ipsorum Officialium. vel alium loco ejus debeat pervenire. set singulis Kalendis. quilibet eorum per suas licteras quarum apud se retinebit exemplum eodem tibi sub suo sigillo remisso. studiose tibi quantitatem significet colligendam aperte distinguens ex qua causa. & quo termino debeatur. & exprimens distincte nomina debitorum. significet quoscumque pro eisdem fidejussores & quo modo. nichilominus quolibet anno. mense videlicet Augusti. totius pecunie summam que per te fuerat colligenda veraciter & distincte suis nobis licteris intimando. te formam relationis eamdem per omnia servaturo. & si forte aliquis debitorum in solvendo que debuerit. se contumacem ostenderit vel re-

remiſſum. requiſiſti per te officiales ad illum cogendum per perſonam & res ſuas. efficaciter tibi aſſiſtere debeant ope conſilio & favore prout tu & ipſi melius videbitis expedire. tu vero ſtatim quod ex denunciatione ipſorum tibi fuerit debitum declaratum. inſtanter ipſum recolligas. nemini deferens. nulli terminum prorogans gratia vel amore. neminem etiam potentia vel nobilitate verendo. recollectam autem pecuniam in Caſtro noſtro Botonti facias conſervari. in quo ſcrineum eſſe volumus tribus diverſis clavibus. tua & duorum ipſius loci divitum & fidelium civium communitum. quod nullus ſine altero debebit aut poterit aperire. & ſoluta per te exinde tam Iohanni de Raymo proviſori Caſtrorum ipſarum partium ad ejuſdem requiſitionem pro munitione ipſorum pecunia oportuna. Deductis etiam expenſis tibi ſtatutis. ſcilicet pro te tribus ſcuteriis & quatuor equis. & aliis officialibus noſtris in decretis tibi partibus conſtitutis. juxta ſtatutum Curie noſtre. ac expenſis aliis quas tibi ſpecialiter mandaverimus faciendas. totum reſiduum ſingulis tribus menſibus. generali Erario apud Salvatorem Maris facias aſſignari. Quare fidelitati tue diſtricte precipiendo mandamus quatenus. ad loca te conferas ſupradicta & ad ipſum ſervitium noſtrum accingens te fideliter & devote ſic pure juxta predictam formam & ordinem hys tibi licteris deſignatum procedere ſtudeas in eodem. omnem pecuniam nobis debitam a quibuslibet debitoribus cum feſtinantia & ſollicitudine colligendo. ut in ipſius exactione apud te nulla ſit acceptio perſonarum. ſet cunctis noſtri cauſam honoris & commodi preferendo. te per operum exhibitionem. & ſervitiorum proceſſum noſtro propterea Culmini laudabilem repreſentes.

De ſuperiori mandato ſcripſit idem licteras apertas in hunc modum.

Lictere aperte quod intendant eidem.

FR. &c. *Magiſtris Iuſtitiariis. Iuſtitiariis. Magiſtris Camerariis. Camerariis. Portulanis procuratoribus Bajulis & univerſis officialibus per totum Iuſtitiariatum Aprutii conſtitutis.* Cum velimus ut in qualibet conſignanda pecunia que tam ex collectis & collectarum reſiduo. aut pro alicujus pena criminis vel delicti. ſive de promiſſionibus factis vel faciendis quibuslibet veſtrum vice noſtra pro diffinitione cauſarum. quam ex quibuſlibet officiorum noſtrorum proventibus aut ex quacumque cauſa Curie noſtre debetur ad preſens vel debebitur in futurum. continuum ſtudium. & ſtudioſa ſollicitudo debeat continuo ſicut expedit adhiberi. providimus aliquos de noſtris fidelibus per univerſas Regni noſtri partes ſtatuere viros ſollicitos & fideles qui ſpecialiter eidem ſervitio deditі & ipſi jugiter vocaturi. recolligant inſtanter debita ſupradicta per eoſdem & poſtmodum noſtris Erariis aſſignanda. Quare de prudentia & fidelitate Silveſtri de Sancto Paulo fidelis noſtri confiſi eum recollectorem cujuslibet pecunie debite noſtre Curie applicande. ut dictum eſt duximus ſtatuendum. Volentes & taliter ordinantes quod ad aliquem ipſorum Officialium nulla omnino pecunia debeat pervenire ſet ſingulis Kalendis quilibet eorum per ſuas licteras ſignatas & ipſarum exemplo diligenter apud ſe in quaternione retinendo. & ad eum ſub ſuo ſigillo remiſſo. ſtudioſe ſibi quantitatem ſignificet colligendam. diſtinguens aperte ex qua cauſa & quo termino debeatur. & exprimens diſtincte nomina debitorum. ſignificet quoſcumque pro eiſdem fidejuſſores & quo modo nichilominus quaternos ſuos manu ſollicita revolvendo & inſpecta qualibet pecunie quam miſerat quantitate quolibet anno menſe Auguſti. totius pecunie ſummam que per eumdem collectorem fuerat aſſignata veraciter & diſtincte ſuis nobis licteris intimando. recollectore formam relationis ejuſdem per omnia ſervaturo. ſi forte aliquis debitorum in ſolvendo quod deberit ſe contumacem oſtenderit vel remiſſum requiſiti officiales ad illum cogendum per perſonam & res ſuas efficaciter ſibi aſſiſtere debeant ope conſilio & favore prout recollector & ipſi melius viderint expedire. propter quod univerſis & ſingulis veſtrum diſtricte precipimus & mandamus. quatenus quilibet veſtrum nominato S. fideli noſtro quamcumque pecuniam & ex quacumque cauſa Curie noſtre debitam eo modo & ordine ſicut ſuperius eſt expreſ-

Pag. 111. adv.

ſum

sum recolligendam per ipsum suis licteris quarum apud se continentiam reservabit significare procuret. cogendo nichilominus ad requisitionem ejusdem districtione qua convenit universos & singulos ipsarum partium qui in solutione debiti contumaces apparuerint & remissi.

In terra Laboris Comitatu Molisii Principatu & terra Beneventana Stephanus Romoaldi de Baro.

Eodem die ibidem. De eodem mandato scripsit idem similes licteras tam apertas quam clausas pro Stephano de Romoaldo statuto recollectore per terram Laboris. Comitatum Molisii. Principatum & terram Beneventanam & mandatum est sibi. ut omnem pecuniam quam colliget. in Castro Neapolis faciat conservari.

In Basilicata terra Bari & terra Ydronti Philippus de Aversa.

Similes tam apertas quam clausas scripsit idem pro Iudice Philippo de Aversa statuto recollectore per Capitinatam. Basilicatam. terram Bari. & terram Idronti. & mandatum est ei. ut in Castro Melfie faciat conservari pecuniam quam colliget.

In Calabria & Sicilia citra flumen falsum Iudex Iacobus de Sanctis de Capua.

Similes tam apertas quam clausas pro Iudice Iacobo de Santis. statuto recollectore per totam Siciliam citra flumen falsum & per totam Calabriam usque ad portam Roseti. & mandatum est sibi. ut in Castro Neocastri conservari faciat pecuniam recollectam.

In Sicilia ultra flumen falsum Stantionus de Capua.

Similes tam clausas quam apertas pro Stanciono de Capua statuto recollectore per totam Siciliam ultra flumen salsum. & mandatum est sibi. ut in palatio Panormi pecuniam faciat conservari.

Pag. 112.

V. Octobris XIII. Indictionis.

Ordinatio novorum portuum per Regnum ad extrahenda victualia.

In Vetro statutus est portus de novo.

Custos. Oderisius Peregrini de Capua. Notarius. Philippus de Sancto Gregorio de Salerno. mortuo predicto Oderisio priusquam ad eum lictere mitterentur substitutus est in locum ejus Petrus de Adenulfo per G. de Capua sub eadem data.

In Puteolo. alius portus.

Custodes (*Raynaldus Marescalcus de Aversa.* / *Constantinus Bos de Ravellis.*)

Notarius. Iohannes de Surya de Capua.

In turri Gariliani. alius portus.

Custos. Petrus de Sancto Paulo. / *Notarius. Petrus de Posis.* } *de Suessa.*

In Piscaria. alius portus.

Custodes (*Taddeus de Sancto Flabiano.* / *Notarius Rogerius de Piscaria.*)

Notarius. Idem Rogerius.

In Regulis novus portus.

Custodes (*Moricus de Siponto.* / *Maurus de Thermulis.*)

Notarius. Gilbertus de Barulo.

In locum Morici de Syponto quia dicebatur infirmus substitutus est Petrus Saxonus de Neapoli VIII. Martij in Cornero.

In Sancto Cataldo de Baro novus portus.

Custodes (*Nicolaus de Iohannicio.* / *Leo Bellus.*)

Notarius. Nicolaus filius Notarii Benedicti de Baro.

In turri ad Mare. novus portus.

Custos. Henricus de Tenardo de Brundusio.

Notarius. Prudentius de Hostunio.

In Bivona novus portus.

Custodes (*Raymundus . . . . . .* / *Iudex Bartholomeus de Nicotera.*)

Notarius. Idem Iudex Bartholomeus.

In Cotrona. novus portus.

Custos. Nicolaus Barbatus de Cotrona.

Notarius. Bencivinius de Cotrona.

In Augusta. novus portus.

Custos. Angelus Frisarius de Scalis.

Notarius. . . . .

In Trapano. novus portus.

Custodes. . . . .

Notarius. . . . .

. . . . R. de Trajecto scripsit Laurentius Oderisio Peregrini de Capua &c. . . . . providentes per Regnum nostrum certos portus de novo sta-

Pag. 112. adv.

ſtatuimus. & eis certas perſonas prefecimus . . . . Curie noſtre ſtatuto pro negotio ſingulorum ibidem utiliter & fideliter pertractando. In quibus portubus tantum . . . . ad quinquennium . . . . ab omnibus vendi. emi & extrahi poſſint victualia quelibet & preter equos equas mulos bubalos boves vaccas animalia cetera non prohibita ſcilicet capre. oves. porci cujuslibet regionis & omnes ac ſinguli tam incole Regni quam advene undecumque ſint preter Venetos ad eoſdem portus ſecure veniant & emere de predictis que volunt per manus ſtatutorum in portubus eademque extrahere deferenda quocumque voluerint permictantur. In Apulia & Sicilia que magis habundanr victualibus. quinta parte. in Calabria. Principatu. terra Laboris. Aprucio & locis adjacentibus. ſeptima parte victualium extrahendorum de portubus. vel animalium ſeu totius eorum pretii prout Curie noſtre comodis potius expedir. tam ab incolis quam exteris per ſtatutorum manus pro jure Curie noſtre recepta. Cum igitur in portu quem in Veteri de novo ſtatuimus. te cuſtodem & Philippum de Sancto Gregorio de Salerno Notarium duxerimus ſtatuendos. de utriuſque prudentia & fidelitate confiſi. fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus ſtatim viſis hys licteris tu Cuſtos & idem Notarius cui quod ad te ſtatim veniat & juxta preſentium tenorem procedat. precipimus. ad Andream de Camera Capitaneum a porta Roſeti uſque Trontum ad fines Regni fidelem noſtrum vos perſonaliter conſeratis. & preſtitis coram eo cui exinde ſcribimus fidelitatis & officii pro parte noſtre Curie juramentis. receptis etiam ſuis exinde licteris. ſollicitetis T. de Montenigro Iuſtitiarium regionis & Riccardum de Polcar. in officio Angeli de Marra de novo ſtatutum fidelem noſtrum. quibus etiam ſuper hoc ſcribimus ut ſimul & ubique per juriſdictionem ſuam preſentem gratiam noſtram. & omnia que miſſe ad eos noſtre lictere continent. curent ſollempniter publicare. ac publice prohibere. ne victualia vel animalia licita. ut eſt dictum. de aliis quam ſtatutis portubus de ſtatutorum tamen licentia. & ſoluto jure Curie noſtre in eorum manibus ab aliquo extrahantur. pena omnium bonorum in tranſgreſſores quoslibet tam venditores quam emptores ac eos qui de aliis locis aliquid predictorum propriis aut alienis vaſſellis extraherent promulgata. Statuentes quod quilibet venditor victualium ſummam aut animalium numerum & pretium totum vobis denunciet priuſquam emptori res extrahendas aſſignet. vel extrahere ipſe preſumat. Nulluſque vel emptor vel alius res extrahendas ſine veſtra notitia & licentia oneret in vaſſellis. ut menſurandis victualibus vel numerandis animalibus pro ſciendis certius ſumma. numero. & pretio ſicut expedit interſitis. ac ita per conſequens ſeptimam partem rerum extrahendarum de portu Veteri. vel totius earum pretii. ſicut erir pro Curia noſtra utilius ſciatis. & pro jure noſtro recipiatis. ab extractore rerum ipſarum. recipienres nichilominus ab eodem. facta quidem ratione de tota ſumma pro qualibet Vncia. grana duo veſtris expenſis ſpecialiter deputanda. quorum & predicte totius pecunie ſummam nomina vendentium & emptorum. quantitatem. & numerum venditorum ac pretium earumdem. dictus Notarius te ſciente in quaternione Curie noſtre ſcribat. & totam pecuniam integram ſicut & quam cito ad manus veſtras pervenerit. Stephano de Romoaldo de Baro Recollectori ipſarum partium. & Magiſtro particularis Erarii in Caſtro Neapolis curabitis aſſignare recipientes ab eo de omnibus que ſibi aſſignaveritis. idoneam apodixam. & quia pro expenſis veſtris eidem mictimus ſcripta noſtra. vos de ipſa pecunia. pro vobis aut aliis. aliquid aliquatenus non tangetis. Caventes omnino ne per modum remiſſionis aut ſubtilis aſtutie. privati lucri fraus ex promiſſionibus tacitis. vel a noſtris fidelibus extorſio ex delationibus & gravaminibus preſumatur. Ceterum cum expedit dictos officiales A. Th. & R. vel unum eorum in aliorum defectum. ſollicite requiraris. ut quilibet juxta auctoritatem ex officio ſibi commiſſam. ad requirenda jura ſtatuta ad compellendos eos qui libenter ea non ſolverint ut debent. ad puniendos eos. qui tranſ-

transfgredi hec ftatuta prefumerent. ad defendendum in perfonis & rebus. quas in eodem portu emerint omnes qui propter hoc venerint det vobis omne confilium auxilium & favorem. Volumus enim eos omnes fecuros & indempnes effe in perfonis & rebus. & dictis officialibus propter hoc mandatum mictimus fpeciale. Mandamus vobis preterea. ut in fine cujuslibet anni facta de omnibus que receperitis & que dicto Magiftro Erario affignaveritis ratione totam fummam fideliter & diftincte. nobis fub figillo veftro fignificare curetis. Volumus etiam ut incolis Regni predicta victualia & animalia fi voluerint extrahere & deferre Venetias permictatis. caute hoc facientes. ut non videatur generaliter omnibus effe permiffum. nec perveniat ad notitiam Venetorum.

Pag. 113.

V. Octobris XIII. Indictionis prope Mediolanum.

Philippo de S. Gregorio de Salerno . . . . .

Item fcripfit Notario Philippo de Sancto Gregorio . . . . ftatuimus te Notarium in portu Veteri nuper ftatuto. in quo etiam Oderifium . . . . duximus ftatuendum ficut per plenarias licteras noftras quas ei trafmifimus. ejus & tuum officium . . . . poteris manifefte. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus ftatim vifis hys licteris. conferas te ad dictum . . . . . una cum eo in officio portus ejufdem procedere ftudeas. juxta priorum noftrarum continentiam licterarum.

Item fcripfit Andree de Cicala Capitaneo a porta Rofeti ufque Tronum ad fines Regni &c. Generali Fifci &c. *ufque* recepta *ficut in priori lictera*. Cum igitur infra jurifdictionem tuam in Turri Maris novum portum & in eo Cuftodem Henricum de Tenardo de Brundufio & Notarium Prudentium de Hoftuno. & fimiliter de portuum cuftodibus. & Notariis diftincte. ficut pofterius continetur. duximus ftatuendos. fidelitati tue precipiendo mandamus. quatenus a quolibet predictorum quibus exinde fcribimus. recipias pro parte Curie noftre fidelitatis & officii juramenta & licteras tuas exinde cuilibet eorum concedas. follicitans eos ut officium ipfum fideliter exequantur & quod Iuftitiarii regionum prefentem gratiam noftram & omnia que miffe ad eos noftre lictere continent. follempniter debeant publicare. Ceterum dictis ftatutis ad requifitionem eorum des omne confilium auxilium & favorem. fuper omnibus que ipfis per licteras noftras mictimus fpeciales & ceteris ubi noftris comodis expediret. ac in hys fpecialiter quod omnes illuc undique venientes. quos fecuros effe volumus & indempnes in perfonis & rebus manuteneas & defendas. ut propter favorem fecuritatis & gratie omnes illuc ex omni parte concurrant & copia pecunie neceffarie citius & oportunius habeatur.

Item fcripfit Thomafio de Montenigro Iuftitiario Principatus &c. Generali Fifci &c. *ficut fupra ufque* recepta. Cum igitur Oderifium Peregrini de Capua Cuftodem. & Philippum de Sancto Gregorio de Salerno Notarium. fideles noftros fuper portu quem in Veteri. in jurifdictione tua de novo ftatuimus duxerimus ftatuendos. & eis de commiffo dicti portus officio licteras miferimus fpeciales. fidelitati tue firmiter & diftricte precipiendo mandamus. quatenus ad requifitionem eorum. tu una cum Riccardo de Polcar. in loco A. de Marra de novo ftatuto. cui exinde fcribimus. fideles noftros in tua jurifdictione ftatutos generaliter animes. efficaciter excites. & diligenter inducas ut quilibet pro facultatibus fuis agriculturas faciant copiofas. & fuper agriculturis omnem curam adhibeant & operam efficacem. quo & emptores inveniant habundanter quid extrahant. & inter fideles noftros forum rerum venialium carius fieri propterea non contingat. Hujus equidem noftre gratie generalis etfi tempus quinquennii prefentes prefiniant. non tamen illam neceffitudinem nobis imponimus. quin intendamus ulterius terminum prorogare. Si Fifco & fidelibus noftris utilitatem exinde provenire noverimus. & omnes agriculturis intendere. ac id de bono in melius valere fimiliter & velle. Ceterum dictis ftatutis &c. *ut fupra.*

Similes Riccardo de Polcar.

Similes per omnia fcripfit. pro quolibet

bet dictorum portuum tam cuſtodibus & Notariis quam Capitaneis. Iuſtitiariis & aliis Officialibus ſicut ſunt in qualibet contrata ſtatuti. preterquam Obberto Fallamonacho Secreto Panormi. cui ſcribitur quod in portu Trapani ſtatuat Cuſtodem & Notarium. & ſignificet. & Angelo Friſar. quod eligat ſibi Notarium in portu Auguſte. & ſignificet.

Pag. 116. 10
. . . . diligenter . . . . . .
. . . . ipſorum adhi . . .
. . . . licteras noſtras
beneplac . . . . s. De
proceſſu autem . . . .
fid . . . . ollicitudinem
. . . . . antes in locum . . . .
tenendum . . . . es locabit &
ceram que ad officium ſuum ſpectat
faci . . . . euriali 20
quod Notario Symoni. & aliis ut miſiſti inquiſitionem . . . . & ſub ſigillo tuo ad noſtram Curiam deſtinare. devotionem autem noſtrorum fidelium . .
. . . . & congruo tempore proſequimur. tu vero illos in fide & operibus noſtris . . . .
ſcribas nobis. De Caſtellanis autem qui moleſti & injurioſi hominibus locorum fid . . . . & in eorum malitiam 30 officiis exercent inquiſitione premiſſa de commiſſis eoſdem punias ut . . . . . .
. . . . Munitionem Caſtrorum noſtrorum ipſarum partium. ammocionem & ſubſtitutionem . . . .
quibus de conſcientia & mandato noſtro Caſtellani ſtatuti ſunt. ſervientum etiam mutationem . . . . . . finibus & ſtatutis. Iohanni Vulcano de Neapoli. & ſocio proviſore Caſtrorum noſtrorum 40
. . . . mictendam. de curatulis animalium noſtrorum qui occaſione officii multa con . . . .
Secreto noſtro Meſſane. quid fieri debeat mictimus ſcripta noſtra. Stratigoto p . . . . impoſitis & contemptis. Illud ſibi & Stratigoto Salerni. & Neapolis . . . .
Penam occiſi centum Auguſtalium ſibi penitus recipere inhibemus. Vtpote ad 50 officium Iuſtitiariorum noſtris conſtitutionibus pertinentem. De extractione vero victualium ut ſcripſiſti cum illud Celſitudo noſtra fieri permictat ad preſens. nolumus aliquos murmurare. preſertim cum pecunia pro preſenti negotio Lombardie ſit nobis admodum oportuna. De Notariis autem & Advocatis ordinandis quod tua capitula continebant tibi reſcribimus non licere. cum illud per conſtitutiones noſtras Curie noſtre duxerimus exa . . . .
. . . . . vero quos de mandato noſtro cepiſti. ſcilicet Petrum Conte. Girar- 10 dum & Nicolaum de In. . . . . fortis cuſtodire facis tuam diligentiam commendamus. quos diligenter te volumus
. . . . facto vero Comitorum qui petunt habere excambium de terris eorum qui fuerunt revocati conco . . . .
. . . . . ut ſi quod jus habent eoram nobis veniant eorum Iuſtitiam petituri. De poſſeſſionibus autem & terris . . .
. . . . . . & Auguſte que male diviſe 20 dicuntur. Illas una cum Secreto noſtro Meſſane dividi facilius & . . . . . lius ad utilitatem Curie noſtre & habitantium ibidem etiam commoditatem videris expedire . . . . moderatas & neceſſarias pro nunciis ad noſtram Curiam pro ſervitiis noſtris utilibus & neceſſariis deſtinandis de pecunia Curie noſtre facere volumus. non tales tamen quales Iohannem Cioffi facere cohegiſti 30 . . . . . ad mandatum tuum. nuntio tuo ad noſtram preſentiam deſtinato. viginti Vncias auri pro expenſis & po.
. . . Fiſci noſtri te jubente perſolvit invitus. preterea civibus & habitatoribus Auguſte quod vinum & alia neceſſaria . . . . . .
. . . . Pag. 116. adv.
. . . .
recepimus con 40
ctualium con . . . .
de turri Caſtri . . . .
Caſtro ut turris ipſa . . . .
& pecunie . . . . Culmini noſtro . . . .
ſunt dampno ipſius . . . . acias . . . .
de muro . . . . ut . . . . . .
ac Caſtrorum noſtrorum tibi tal . . . .
. . . eſt nobis . . . . admodum opor.
. . . . . murorum ambitus ſinit tantum
& undique muro clau 50
. . . . camere ſale & alie camere que deſtru . . . . abtentur
. . . . . . ſuperſedeatur ad preſens quod
. . . . ſuper quo tam Iuſtitiar . .
. . . . . quam Secreto Meſſane . . . . .
ipſis faciendis habeantur . . . . enſe ſi-

eut hab . . . . nostros de Curia nostra vel ab hominibus contrate . . . . . . ipsis . . . . . licteras ipsas requiras & mandatum nostrum . . . . commendari.

. . . . *scripsit idem ad Guillelmum de Anglone Iustitiarium* . . . . . . *Lonbar.* Plurimum . . . . . . duximus providendum. Vt sing . . . . nostros super . , ... astrorum . . . . Vt de . . . ane aliqua & necessaria . . . . habere . . . . pluviam omnes astraci . . . . requisitione . . . . ad predictorum hedificiorum . . . . pro hedificiis ipsis hactenus . . . . &c.

. . . . *de Plancatone Secreto Messane.* Illa clausula addita . *ut de p* . . . . necessariam & utilem pro ipsis faciendis duxerit exhibere.

F I N I S.

IN

CONSTITVTIONVM REGNI SICILIÆ CODICEM VARIÆ LECTIONES

In quibus uterque Græcus textus, Parisiensis *scilicet*, *&* Barberinus, *cum Latinis Codicibus conferuntur.*

LIBER PRIMVS.

Pag. 1. ITalicus, Siculus, Hierosolymitanus, Arelatensis &c.) sic *Editiones omnes*, quas hactenus vidi; in quas *Parisiensis* etiam *Codex* conspirat; nisi quod in *Lindebrogio* deest *Siculus*; & in quinque illis jambis, qui præfiguntur codici Græco,

Ῥώμης ὁ κλεινὸς εὐσεβέστατος μέδων
Αἰλίας ἂν ῥήξ, πρὸς τὲ καὶ Σικελίας
Φρεδερίκος κράτιστος ἐν στεφηφόροις
Νέον νόμον τίθησι Σικελῶν κράτει
Ὃν καὶ πέπομφε λύτρον ἠδικημένοις.
Romæ inclytus, piissimus Imperator
Æliæ (sive Jerosolymæ) item Rex, pariterque Siciliæ,
Fredericus potentissimus inter coronatos
Novam legem Siculorum imperio ponit,
Quam mittit in redemptionem eorum, qui injuria afficiuntur.

exulat *Italicus*. *Barberinus* Codex nihil nunc nos moratur, cum ibi 25. priores hujus primi libri Constitutionum tituli penitus desint, & nonnisi tituli XXV. fragmentum initium illius faciat. Fridericus igitur Romanorum Imperator in altero horum quinque versuum salutatur Αἰλίας ῥὴξ *Rex Æliæ*, sive *Hierosolymorum* (quæ, deducta ab Hadriano colonia, *Ælia Capitolina* audiit) quoniam anno 1227. ducta uxore Iole Ioannis Brennæ Regis Hierosolymorum filia, titulum Regis Hierosolymitani iniit, transfusis in se juribus omnibus, quæ Iolæ uxori obvenerant ex matre Maria.

Et Σικελίας & *Siciliæ*. Quæritur num regionis hujus nostræ Provinciæ omnino divisæ a Regno Siciliæ fuerint, an unum idemque constituerint. Hic opinionum facta sunt divortia; multi enim dixere, validissimis ducti rationibus, penitus fuisse discretas; licet contrarium per haud levioris momenti alia aperte evincatur monumenta. Verum utrumque Siciliæ regnum (quod secutis inde temporibus, cum nimirum per Alphonsum Aragonem in unum hæc regna coaluere, *utriusque Siciliæ* regnum peculiari cognominatione audiit, & nonnisi a Carolo I. Andegavensi, primumque quem sciam ita fecisse, *Siciliam citra, & ultra Pharum* indigitari cœpit sæculo decimotertio exeunte) intelligi per hoc Σικελίας, apertissimum est. Idque etiam deducimus ex textu ipso Imperialium Constitutionum, Constit. *Occupatis*.

Italicus) Sed quid sibi vult *Italicus* istud, nulla de Ducatu Apuliæ injecta mentione; cum *Duces Apuliæ* veteres retro Principes se cognominarint? Fredericum putant *Italici* cognomen sibi adscivisse imitatum exempla Nortmannorum Principum, qui Reges *Italiæ*, & *Siciliæ* inscribebantur, facto initio a Rogerio, qui ex *Magno Comite Siciliæ* anno 1130. Rex *Siciliæ* salutatus est; & extincto Gulielmo Duce Apuliæ, ejus hereditatem ingressus, pro Duce Apuliæ, maluit *Rex Italiæ* salutari. Apulia tunc temporis totam ferme Italiam Cistiberinam armis Nortmannicis subjectam complectebatur; excepto Ducatu Neapolis, qui paulo serius, anno nimirum 1136. Nortmannicum sensit imperium, avita, qualiscumque ea fuerit, libertate exutus. Quid autem Rogerium impulerit, ut *Apuliæ* substitueret *Italiam*, non una est scriptorum nostratium opinio. Iannonius hanc nominis magnitudinem ab arrogantia Græcorum derivatam putat, qui, quantulacumque pars in Apulia, & Calabria sibi reliqua fuit, exuti ceteris Italiæ possessionibus, id, amplificationis gratia, *Italiam* nuncuparunt. Nonnulli autumant in eo Regis *Italici* titulo nihil novi, aut arrogantis ingenii molitum esse Rogerium; sed antiquam *Italiæ* acceptionem fuisse secutum. Nam antiquitus *Italia* non eo usque, quo posterioribus evasit temporibus, protendebatur; sed eam tantum Italiæ partem, quæ tunc peculiariter *Italia*, deinde *Magna Græcia* vocari cœpit, complectebatur; quæ nimirum sinu Scylletico, & Lametico clauditur. Cum vero factum, ut has omnes Civitates, præter *Apuliæ* Provinciam, Græci amisissent, unicam hanc regionem *Italiam* appellarunt; quæ quidem florentibus ibidem quammaximum Nortmannorum rebus, ceterarum adjacentium gloriam minuit; & hinc factum, ut *Apulia* Italia Cistiberina, & ceteræ omnes Provinciæ, quæ nunc Regnum Neapolitanum constituunt, diceretur. Facile hinc fa-

ctu fuit, ut quemadmodum *Italiæ* nomen Apulia usurparit, quæ unicam tantum Provinciam complectebatur, potiori jure & nomen hoc *Italiæ* inderetur omnibus eis Tiberim regionibus, quæ & *Apuliæ* nomine veniebant, cujus caput Barium erat. Quæ quidem satis idonea videtur ratio, cur Rogerius, & inde Fridericus pro *Apulia Italiam* substituerit; & potius quam in Iannonii sententiam concedamus, qui ex consueto Græcorum fastu hanc immutationem nominum factam repetit; id factum affirmemus, quo nobilius, & speciosius adipisceretur nomen, & quo veterum *Italiæ* Regum gloria reviviscceret; qua se Gothi, & Longobardi Principes ornarunt. Quando autem primum Rogerius Rex *Italiæ* pro Duce *Apuliæ* maluerit appellari, exsculpi facile posse reor ex prægrandi marmore in pago Mirabellæ prope Arianum anno 1772 eruderato, quod in Regium Farnesianum Musæum translatum asservatur; in quo inlustrando quamplures eruditi viri ingenii sui vires exercuere, præsertim vero ex nostratibus J. U. D. Dominicus Cerulli, qui permulta de titulis Regiis, quamplura & de ætate, qua Rogerius primum Rex salutari cœpit, erudite congessit. Sed ne extra semitam pedes efferantur majora festinantes, ultro libenterque ea prætermittimus; non is enim nobis animus fuit commentario Constitutiones perpetuo augere; exitum enim vix unquam inveniremus; sed tantum varias variorum codicum lectiones in medium proferre, quo cuique, qui suus esse velit, libera sit facultas ingenii sui vim experiundi.

PROŒMIUM.

Procœmium) *Græce* est: Προθεωρία τῶν βασιλικῶν διατάξεων, *Prospectus Imperialium Constitutionum*.

Pag. 1. *lin.* 18. Naturæ melioris conditionis officio) Sic *Codex Palatinus*, & cum *Græco* convenit: φύσεως κρειττοτέρας αἱρέσεως ἔργῳ, nisi quod dicere nequeam quid Montfauconium impulerit, ut cap. VIII. lib. IV. verterit αἱρέσεως ἔργῳ, *nutu divino*. In *Suganappi* edit. anni 1554., *Lindebrogii* 1613., *Lugdunensi* anni 1637., *Veneta* anni 1590, aliisque omnino deest: *conditionis*.

lin. 23. Hominem creaturarum dignissimam creaturam) *Græce* aliter hoc comma concipitur: ἄνθρωπον τῶν δημιουργημάτων εἰς ἀξιωτέραν εἰκόνα κ. οι. ο. &c., quæ si vertas *hominem opificiorum in digniorem imaginem, & propriam similitudinem efformatum*, nihil certe efficiunt. Crediderim potius metathesim heic accidisse, & exscriptorem illud εἰς præcedere jussisse ἀξιωτέραν, quod subsequi omnino debuerat; quod certe si suo restituatur loco, tunc plana erunt omnia. In *Sugan. aliisque vulg.* deest: *creaturarum*.

lin. 33. Vt ambos efficeret primitus immortales) sic *Palat.*, & cum *Græco* conspirat ὥστε ἀμφοτέρους ἐποίησεν ἀθ. In *vulg.* ut ambo primitus efficerentur immortales.

lin. 44. Dum carerent subjecto proposito.) Sic *Palat. Græcus* habet ἐνθυμήσεως, sed nimis dure & coacte. In *Sugan. Lind.* & *vulg.* subjecta proposito.

Pag. 2. *lin.* 2. Vllius usibus) Græculus noster nihil admodum attendens ad veram vocis intelligentiam vertit ἤθεσι, h. e. *usibus*, *consuetudinibus*, *moribus*; cum heic sit *necessitatibus*.

lin. 5. Sed in ipsos a Patribus transgressionis vitio propagato &c.) Sic *Palat.* quod bene; & cum *Græco* consonans: ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ῥιζωθέντος τοῦ πάθους τῆς π. π. *Sed in illis radicato paternæ transgressionis vitio*. In *Vulg. Sed ipsos a patribus transgressionis vitio propagatos*; perperam: & in *Sugan.* pejus: *sed ipsos . . . propagato . . . contraxerunt*.

lin. 24. Sacrosanctam Ecclesiam) Sic *Palat.* & *Græcus*. In *Vulg. omnib.* Sacrosanctam Romanam Ecclesiam.

Pag. 3. *lin.* 11. Qui non de ovili regni præfati, nec de nostro erant) Sic *Palat.* & *Sugan.*, verum melius in *Lind.*, qui amice consentit cum *Græco*: qui non de ovili regni præfati nostri: nisi quod *nostri* παρέλκει in *Lind.*, nam deest in *Græco*.

lin. 18. Adversantibus antiquatis) *Græce* est ὡς ἤδη πεπαλαιωμένων, *ut jam antiquatis*.

lin. 22. Quas servari decernimus) deest in *Græco*.

TIT. I. Κεφ. Β.

lin. 36. In ipsius . . . unitatem &c.) Sic *Palat.* & *vulg. omnes*. Verum *Lind.* habet *ipsius . . unitati &c.*, quod *Græco* propius respondet.

Pag. 4. *lin.* 9. Horum sectæ . . . non contemptæ) Sic in *Palat.*, & quidem in *Græco* est οὐκ ἐξουθενώθησαν. Verum in *Lindebr. Sugan. Venet.* & *vulg.* non contentæ. In *Sugan.* deest *vel quod est forte nefandius*. Οἱ μὲν ἀπὸ Ἀρειανοῦ Ἀρειανοί corrig. Ἀρείου; exscriptoris certe sphalma hoc oscitantiæ vertendum est.

lin. 18. Passioni. Hujusmodi) In *Lindeb.* male hoc *hujusmodi* adnectitur commati superiori.

lin. 28. Sævæ mortis illecebris) *Græcus* simplicius habet: *mortis periculis* θανάτου κινδύνοις.

lin. 43. Adeo quod ab Italiæ finibus, præsertim a partibus Lombardiæ . . . derivarunt) Sic *Palat. Lind. aliique omnes*. Verum in *Græco* deest *ab Italiæ finibus*, & *in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam amplius abundare*.

Pag 5. *lin.* 7. Vt crimen . . . & damnatæ sectæ . . . sectatores) Sic in *Sugan.* & *vulg.* In *Palat.* sectatoris. In *Lindebr.* Vt crimen hæreseos damnatæ sectæ, cujusque censeantur nomine sectatores. *Græcus* rectiorem præ *Vulgat.* & *Sugan.* lectionem præfert: *Vt crimen hæreseos, & damnatæ ipsarum sectæ cujuscumque sit nominis, quemadmodum publicis legibus continetur, in publicis judiciis &c.* Quæ sequuntur omnia parenthesi interclusa e Græco penitus exsulant.

lin. 19. Sic & in prædicto crimine quo Patareni vocantur) Sic *Lindeb. Sugan.* & *Vulg.* Verum *Palat.* habet: *prædictorum crimine quo Patareni vocan-*

vocantur; quod *Græco* ferme consonat οὕτο καὶ ἐν τῷ τῶν προρηθέντων ὀνόματι καθόλου βουλόμεθα τηρηθῆναι, *sic & in dictorum Paterenorum nomine per omnia volumus observari*. Sed quid illud ὀνόματι *nomine*? ac quid inde exsculpemus? Cur non potius ἀνομήματι *crimine*, & suus reddetur lectioni nitor?

lin. 32. In aliquo) Sic *Palat.*, cui consonus est *Græcus* ἔν τινι. *Sugan. Lindeb.* & *Vulg.* habent *in aliquo articulo*.

lin. 34. Pastorali more) deest in *Græco*.

lin. ult. non immerito) deest in *Græco*.

TIT. II. Κεφ. Γ.

De Paterenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus. Græce simplicius concipitur: *De pœna recipientium Paterinos*.

Pag. 6. *lin.* 1. Paterenorum receptatores, credentes, & complices) *Græcus* habet: *Paterinos recipientes dictos* κρεδέντας, *i.e.* πιστεύοντας *credentes* (quasi explicans latinam vocem κρεδέντας) *& complices &c.*

lin. 10. Non formidant) *Græce* est *formidant* δειλιῶσιν. Crediderim particulam οὐ *non* absorptam a præcedenti voce ἑαυτοῦ.

lin. 19. Fautorum) *Græce* pressius habetur: *propugnatorum*.

lin. 20. In fidei præmium) Sic in *Palat.* & *vulg.* omnibus. In *Græco* simplicius totum comma hoc concipitur: *In retributionem fidei, quam agnovit, a dicta infamia liberabitur*.

TIT. III. Κεφ. Δ.

De Apostatantibus. In *Græco* additur: *a Catholica Fide*. Et quidem Græca nonnisi de apostasi a Fide Catholica faciunt verba hunc in modum: *A Catholica Fide apostatantes ubique persequentes, bonis suis omnibus illos spoliamus, & honore illos carere volumus, successionem, & omne aliud legitimum jus ipsis auferentes*. Rursus Latina de apostatantibus a *professione*, vel *voto* mentionem etiam injiciunt.

TIT. IV. Κεφ. ϛ.

Ut nullus se intromittat &c.) Sic in *Palat.* & *Vulg.*; sed *Sugan.* & *Venet.* habent etiam: *alias De sacrilegio Regum*. *Græco*: De iis, qui circa Regias Constitutiones curiosius inquirunt.

Pag. 7. *lin.* 1. Est enim pars sacrilegii) In *Græco*: est enim simile crimini sacrilegii.

lin. 2. De ejus judiciis, factis, & constitutionibus) Sic *Sugan.* & *Vulg.* Verum *Palat.* & *Lindebr.* judiciis factis in Constitutionibus; sed male; atque eruitur ex superiori commate, in quo est *de Regis judicio* (sive *judiciis* κρίσεων) *consiliis, & institutionibus* (sive *constitutionibus* διατάξεων) *factis*. Græce nil admodum horum, sed simplicius: *est enim par sacrilegii crimini de his disputare, & dicere, si dignus sit, quem Rex elegerit, & dignum esse decreverit*.

TIT. V. Κεφ. Ζ.

De arbitrio Regis) Sic *Sugan. Vulg. Venet.* & *Palat.* In *Græc.* de Sacrilegis; cui respondet *Lindeb.* De crimine Sacrilegii.

lin. 15. Manifeste) Sic *in omnibus*. In *Græco* est χειροποίητα *manu facta*; & sic est etiam in Assisiarum Codice membranaceo pag. 228., licet ad servandam similitudinem retinuerimus *manifeste*. Cave autem putes bene sibi consuluisse Græculum nostrum cum latinum *manu facta* χειροποίητα verterit; illud enim nonnisi *manu facta* h.e. *in comitiva* sonat.

Ibid. Fracta sint) Sic *Palat.*, qui *Græco* consonat; in quo est tantum θλασθήσονται. In *vulg.* additur *destracta*.

TIT. VI. Κεφ. Η.

De Usurariis puniendis. Græc. *De Foro Usurariorum*.

Rex Rogerius) Sic *Palat. Sugan. Lind. &c.* Verum *Venet.* habet: *Rex Guglielmus*, patruus Friderici, cui lectioni favere videtur *de Afflictis*, quem hoc loci consulas, & temporum ipsa ratio; nam ea tempestate, regnante Alexandro III., duo habita sunt Concilia, in quibus usurariorum res male se gessit nimium.

De eodem. Κεφ. Θ.

Rubrica in *Græco* concipitur: *De pœna Usurariorum*.

lin. 39. Persequi disponentes) Sic *Palat.* & recte, nam *Græce* est καταδιώκειν. In *Sugan. Lind.* & *Vulg.* est *prosequi*, quod male.

Pag. 8. *lin.* 21. Ita quod omnibus, qui in actionibus, & in criminibus publicis admittuntur &c.) Sic *Sugan.* In *Lindeb. Venet.* & *Vulg.* Ita quod omnibus, qui in accusationibus in criminibus. In *Palat.* Ita quod omnibus, qui in actionibus etiam in criminibus in publicis. Verum rectius & simplicius, ac unde verum legis seosum exsculpi posse videtur, se habet *Græcus*: *Et detur facultas omnibus, qui possint accusare criminaliter, & hos accusare*.

lin. 25. In quibus non potest argui fœnus) Sic *Palat. Venet. Lind.* & *Sugan*, sed *Græce* aliter se isthæc habent: *Exsolutis a nexu præsentis Constitutionis Judæis, in quibus coerceri non potest immodica usurariorum expostulatio*.

lin. 30. Quos etiam authoritate . . . illicitum fœnus volumus exercere) Sic *Palat. Lindeb. Venet.* & *Vulg.* Verum in *Sugan.* est *nolumus*, quod recte, & ei *Græcus* arridet, *immodice usuras expetere nolumus*.

TIT. VII. Κεφ. Ι.

Pag. 9. *lin.* 9. Saltem juris naturalis) *Saltem* Græce est τῇ σωτηρίᾳ, quasi esset *salutem*. Si quid video, Græculus noster non bene advertens pro *sal-*

ſaltem legit *ſalutem*; quare factum ut peſſime inde verterit τῃ σωτηρίᾳ. In *Græco* deeſt: *naturalis*.

lin. 39. Quas de feudis, & bonis ſuis anteceſſores eorum prædicto tempore) Sic *Palat.* Verum *Sugan. Lind. Venet.* habent: *prædicti Regis Galielmi tempore*, quod mire quadrat in *Græc.* τῷ καιρῷ τοῦ προῤῥηθέντος ῥηγός Γουλιέλμου.

TIT. VIII. Κεφ. Ε.

De cultu pacis &c. Græc. *De vim & injuriam ſuſtinentibus, & ſtatim defendentibus.*

Pag. 10. *lin.* 7. Qui a juſtitia, & a quo juſtitia abeſſe) Sic *Lindeb. Venet.* & *Sugan.* Verum *Palat.* ſimpliciter: *Pacis cultum, qui a juſtitia abeſſe non poteſt*; cum quo fere convenit *Græcus*: Quoniam juſtum pacis eſt cultus, a quo juſtitia dividi non poteſt.

lin. 11. De injuriis, & exceſſibus dudum factis vel faciendis, in poſterum ſe debeat vindicare.) Male lineis diſtinxiſſe Græculum noſtrum, non bene legis vim aſſecutum, hoc comma apparet, cum illud *in poſterum* adnecti debuiſſet *faciendis*, non *ſe debeat*. Cum heic de vindicanda injuria agatur, Fredericus ſtatuit, uti verba legis ſonant, ut ſi quis injuriam ſuſtinuerit, ſtatim ſe poterit ex ſemetipſo defendere; ſi vero aliqua protracta ſit temporis mora, tunc ad Iuſtitiarium &c. erit adeundum; quare recto ſtat talo ſententia legis verbis hiſce expoſita, *nullus auctoritate propria de injuriis dudum factis vel faciendis, in poſterum ſe debeat vindicare*. Quod Græculus minime attendens, alio certe ſpectans verterit: *de exceſſibus præſenti tempore factis, vel in antea faciendis*; quaſi Fredericus tempus commiſſorum exceſſuum, non faciendæ ultionis reſpexerit.

lin. 20. ordine judiciario) In *Græco* deeſt. Conjicerem id ex notis margini appictis certiſſimo in textum exinde inlatum.

lin. 32. Quæ parentheſi concluſimus omnino deſunt in *Græco*; & etiam ex margine in textum inrepſiſſe deponerem; novi nec adferunt quidpiam, immo otiantur plane; idem enim ſonant, ac quod ſuperiori periocha dictum eſt.

TIT. IX. Κεφ. Ια.

De his, qui in Regno &c. Græc. *de Comitibus & Baronibus in Regno guerram moventibus*. *Palat.* & *Lindebr.* *eſt* ἀκέφαλος. *Sugan. Venet.* & *Vulg.* addunt *& de præfaliis puniendis.*

Pag. 11. *lin.* 13. Preſcriptione) Sic *Palat.* & *Sugan.*, ſed male; bene in *Lindebr.* & *Venet.* *proſcriptione*. Græce eſt: δημεύσει *publicatione*.

TIT. X. Κεφ. Ιβ.

De illicita portatione armorum, & pœna percutientium cum eis. Græce eſt: *De prohibita portatione armorum.*

lin. 23. Quam ut de committendis &c.) *Græce* illud μηκέτι roboris aliquid dictioni addit, cum ſit *ut via & cauſa præcludatur, ut non amplius ea* (maleficia) *committantur*.

lin. 32. Vt nullus arma prohibita) *Græce* eſt καλωμένα, fortaſſe κεκωλυμένα, abſorpto priori κε a particula præcedenti καὶ, & υ facillime in ω mutato.

Ibid. Cultellos cum punctis ſcilicet, & enſes, lanceas, pancereas, ſcuta, vel loricas, clavas ferreas etiam, & alia omnia) Sic *Palat.* In *Sugan. Lind.* & *Venet.* deeſt *cum punctis*; verum in *Græco* eſt αἰχμὴν ἔχουσαν, quod *Palat.* *cum punctis ſcilicet* reſpondet. Horum nonnulla non bene Græco reſpondent; quare e re erit Græca Latinis dare: *ut nullus arma molita & prohibita, enſem ſcilicet aciem habentem, cultellos, lanceas, loricas, ſcuta, & clavas ferreas, & alia arma &c.*

lin. 35. Cujuſque liciti operis gratia) *Græce* eſt: vel facta ſunt ad inſerviendum neceſſitatibus corporalibus.

lin. 43. Arma prædicta prohibita) In *Palat.* deeſt *arma*.

Pag. 12. *lin.* 1. eximimus) In *Græco* deeſt.

lin. 4. Pro agendis ſuis) deeſt in *Græco*.

lin. 13. Si ruſticus fuerit) Sic *in omnibus*. Verum *Palat.* addit *miſer*.

lin. 17. Per Magiſtrum Iuſtitiarium, & Iuſtitiarios) Sic *Palat.*, cui reſpondet *Græcus*. In *Sugan. Lindeb.* tantum: *per Magiſtros Iuſtitiarios*.

TIT. XI. Κεφ. Ιγ.

De intrantibus Regnum &c. Græc. *De venientibus in Regnum, & arma ferentibus.*

Pag. 12. *lin.* 35. Pancerias, & loricas indutas) *Græce* ſimpliciter eſt θώρακας *loricas*; & revera illud ſynonimum *pancerias* credo ex margine in textum fuiſſe intruſum. *Pancerias, & loricas indutas non deferant*. Satis haud liquet quid ſibi velit illud *non deferant loricas indutas*; potius ex Græco veram textus γνησιότητα exſculpemus: *ut & deponant loricas ab ipſis latas, poſt quæ ad deſtinata &c.*

TIT. XII. Κεφ. Ιδ.

De pœna ejus &c. Græc. *De extrahentibus arma contra aliquem.*

Pag. 13. *lin.* 8. Conſtringentes gladios, & extrahentes, & percutientes cum eis) *Græce* eſt: *extrahentes gladios, & petentes cum eis.*

lin. 10. præſumunt) *Græce* eſt: præſumpſerunt.

lin. 21. Vtpote qui armis a nemine provocatus extrahendo ipſa in offenſionem alterius malivolum ſuæ intentionis propoſitum publicavit.) In Græco, *utpote qui armis a nemine provocatus, extrahendo ipſa in offenſionem alterius*, deſunt omnino, quæ vel exſcriptorem Pariſienſem fugiſſe, vel Græculo noſtro excidiſſe dicendum eſt; aliter nihili ſunt quæ textus Græcus habet:

bet: *nec indigne præsenti lege ferens arma duplicem pœnam fabstinebit in offenſionem alterius malivolæ intentionis propoſitum manifeſtavit.*

TIT. XIII. Κεφ. Ιε.

De percuſſione illicita &c. Græc. *De pœna percutientium aliquem cum armis.*

lin. 48. In ea parte corporis plecti maleficum) Sic *Lindeb.* & *Venet.*, alii Omnes: *maleficium*; ſed melius eſt *maleficum*; nam licet in *Græca* nihil hujus vocis ſit, tamen quia refertur ad ſuperius πλήξας, *maleficum* dicere debuiſſe evincitur.

TIT. XIV. Κεφ. Ιϛ.

De homicidiis puniendis. Titulus hic Græce bifariam dividitur, a verſu 6. ad 20. rubrica concipitur ſic: *De pœna occidentium aliquem*: a 20. ad fin. Κεφ. Ιζ. *De occidente latronem, vel furem, & de infante, ac furioſo.*

Pag. 14. *lin.* 7. Providentia commiſſorum) Sic *Sagan. Lindebr.* & *Venet.* Verum in *Palat.* commiſſum, & *Græco*, quoad regiminis formam, accedit propius; verum *Græcus* aliud, & quidem melius nobis innuit: *Terminum humanæ vitæ a Divina providentia prædefinitum &c.*

lin. 8. Poſſibile ſit) Sic *Omnes*: In *Palat.* & *Græce* poſſibile eſt.

lin. 11. Aculeis perſequi) Sic *Venet.* & *Græc.* In *Palat. Lindeb.* & *Sugan.* proſequi.

lin. 17. Probabitur occidiſſe) *Græce* eſt: *occiderit.*

lin. 20. Supplicio ſubjungantur) Maluimus ita eſſe, quia *Græcus* habet παραδοθήτωσαν *tradantur, conſignentur.* Sed in *Omnibus* ſubjungentur; quod male.

lin. 22. Quæ ſequuntur, ut innuimus, aliam ſub alia rubrica faciunt Conſtitutionem.

lin. 22. Qui tamen aggreſſorem ... vitæ diſcrimine conſtitutus) Sic eſſe maluimus; nam *Græce* eſt ἐν κινδύνῳ ζωῆς ὤν; licet in *Lindeb.* & *Palat.* ſit in plurali *conſtituti.* In *Sagan.* & *Venet.* male eſt *conſtitutum*; nam ſic non recto ſtat talo legis ſenſus: nonniſi enim in periculo vitæ conſtitutus quis poteſt ad ſui defenſionem aliquem aggreſſorem occidere.

lin. 32. Alterum infelicitatis caſus excuſat) Sic in *Sagan.* & *Venet.*: *Lindebr.* habet *infelicitas caſus*, & convenit cum *Græco* πάθους ἢ δυστυχία. In *Palat.* eſt *infelicitatis animi*; corruptam omnino reor hanc lectionem, ſed ex corruptione ipſa exſculpi tamen aliquid boni video; nam propius ad legis mentem accedit; furioſus enim animi ſui motibus haud dominatur. Hinc melius in Græco, *infans, & furioſus ſine malignitate animi*, quam in Latino *infans ſine malignitate animi, & furioſus.*

TIT. XV. Κεφ. Ιη.

Vt Caſtellani mittant &c. Græc. *Quando poſſint Caſtellani, & Servientes arma ferre libere*: cui reſpondet *Sagan.* & *Venet.*, qui habent: *Quando liceat Caſtellanis, & Servientibus caſtrorum arma deferre.*

lin. 42. Cum a Magiſtris Iuſtitiariis, & Iuſtitiario) *Græce* eſt tantum: *a Magiſtro Iuſtitiario.*

TIT. XVI. Κεφ. Ιθ.

De defenſis imponendis, & quis eas imponere poſſit) Sic *Palat.* Verum *Sugan. Lind.* & *Venet.* de Defenſis imponendis, e.q.e.i.p., & contra quos. *Venet.* inſuper advertit: *De defenſis imponendis, alias impoſitis*, quod cum *Græco* convenire videtur: *De Defenſis impoſitis, & quibus, & de quibus liceat imponere defenſas.*

Pag. 15. *lin.* 24. Vt etſi oppreſſo) Sic in *Omnibus*, etiam *Græco*, in quo eſt ὥσει κἂν. In *Lindeb.* *ut ſi oppreſſo*; ſed perperam.

lin. 26. Vt adverſus oppreſſorem ſuum) Sic in *Omnibus*, & *Græco*: male in *Palat.* ut aggreſſor adverſus aggreſſorem ſuum.

lin. 44. Propagamus) Sic *Palat.*, cui videtur conſonare *Græcus*. *Sugan. Lind.* & *Venet.* habent: *prorogamus.*

Pag. 16. *lin.* 1. Noſtri veteres dixere majores, filiorum, nepotum, & ex eis qui) Sic *Palat. Sugan. Venet.* & *Græc.* Verum *Lindeb.* Noſtri veteres dixere majores filiorum, nepotes, & ex eis.

lin. 10. Rebus ſuis, vel ſuorum) *Græce* deeſt: *ſuorum.*

lin. 11. Verum ſi occaſione (Græce eſt ἀλτίαν corrig. αἰτίας) adjutoriorum noſtrorum) Sic *Sugan.* & *Venet.* Adjutorii noſtri habet *Lind.* Verum *Palat.* ſimpliciter *adjutoriorum*, quod *Græco* convenit; eſt enim ibi τινῶν βοηθειῶν; & recte procedit mens legis; nam adjutoria, de quibus heic, non Regi, ſed dominis præſtantur. Prima fronte illud *noſtrorum* Latini textus recte procedere videtur; in Græco enim eſt ἐν ταῖς ἡμετέραις χρείαις *in noſtris neceſſitatibus.* Verum non nemini heic mali aliquid reſidere videbitur. Quid enim ſibi volet illud χρείαις, quod toto contextui repugnat? ad totum id extricandum, bene eſt quod Latinus textus habet: *articulis. Occaſione adjutoriorum, de quibus fit mentio in articulis noſtris, & antiquis Conſuetudinibus &c.* Nam facile factu fuit, ut pro *craculis*, quod bene reſpondet Græco χρείαις, ſubeſſet *articulis.*

lin. 21. Verum tamen ſi juſtæ defenſæ imponantur pro rebus mobilibus forſan utpote) Sic in *Palat.* & in *Græco* etiam eſt ἴσως. *Sugan. Lind.* & *Venet.* Vt tamen ſi juſtæ d.i.p.r.m. utpote &c. niſi quod in *Lindeb.* pro *juſtæ* eſt *jure*, quod propius *Græce* δικαίως accedit.

lin. 31. Defenſis hujuſmodi ſuper mobilibus factis)

Græc. eſt *κινητῶν γινομένων πραγμάτων mobilibus factis rebus*, incomoda metathesis; nam τὸ *γινομένων* refertur ad *κινητῶν* ſuperius.

lin. 33. Civiliter tantum, & non criminaliter) *Græce*, ſed perperam, eſt: *civiliter tantum*, & *criminaliter*.

lin. 44. Reliquum noſtris largitionibus) *Græce* deeſt: *largitionibus*.

Pag. 17. *lin.* 1. Si vero ob alias cauſas) In *Palat.* *ſi non*, quod male.

lin. 4. Raptus crimen, vel adulterium) In *Græc.* raptus crimen, vel adulterii.

TIT. XVII. Κεφ. Κ.

De defenſis impoſitis &c.) Sic *Palat.* & *Lindeb.* Verum *Sugan.* & *Venet.* De defenſis imponendis ab Officialibus, & cognitione ipſarum. *Græc.* ſimplicius: De facultate data officialibus imponendi defenſas.

lin. 20. Fidelium noſtrorum injurias, qui) *Græce* male *αἵτινες*, corrig. *οἵτινες*.

lin. 23. Magiſtris Iuſtit. Camerar. noſtri Regni) Sic *Palat.*, & concordat cum *Græco*. *Sugan.* cum *Venet.* & *Lindeb.* habent: Magiſt. Iuſtitiariis, Iuſtitiariis noſtri Regni, Bajulis &c.

lin. 24. Qui vice adminiſtrationis noſtræ gubernacula) Sic *Lindeb.* In *Venet.* in vicem adminiſtrationis. *Sugan.* vicem adminiſtrationis: peſſime in *Palat.* vite adminiſtr. In *Græco* ſimplicius: *qui gubernacula noſtræ adminiſtrationis ſuſceperunt*.

lin. 28. Si quando in locis ipſis, aut circa ea rixas, quæ *mellate* dicuntur) Sic *Palat.* Meſſate habet *Sugan.* Melſetæ *Lindeb.* & *Venet.* De voce hac nec veſtigium nec vola in *Græco*; quemadmodum voces illæ *aut circa ea* ſimiliter deſunt penitus. Acquieverim libenter lectioni *Lindebr.* melſette; de qua vide Gangium h. v., quæ idem valet ac *misleja*, quæ & *merleja*, *miſcilla*, & *melleta* (*mellate* ergo *Palat. Codicis* refingi poterit in *mellete*) dicitur rixa, quæ nulla ſit præcogitata animi malitia. Derivatam reor a Gallica voce *mêler*, *contendere*, unde factum italicum *miſchia*.

lin. 32. Vt defenſis impoſitis per Magiſtros Camerarios, Bajulos, & Iudices ſupradictos) Sic etiam *Palat.*, niſi quod deſit *ſupradictos*, quod eſt in *Græco*. In *Sugan. Lind.* & *Venet.* eſt, *ita tamen ut de contemptoribus defenſæ impoſitæ*, & *defenſis . . . indictis &c.*, quod undenam hauſerint, dicere nequeo.

lin. 36. Magiſtri Iuſtit. & Iuſtitiarii noſtri) In *Græco*: Magiſter Iuſtit. & Iuſtit.

lin. 37. Iam enim ſubjectis noſtris non aberit tuitionis noſtræ licentia) Sic *Palat.* & cum *Græco* concordat *οὐκ ἀπέςαι*. Male *Sugan. Lindeb. Venet.* oberit.

lin. 42. Individuitate perſonæ) *Græce* eſt: circumſcriptione.

TIT. XVIII. Κεφ. Κα.

De defenſis impoſitis &c. Græc. *Quomodo oporteat probare defenſas*.

Pag. 18. *lin.* 14. Per teſtes non pauciores tribus) Sic *Omnes*; *Palat.* habet: paucioribus, ſed dandum typothetarum incuriæ. Tota hæc periocha paulo diverſius in *Græco* diſponitur.

lin. 19. Licet ex parte noſtra, nulla etiam quantitate adjecta, defenſa ſimpliciter imponatur) *Græce* aliter concipitur: *Licet ex parte noſtra nulla defenſa ſub dicta quantitate imponatur*.

lin. 24. De quibus omnibus Camer. & Bajul. locorum cum ipſi defenſas inducunt) Sic *Palat.* *Sugan.* habet *judicium* pro *inducunt*, ſed perperam.

lin. 35. Per teſtes contrarios) deeſt in *Græco*.

lin. 38. Probatæ fidei, & opinionis bonæ) *Lindeb.* habet *electæ*.

lin. 43. Prædictorum teſtium non negamus) *Græce* additur *ſi quidem velit*.

lin. 44. Defenſiones rei judicatæ, pacti conventi, & ſimiles) *Lindeb.* adnectit commati ſuperiori; quemadmodum & præcedenti periochæ adnectunt uſque ad *opponuntur Sugan.* & *Venet.* Verum *Palat.* *Græco* conſonat, quod retinuimus.

Pag. 19. *lin.* 13. Exactionem Magiſtro Inſtit. & Iuſtit. debeant nunciare. Præterea pœnas) In *Lindebr.* & *Palat.* *pœnas*, quæ pertinet ad comma ſequens, adnectitur præcedenti. In *Venet.* Exactionem a Magiſtro Iuſt. & Iuſt. debeat nunciare. Conjicerem *pœnas* illud Codicis *Palat.* & *Lindeb.* non male aſſutum ſuperiori periochæ; nam Græce eſt *exactionem pœnæ Magiſtro Iuſtit.*, & *Iuſtitiarii nunciabunt*. Fortaſſe per metatheſim ſcriptum erat *exactionem Magiſtro Iuſt.* & *Iuſt. debeant nunciare pœnæ*. *Pœnas præterea*. Tractu temporis, & exſcriptorum incuria altera vox alteram abſumpſit.

Ibid. Supradicta præcedente defenſa commiſſa probabitur) In *Græc.* Si præcedenter commiſſa defenſa teſtibus confirmatam eſſe probetur.

lin. 20. Volumus eſſe novatas) In *Græc.* In poſterum volumus eſſe publicatas, *Φανεροῦσθαι*.

lin. 38. Volumus abſque . . . procreari) Sic *Palat.* In aliis omnibus *profligari*, quod ſane ridiculum; nec *procreari*, quod eſt in *Palat.* aliquid innuit, niſi ſit pro *procurari*; Græce enim eſt *ἀπαιτηθῆναι*, *exigi*, *poſtulari*.

Pag. 20. *lin.* 2. Tegere, ut conſcii) Sic *Omnes*, quibus reſpondet *Græcus μετόχοι*. Male in *Palat.* noxii.

ibid. Criminoſa) deeſt in *Græco*; & monuiſſe ſemel ſatis ſit, quæ parentheſi interclusimus, omnino deeſſe in *Græco*.

TIT. XIX. Κεφ. Κβ.

De defenſa impoſita. Græc. *De defenſa non cuſtodita*, & *nemine condemnato*.

lin. 25. Deberet, ſi contraveniret) Sic *Palat.* & *Lind.*: *Græc.* contrarium faceret. In *Sugan.* & *Ve-*

& *Venet.* si convenisset; sed perperam.

lin. 29. Impunitum utrumque esse censemus) Sic *Omnes*. Male in *Palat.* in posterum.

lin. 32. Commodum reportavit) Sic *Palat.*, & *Græcus* consonat. In *Ceteris* reportabit, sed male.

TIT. XX. Κεφ. Κγ.

De rapen, & violentia &c. Græc.. *De rapientibus mulieres Deo sacratas.*

TIT. XXI. Κεφ. Κδ.

De violentia meretricibus &c. Græc. *De violentiam inferentibus infelicibus mulieribus.*

lin. 20. Contra hoc generale) In *Græco* sic concipitur : *Satagentibus facere contra hoc generale edictum, vel illis, qui hoc fecisse confessi, vel convicti fuerint, ultimum supplicium minitamur.* Quod clarius.

TIT. XXII. Κεφ. Κε.

De rapteribus &c. Græc. *De pœna rapientium mulieres.*

IDEM AVGVST. Sic in *Omnibus*. *Venet.* habet *Imper. Frid.* Κεφ. Κϛ. *Quomodo oporteat probare violentias factas mulieri.*

Pag. 22. *lin.* 23. Nam non leve periculum) Sic *Omnes*. In *Palat.* & *Lind.* non leve. Sed Græce est: οὐ γὰρ μικρὸν.

lin. 29. Qui veritatis ipsius) In *Palat.* varietatis.

lin. 30. Et sic ordinariis probationibus) In *Palat.* prohibitionibus.

lin. 31. Cessantibus) *Græce* est: amotis.

lin. 32. Pugnæ scilicet, & legis paribilis) In *Palat.* pessime *& legis peritis*; & pejus in *Lindeb.* *& legis paribus*. In *Sugan.* & *Venet.* melius *legibus paribilibus*. Græce enim est: *Duelli & sic dictæ legis paribilis*, quæ genus duelli est, & de qua inferius.

Pag. 23. *lin.* 4. A reiteratione hujusmodi) *Lindeb.* habet : *recitatione*, quod non ausim probare.

lin. 7. Auxilium, cum vociferationibus) In *Græco* est ἐπικαλουμένοις, sed male: Græculum nostrum humanitus certe quid passum credo, cum *vociferationibus* ita verterit. Melius in *Barberino Codice Græco* ἐπικαλουμένης.

TIT. XXIII. Κεφ. Κζ.

Si quis mulieri violentiam &c. Græc. *De pœna non succurrentium mulieribus violentiam patientibus.*

lin. 43. Aut sine dolo malo claudus) In *Lindeb.* *sive dolo malo*, sed perperam.

TIT. XXIV. Κεφ. Κη.

De pœna mulierum. Græce: *De mulieribus injuste conquerentibus.*

Pag. 24. *lin.* 6. Pessimam & horrendam questus materiam) Sic in *Palat.* sine diphtongo; verum hoc in Codice nullibi apparent diphtongi; dubium itaque adhuc restat, quid sibi voluerit editor hujus Codicis. In *Græco* συναφίας αἰτίαν *copulæ titulum* : quod clarum. In *Venet.* *quæstus materiam*, forte supplendum *meretricii*.

lin. 8. Invaluit) Græce ἐπισίφρησε. Nihil mallem, quam ut ἐπισέῤῥωσε legeretur; etenim in Glossis ῥώννυμι *valesco*, & *invalesco* ἐπιῤῥώννυμαι. Credideram prius legi posse ἐπισέῤῥησε ab ἔῤῥω, & recurrit hæc vox Tit. ΞΑ., sed malui ἐπισέῤῥωσε, quia in *Barberino* est ἐπισίφρωσε, quod certe pro ἐπισέῤῥωσε exscriptoris incuria obtinuit.

lin. 9. Raptus injuriam, vel violentiam) *Græce* est: raptus injuriam, vel violentiæ; nisi mavis esse *violentias* βίας in plurali.

lin. 15. Imparia matrimonia sortiuntur, interdum etiam) In *Græco*: ποτὲ μὲν ἀνίσους, καὶ οὐχ ὁμοίους . . . ποτὲ, *interdum imparia & inæqualia . . . interdum &c.*

lin. 15. Turpem stipem) φυλὴν; emendandum est in *Græco* φλοιὸν; etenim in Glossis φλοιός *stips*: pessime in *Barberino* φυλακὴν.

lin. 17. Velamento) Græce περαπετάσματι, corr. παραπετάσματι.

lin. 19. De tali fuerit falsa delatione convicta, mortis laqueis irretita) Sic in *Palat.* & *Græco*; at in *Venet.* convicta tam per se, quam per testes, mortis. Sed mox rursus in *Venet.* mortis laqueis irretita in foveam &c.; at in *Palat.* deest.

lin. 26. Humanitate) Græce εὐσπλαχνίας, corr. εὐσπλαγχνίας.

lin. 32. In illis partibus sunt) In *Græc.* erunt.

TIT. XXX. Κεφ. Κθ.

De violentiis circa &c. Græc. *De pœna violenter spoliantium aliquem a possessione bonorum immobilium.*

lin. 42. Inter utrumque jus Longobardum) *Græce*: inter alterutrum jus, & Longobardicum scilicet, & commune.

Pag. 25. *lin.* 1. Volumus coercere) In *Vulg.* coerceri.

lin. 1. Statuimus ut si quis per violentiam destituerit aliquem rei immobilis possessorem, possessione . . . censemus) *Græce* est : *statuentes*, & rectius; nam sequitur: *mulctandum censemus*. Destituerit aliquem rei immobilis possessorem possessione) *Græce* est: ut si quis violenter exuerit aliquem re immobili, possessione.

lin. 5. Restituta, violentum) *Græc.* habet βίαιον νομέα; adde igitur ex *Græco*: possessorem.

lin. 11. Quando suam rem violentus probare non posset) In *Græco* est βίαιον εἶναι . . . δυνηθῇ, corrige βίαιος, ut concordet cum δυνηθῇ, ut in Latinis.

lin. 12. Et sic possessorium petitorio (a quo separatum esse dignoscitur) immiscere) *Latino Codici* certe vis facta videtur ex illa parenthesi, *a quo separatum esse dignoscitur*, quæ inepta per se a Græco exsulat; qui sic se habet, *& tum*

 quan-

quando violentus suam rem probare non posset, poterit possessorium judicium petitorio immiscere.

lin. 13. Κἀκεῖνο δὲ σωφρόνως &c. Tota hæc periocha detruncata esse videtur. Si Græca enim cum Latinis conferantur, nonnulla in Græcis apertissime videntur deesse.

TIT. XXVI. Κεφ. Λ.

De restitutione possessionis.. Græce: *De optione data spoliato agendi vel contra spoliantem, vel contra possidentem.*

lin. 34. Quemdam tamen juris rigorem . . . imperiali providentia lenire volentes . . . disponimus) Sic *Palat.*, cujus lectio mirifice conspirat cum *Græco*. In *Venet.* Quodam juris rigore circa destitutores inducto &c. Quin mitto quod in ipso totum hoc male interpungitur.

lin. 35. Circa destitutores violentos) Sed male in *editis omnibus*. In *Græco*: circa destitutiones violentas.

lin. 36. Quod destituto contra destituentem) Sic in *Palat.*, & *quod* refertur ad *juris*. Græce est ἥτις, quæ refertur ad τραχύτητα.

Pag. 26. *lin.* 5. Si possessionem in alium transtulit) Græce est εἴπερ *quamvis*: sensus postulare videtur ut sic etiam in Latinis habeamus, nimirum pro *si* legamus *etsi*. Hac enim monemur particula lege agi posse contra spoliantem, *etiamsi is possessionem in alium transtulerit.*

lin. 10. Sive sciens, sive ignorans fuerit possessionem) Sic in *Vulgat.* In *Græco* est, *sive quis* (possessor) *sciens commissæ violentiæ, sive ignorans fuerit &c.* Possessio igitur bonæ fidei non impedit ut contra possidentem agatur.

lin. 18. Omni remedio se inveniebat) Sic habent *Edit. omnes*; corrige: *inveniret*.

TIT. XXVII. Κεφ. Λα.

De maleficiis clandestinis &c. Græce: *De factis occulte damnis*. De his legesis Epist. II. & LXIV. Petri de Vineis, in quibus similia caventur.

lin. 35. Integre arceantur) In *Palat.* In *Græco*: integre constringantur. Ergo vel *arceri* in *Palat.* pro *coerceri*, vel legendum *urgeantur*. Eadem vox recurrit Tit. Ζϛ.

lin. 40. Nec minus Iudæos, & etiam Saracenos) Sic *Palat.* In *Græco*: utique & Iudæos, & Saracenos, quos &c. In *Venet.* *quosque* pro *quos*, sed perperam.

lin. 43. Protectionis nostræ potentia) In *Græco*: protectionis nostræ, & auxilii.

TIT. XXVIII. Κεφ. Λβ.

De homicidiis, & damnis &c. Græce brevius: *De homicidio clandestino*. Adesis Epist. 108. Lib. V. Petri de Vineis.

Pag. 27. *lin.* 13. Si damna clandestina) *Græco*: patientibus damna clandestina. Excidit enim initio particula Εἰ, ex latino *si* omnino supplenda.

lin. 16. Remediis merito subvenimus) *Græce* est συγκροτοῦμεν *applaudimus, manibus complodimus*, h. e. *favemus*. In Glossa enim κρότος *favor*; metaphorice *conspiramus*. Quid si συμφωνοῦμεν?

lin. 18. In quorum territoriis) *Græce* est διακρατήμασι *tenimentis*, forte illo ævo *tenimentis* scriptum erat, mox in *territoriis* mutatum.

lin. 23. In locis aliquibus) Græca sonant *in personis aliquibus*. Patet hic in *Græco* legendum ἐν τισι τόποις pro προσώποις.

lin. 29. Territoriis) Forte olim erat *tenimentis*, quod κρατήμασι accedit.

lin. 31. Abominamur) *Græce* est βδελλύττομαι. Loquentis exigit majestas, ut βδελλύττομεν pluraliter legamus.

lin. 35. Quo casu divæ Constitutionis nostræ super furtivis & absconsis homicidiis edictæ statuta servamus) Sic in *Palat.* Sic etiam in *Græco*: super absconsis homicidiis. In *Venet.* super furtivis, & absconsis maleficiis, vel homicidiis edita statuta servamus. Sed omnino legendum *super furtivis, vel absconsis maleficiis*. Nam præcedenti Tit. XXVII. *de maleficiis clandestinis*, ubi nullum verbum *de homicidiis*. Ibidem *servamus*, ut & *Græcus*, sed lege *servemus*.

lin. 4. Quod confiteri per nimiam forsan & solitam potentiam) h. e. robur in exsuperandis tormentis. *Potentiam* heic active, non passive sumi nemo non videt; quemadmodum inferius ἀδυναμία *impotentia* est imbecillitas, quæ tormentis cedit.

lin. 5. Tormenta ingeruntur) Sic etiam in *Palat.* In *Venet.* male: ingerunt.

lin. 12. Tunc illius loci . . . possessores) *Græce* est: tam incolas locorum, in quorum territoriis &c.

lin. 17. In quibus prout certo perpendimus) In *Græco* ἐν οἷς ἀριδήλως ἐγνώκαμεν, *in quibus certe perpendimus*; legendum igitur ἐν οἷς ὡς ἀριδήλως εγ.

lin. 19. Ad præsens) deest in *Græco*.

lin. 22. Quem inde inquisitionis, & probationis ordinem, & tormenta ultimo facienda.) *Græce* ad verbum esset: *Quem deinde inquisitionis & probationis ordinem, & subinde tormenta facienda*. In Venet. *Quæ post inquisitionis & probationis ordinem, & tormenta ultimo facienda*. In Palat. *Quem inquisitionis & probationis ordinem, & tormenta ultimo facienda*. Omnes ferme eodem recidunt, nisi quod *Palat.* proxime ad *Græcum* accedit. *Venet.* vero in interpetrando illud μετὰ per *post* non vidit acutum; hoc, & alterum μετὰ, quod succedit, adverbium est temporis.

TIT. XXIX. Κεφ. Λγ.

De subripientibus aliquid &c. Græce: *De pœna surripientium aliquid ex naufragio.*

Pag. 29. *lin.* 1. Dum domini personarum) In *Græco* est: *domini rerum*, quod melius; nisi illud *personarum* a τῷ *periculis* rectum contenderit quis.

lin. 14. Huic etiam saluberrimæ sanctioni adjicien-

ciendum duximus) In *Græco* igitur scribendum: προστίθεμαι.

lin. 20. Pro posse festinent) *Græco* est: ἵνα . . . σπουδαζέτωσαν, *ut omnes festinanto*. Dubium adhuc mihi restat, an ἵνα probi scriptores Græci cum imperativo usurparint; interim tamen latinissimum cuique sapere debebit ea syntaxis: apud Latinos enim *ta ne cede malis* pro *cedas*. Omnis igitur isthæc periocha ita *Græce* concipitur: *Vt omnes, quibus est facultas succurrere, cum utilia, & necessaria ad incidentes casus viderint, pro viribus festinent*. Dubitari non potest latini textus amplior ac rotundior sit periodus; Græci tamen sententia mihi non inepta videtur.

lin. 20. Negligentes autem . . . multandos esse censemus) In *Græco*: *negligentes*, est nominativus pluralis; & erit nominativus casus absolutus, ut sæpe alias.

Pag. 29. *lin.* 22. Se nequiverint) Græce ἑαυτοὺς δυνήσονται; sed legendum ut in Latinis ἑαυτοὺς οὐ δυνήσονται *se nequiverint*.

TIT. XXX. Κεφ. Λδ.

lin. 31. Statuimus ut si quando . . . censemus) Sic *Latine*, & sic etiam *Græce*. Hanc syntaxim omnino Latinm, & Græcia ignoravit; sed satis familiaris in lingua vulgari, sed non exacta.

lin. 37. Ab aliquo inferantur) Hoc membrum loco non suo infunditur; superius enim esset locandum.

lin. 40. Sacræ Constitutionis nostræ) Sic *Omnes*. In *Græco*: Sacræ nostræ Constitutiones; quod melius.

TIT. XXXI. Κεφ. Λε.

De observantia Justitiæ. Græce: *De Quiritibus legem sciscentibus, & quod oporteat Regem illam servare & custodire*.

lin. 10. Commissæ sibi Cæsareæ fortunæ fastigio) In *Venet.* commisso.

lin. 13. A quo ejusdem defensio procederet) *Græce*: Ὠ᾽χύρωσις; monuisse semel satis sit, vocem hanc semper hoc in Codice cum ω scribi contra communem consuetudinem.

lin. 14. Ideoque convinci potest) Melius *evinci*. In *Græco*: Ideo quandoquidem intelligi potest.

lin. 16. Vt in ejusdem persona) *Græco* est: τρόπω; corrigendum videtur ἐπὶ προσώπῳ, vel ἐπὶ τοῦ τῷ προσώπῳ.

lin. 23. Sic & in venerando justitiam sit filius &c.) *Græce* est: *Et sic justitiam colens sit filius*.

lin. 30. Nostræ voluntatis arbitrio propositum) In *Venet.* deest *arbitrio*; sed retinuimus, quia sustineri potest. Quia nobis) istud *quia* ex Græco est, per quod modus infinitus resolvitur.

lin. 38. Officia volumus esse discreta) In *Græco* sic concipitur: *Officia horum nostrorum officialium volamus esse discreta, criminalia civilibus, ut majoris momenti, præferentes*. *Græcus* nimis longe abit a Latino. Infra tit. XXXVIII. *Si ad civiles judices in civilibus causis, vel de majoribus ad majores &c.*, unde elicitur judicem in Criminalibus *majorem* esse, habito respectu ad Civiles, qui minores.

TIT. XXXII. Κεφ. Λϛ.

De cultu Iustitiæ. Græce est: *De pœna turbantium dicasterium*.

Pag. 31. *lin.* 7. Eorum igitur insolentiis occurrentes) In *Græco*: insolentiæ; in *Palat.* & *Venet.* *in silentiis*, sed perperam. αὐθάδεια in Gloss. Philox. redditur *insolentia*.

lin. 11. Cum reverentia magistratus jura reddentis, quietem justitiæ observare) Sic in *Palat.* & *Venet.* sed sine sensu, & grammatica: optime in *Græco*: *Statuimus in posterum litigantes, & quotlibet alios in judiciis existentes, cum reverentia Iudici seu Magistratui causas proponere*.

lin. 18. Vt etiamsi advocato dicenti (& advocati ejus . . . . aliquid ad memoriam) Latina edita adeo sunt tricis irretita, ut nihil inde exsculpi possit; rectius, & clarius procedit *Græcus*, unde dies textui adfunditur: *at si proprio advocato ad memoriam quid juris, & facti revocare voluerit*.

lin. 21. In aure sine strepitu) Sic *Palat.*, cui consonat *Græcus*. In *Venet.* & *aliis vulgat.* perperam: *mature*; proclive fuit τὸ *inaure* in *mature* converti.

lin. 32. Interdictus tacere noluerit) *Græco* est: *admonitus & silere noluerit*. Hac in periocha in Latinis plurima infarciuntur, quæ in *Græco* desiderantur.

TIT. XXXIII. *Deest in Græco.*

Ad exemplar Palatini Codicis Titulus hic editur; ut & alias præstabimus, ubi Græca desiderantur.

Pag. 32. *lin.* 14. Vt causas Ecclesiarum) In *Venet.* deest *ut*.

TIT. XXXIV. *Deest in Græco.*

lin. 31. Contra potentes agentibus) In *Venet.* sic; in *Aliis*: aut agentibus.

lin. 33. Iura Curiæ nostræ defendentibus) In *Venet.* deferentibus.

lin. 37. Moram trahent) In *Venet.* trahunt.

lin. 38. Impendia per Curiam largiri) In *Venet.* per Curiæ Præsidem largiri.

lin. 39. Largiri debere) In *Venet.* debere censemus.

ibid. Ab ipsis præterea) In *Venet.* propterea.

TIT. XXXV. *Deest in Græco.*

TIT. XXXVI. Κεφ. Λη.

De Officialibus Reip. Græc. *De pœna Officialium de rebus publicis quid subripientium*. In *Venet.*

De

De Officialibus Reip. & de pœna peculatus. In *Palat.* De Officialibus Reip. *Lindeb.* cum *Græco* consonat.

Pag. 33. *lin.* 23. Obnoxii sint crimine peculatus) In *Palat.* & *Venet.* ubnoxii sint crimine peculatus capite puniantur. Verum *Lindeb.* quod & retinuimus: *peculatus, ac capite &c.* propius ad Græcum, in quo τῶ, δὲ πεκουλάτους (ut est in mss.) emenda τῶ δεπεκουλάτους, h.e. crimine depeculatus. *Depeculatus* Festo idem est ac *peculatus*.

Idem. ΚΕΦ. Λζ.

Ἀνεπίγραφος in Latino. Græce: *De pœna Officialium qui res publicas negligunt.*

lin. 34. Et hoc aspectu Regiæ pietatis) *Græce* est q.d. *ad discretionem Regiæ pietatis.* Regii enim placiti est res an personas negligentium persequi velit.

T I T. XXXV. *Deest in Græco.*

Hæc Lex repetitur infra in Tit. LXII.

T I T. XXXVIII. *Deest in Græce.*

Pag. 34. *lin.* 15. Nihil authoritati detrahimus) Sic in *Palat.*; at in *Vulg.* subtrahimus. In Riccardo a S. Germ. *detrabitur.* Sed mox *Palatinus* nun recte: *Sed juxta novorum . . . jura prostituimus.* Emendandum, ut edidimus.

lin. 24. Nova reperire consilia) Sic *Vulg. omnes.* Sed quis non videt esse legendum *reperiat*? Idem peccat *Palat.* infra Tit. 39. *Nov. Constit.* pro *expediat* habet *expedire.*

lin. 26. Continuis pœnarum malleis) In *Palat.* legitur: *criminis pœnarum.*

lin. 27. Considerantibus igitur nubis . . . . nobis oportuit) Tertius hic casus *considerantibus* regitur a verbo *oportuit*, quod paulo post sequitur. *Nobis oportuit.* Sic in *Palat.* & *Lindeb.*; at in *Venet. nos oportuit*, & fortasse melius, ut sit *considerantibus* rectum ab *oportuit*; & *nos* casus sit infiniti *excogitare.*

lin. 43. Caliginem . . . lima detegere.) Sic *Vulg. omnes.* Proprie dicitur *caliginem detergere.* Sed quorsum *lima*? Nec porro caligo lima detergetur. Legemus igitur rubiginem lima detergere. Paulo ante dictum fuerat *contraxisse rubiginem*, quæ nunc per nova statuta detergetur.

Pag. 33. *lin.* 1. Sicque nuperrime) In *Palat.* Sicque impune.

lin. 3. Quietem veniremus assumere) In *Palat.* quietis a nra. Nonne ex his exsculpemus *quietis auram*?

Idem. *Deest in Græco.*

Supervacaneum mihi videtur hoc *Idem*, cum una eademque sit utraque hæc Constitutio, & quod præcedit nonnisi prooemium fuit. In *Lindeb.* unica serie legitur.

lin. 32. Non possunt recedere) In *Palat.* non possit recedere.

lin. 38. Consultationes infer. jud.) Male in *Lind.* consolationes.

lin. 40. De jure consulentibus responsurus) Sic in *Palat.* & *Lind.* In *Aliis* perperam: responsuris.

lin. 42. In nustra Curia evocare) Melius: *in nostram Curiam.*

Pag. 36. *lin.* 11. Primum recursum habuerunt) Sic *Venet.* & *Sugan.* In *Palat.* & *Lind.* habeant.

lin. 15. Denegatam, aut detractam forte sibi justitiam) Sic in *Venet.* Sed *Palat.* denegatam ante detractam. *Lindeb.* & *Sugan.* fore sibi &c.

lin. 19. In memorabilibus pactis) Vox certe suspecta: Forte *memorialibus actis.*

lin. 22. Talem (ὁ δεῖνα) juratum . . . remittimus) In *Palat.* T. juratum . . . remittimus. In *Vulg.* Talis juratus . . . remittitur. In *Lindeb.* Talis jure &c.

lin. 23. Quod desuper interclusu negotio a te petita justitia) Sic *Lind.* In *Venet.* ad te petitam. In *Palat.* quod de p. super incluso negotio; forte: *quod de præsenti superincluso negotio.*

lin. 28. Is autem ad quem . . . litteræ) deest: *litteræ* in *Palat.*

lin. 33. Apud quos gesta de talibus) Sic *Vulgat.* In *Palat.* de quolibet.

lin 43. Qui per successorem) Male in *Lind.* quæ.

Pag. 37. *lin.* 1. Cum ipso nostræ Curiæ se debeat præsentare) Sic in *Palat.* & *Lind.* & in *Lugdun.* anni 1537. Sed in *Venet.* & *Vulg.* debeant. Ceterum hic locus ἀσύνδετος est, & legendus: *cum ipso . . . se debeat præsentare, & perjurii pœnam.*

lin. 3. Sane si postquam inferiorem Iudicem) Locus mihi suspectus. An legemus? *Sane si quisquam &c.* Quæstionem ad se forte delatam) Sic in *Vulg.*; in *Palat.* non forte delatam.

T I T. XXXIX. *Deest in Græce.*

lin. 22. Super causis, & earum processibus) Sic in *Palat.* & *Sugan.* In *aliis*: & eorum processibus.

lin. 26. Et demum de qualibet justitia.) Sic in *Vulg.* In *Palat.* de qualibet communi justitia. Ordine supradicto servato) In *Palat.* additur *secundum ordinem.*

lin. 36. Adest specialiter) Sic in *Palat.* & *Lind.* In *aliis*: ad hoc.

Injunximus) In *Palat.* innuimus.

lin. 44. Quæ non subterfugii causam quærebant, reclamandi licentia) Sic *Lind.* In *Palat.* quæ non subterfugii causam quærant redeundi licentia. In *Sugan.* & *Venet.* subterfugii causa quærebant reclamandi licentiam.

Pag. 38. *lin.* 11. Commissiones de eis fieri) Sic in *Omnibus Edit.*, si *Lindeb.* excipias, ubi: *de eis factas fieri.*

Nova

Nova Constit. *Deest in Græco.*

lin. 23. Naturam petitionum omniom) In *Palat.* & daturum petitionum omnium causas.
lin. 25. Per se expediat, quæ) In *Palat.* expedire.
lin. 26. Sigillo justitiæ Imperii &) Sic in *Vulg.* In *Palat.* deest: *justitiæ*.

T I T. XL. *Deest in Græco.*

Rubric. Infra decendium pronuncietur) Sic *Palat.* & *Sugan.* In *Aliis*: infra dies decem.
Pag. 39. *lin.* 1. Et si talis quæstio emerserit) In *Palat.* emiserit.
lin. 7. In illis tamen casibus &c.) Sic in *Palat.* *Lind.* habet: In illis tantum casibus, in quibus nobis inconsultis procedi non potest, & in his quæ Curia tantum, vel si novus casus emerserit. Alii vero Iudices & si similis casus emerserit, fideli relatione facta Superiorum suorum responsum exquirant. In *Sugan.* & *Venet.* In illis tantum casibus ... ut in his quæ Curia tenet, vel si novus (adde ex *Sugan.* casus) alii vero Iudices si similis casus emerserit.
lin. 18. Nisi ambæ partes sint præsentes) Potius legendum: *Si ambæ partes*.

Nova Constit. Κεφ. Νζ.

Non servatum certe Græcarum ordinem heic nemini non videbitur, sed factum ita sciant, ne fastidium legentibus crearetur; Græcæ enim Latinis non apprime respondent quoad ordinem; quare nt buic occurreremus malo, ordinem perturbare, ac cuiqoe Latinæ Græcam respondentem adnectere maluimus: quodque alias etiam præstabimus.
Rubrica in *Græco* est: *De efficio Magistri Iustitiarii*.
Pag. 39. *lin.* 30. Iustitiarium ceteris præfici volumus) *Græce* sic concipitur: *Non solum nomine, atque adeo gradus dignitate Iustitiariis ceteris præfici volumus, quantum exemplo &c.* Hinc patet τὸ *Iustitiarium* latini Codicis in *Iustitiariis* esse refingendum; aliter redundaret inepte.
lin. 31. Vt in ipso ceteri ... aspiciant) *Græce*: ἐπιβλέπουσι, corrig. ἐπιβλέπωσι. Verum sæpe adverti, particulam ἵνα in hoc Codice cum indicativo connecti.
lin. 33. Quædam tamen ejus in tantum specialiter ... specialius cognoscere non præsumat.) In *Græco* sic concipitur: *Verumtamen sunt quædam adeo specialiter horum (Magistrorum Iustit.) jurisdictioni adnexa, ut sine suspensione speciali alius cognoscere non præsumat*. Ex quo lux Latino textui obfunditur: Forte enim in Latino autographo sic scriptum erat *speciALIus*, h. e. *speciali alius*: pro more scil. librariorum, qui ubi desinentia vocis alicujus iisdem constaret elementis, ac initium sequentis vocis, ipsi literas, quæ erant utrobiqoe communes, majuscula forma exhibebant, ut notarent majora elementa fini unius subnectenda, ac initio alterius fore præfigenda, ut saMAlum pro *famæ malum*, quod non intelligens librarius Constit. hic *specialius* expressit pro *speciali alius*.
lin. 35. absque delatione) h. e. transpositione a Magistro Institiario in alium Iudicem. Ἀνάθεσις Suidæ est ὑπέρθεσις.
lin. 38. In quaternionibus Dohanæ nostræ) In *Græco*: Curiæ nostræ.
lin. 40. Inveniuntur inscripta) *Græce* est: περιέχονται. Sic etiam in *Sugan.* Male in *Palat.* in scriptis.
lin. 44. Qui tamen immediate nobis) Infelix interpres Græcæ particulæ ὅμως, quod scribitur ὁμῶς: vertendum enim erat: *Quicumque pariter immediate &c.* Importuna hic autem, ut legenti patet, particula *tamen*.
Pag. 40. *lin.* 6. Qui etiam prærogativa speciali &c.) *Græco*: περὶ τοῦτο. Καὶ οἵτινες, corrig. παρὰ τοῦτο καὶ οἵτινες, *præterea & quicumque*; vel περὶ τούτων καὶ &c.

T I T. XLI.

In *Codice Græco* quæ huic Constitutioni respondent, finem faciunt præcedentis Constitutionis, & illi subnectontur.
lin. 24. Edidimus) corrig. *edicimus*.

T I T. XLII. *Deest in Græco.*

lin. 40. Impressiones) Sic in *Palat.*; in *Vulg.* oppressiones.
Pag. 41. *lin.* 2. Captivos etiam ... faciat liberari) Sic in *Palat.*; sed melius in ceteris omnibus: *captivor etiam ... captos & injuste detentos faciat liberari*.

Nova Constitutie. *Deest in Græco.*

lin. 13. Cansas per Magistros Camerarios in Regno) Sic in *Palat.* In *Ceteris*: causas per Magistros Iustitiarios Capitaneos &c.) Hæc autem *nova* quæ dicitur *Constitutie* nihil aliud est, quam appendix & consequentia præcedentis XLII.

T I T. XLIII. *Deest in Græco.*

De officio Capitaneorum &c.) Titulus hic in *Græco*, *Palat.*, *Lind.*, & *Lugdun.* deest. Sed erat in libris Andreæ de Ysernia, & Matthæi de Afflicto, & nunc legitur in eleganti Editione *Venet.* ann. 1690., prostatque etiam in Edit. Neap. *Suganappi*.
lin. 43. In dies solemnes ... proot ea melius videbitur) Forte: *prout eis melius &c.*
Pag. 42. *lin.* 13. Alioquin non officialium ordo servetur) Sic in *Venet.* In *Sugan.* alioquin nō, quod loco τοῦ νό, h.e. *vero*; igitur lege: *alioquin vero*.
Pag. 43. *lin.* 14. Inveniant per fraodem) Perperam in *Sugan.* inveniuntur.

lin.

lin. 20. Castellanos de nostra conscientia destitutos) anne: *constitutas?*

lin. 22. Quorum aliquem qui se ex prædictis caufis removere contigerit) Emenda: *quorum aliquem si ex prædictis &c.*

lin. 30. Quæ in conservandis, & medicandis Castris) Corrig. *mediandis*. *Mediare* quid sit vid. Du-Gang.

lin. 41. Pecuniam sive jojectas) Vide Du-Gang. v. *Jojecta*; quæ eadem vox pluries in Regesto recurrit.

Pag. 44. *lin.* 2. Vt tamen a litigantibus nihil omnino nec esculentum recipiat) Hæc parenthesi sunt includenda. Poculentum tantum permittitur. *Quid prohibetis aquas?*

lin. 9. Receperit aliquas res, accepta domino restituta) Corr. *aliquas res*, *re accepta domino &c.*

TIT. XLIV. Κεφ. Νδ.

De officio Iustitiariatus. Græce: *De iis*, *quæ ad officium Iustitiariorum pertinent*. Titulus hic multis infarcitur additamentis, quæ frustra quæsieris in *Græcis*.

lin. 37. Veri & folliciti) *Græce* ἀληθυνοὶ, corr. ἀληθινοὶ.

Pag. 45. *lin.* 1. Latrocinia scilicet, magna furta) In *Græco* nominativa cum accusativis impune uniuntur: non præter morem: Μοναχία, corr. μονομαχία.

lin. 11. Magnum autem furtum &c.) In *Græco* ita vertas: *Magnum autem furtum accipimus ultra viginti augustales*, *magis adeo si civiliter de hoc furto agatur*. *De minore quantitate coram Iustitiario criminaliter agi poterit*.

lin. 20. Defectus vero in Camerariis &c.) *Græce* ποτὲ δὲ φέρησιν . . . γνωρίζεται, corr. φέρησις.

lin. 23. Causæ eis a Superiore commissæ fuerint) desunt hæc in *Græco*, &, ut videtur, recte.

lin. 28. Eodem per omnia observando) Melius ex *Græca*: *idem ipsum . . .*, *observandum*.

TIT. XLV. Κεφ. Νε.

Vbi Clericus &c) Græce: *De Clericis quando criminaliter conventi fuerint*.

Pag. 46. *lin.* 9. De aliquo foris facto) Sic in *Palat.*, & recte. Vid. Gangium in *Forisfactum*.

lin. 11. Appellatus fuerit) h. e. *Clericus*, ut recte in *Palat.*; male in *Venet.* appellatum fuerit.

TIT. XLVI. Κεφ. Νϛ.

In Rubrica additur *& Iustitiariis*, quod deest in *Græco*.

lin. 31. A Magistro Iustitiario, seu Iustitiariis) In *Græca*: a Magistris Iustitiariis.

TIT. XLVII. Κεφ. Νη.

De servando indemnitatem &c.) Græce: *De Foro Comitum*, *& Baronum*.

Pag. 47. *lin.* 8. Vt universis) *Græce*: ἐν ἅπασι. Forte ἵν' ἅπασι, *ut omnibus*.

lin. 30. Vt sicut antedicti) Corrig. *ut sic*. *Græco*: οὕτως.

lin. 34. Quibus Constitutiones prædecessorum) Luxata sunt suo loco; reponenda igitur post δίκαια.

Pag. 48. *lin.* 3. Iustitiæ deferentes) *Græco* δικαιοσύνη ἀναφέροντες *deferentes* plur. h. e. *& Iudex appellationis*, *& Comites de Consilio*. An legendum ἀναφερόντως adverbialiter? Tum νόος erit: *Honori nostro*, *& justitiæ deferenter confirmare*, *vel mutare priorem sententiam procuret*. Ubi vides *deferenter* in *deferentes*; *procuret* (προνοήσεται) in *procurent* immutatum fuisse, & additum *appellationis causas*, quod deest in *Græco*.

lin. 10. Ab antedictis judiciis) In *Græco* judicibus.

TIT. XLVIII. Κεφ. Νθ.

De prohibita Officialiam nostrorum occasione. Quid inde exsculpemus nisi satis ineptiarum? Heic agi de Vicariis in officio justitiariatus non ordinandis, patet ex contextu, & Rubrica Græca *De pœna constituentium Vicarios in officio Iustitiariorum*. Legesis igitur: *De prohibita officialium Vicariorum intrusione*, vel potius, *ordinatione*. Vid. Tit. LIX.

lin. 36. Regis Gulielmi divæ memoriæ) In *Græco*: In felici beatorum forte Regis &c. λῆξις apud H. Steph. est: *fors beatorum*.

lin. 38. Ordinatores, & ordinati in Vicariatus) *Græce* melius: *ordinatos*, *& ordinantes Vicarios in officio Iustitiarii*.

TIT. XLIX. Κεφ. Ξ.

Quod nullus Prælatus &c. addendum ex Græco: *in propriis terris*; non enim omnimode, ac penitus vetatur posse Baronem &c. gerere officium Iustitiarii.

Pag. 49. *lin.* 13. Prælatis Ecclesiarum, Comitibus &c. *Græce* est: *Baronum*, *Comitum*, in genitivo casu; verum hi genitivi sunt partitivi, qui reguntur a præcedenti articulo τοῖς, quasi diceret, *iis qui sunt ex Baronibus*, *militibus &c.* Sic supra Tit. Λϛ. εἰ δὲ βαρωνίων; in Lat. *si Baro*, sed ad Græcum, *si sit ex Baronibus*. In *Barberino* vero est Κομητοῖς &c. in casu dativo.

lin. 17. Sed de Magistris Iustitiariis, & Iustitiariis . . . intendant.) Sic in *Palat.* & *Lindeb.*; in *Ceteris*: sed Magistris Iustitiariis; quod ex *Græco* corrig. *Magistro Iustitiario*, *& Iustitiariis*.

TIT. L. Κεφ. Ξα.

Qua pœna Universitates &c.) *Græca* initium hujus Constitutionis faciunt posteriora verba Constit. Ξ. a voce ἐπειδὴ usque ad finem; inde subnectitur Tit. Ξα. a voce *usurpationem*. Qui titulus concipitur his verbis: *De pœna constituentium Consules*, *& Gubernatores in Civitatibus*.

Pag.

Pag. 50. *lin.* 2. Non creentur) Sic in *Vulgat.*, & respondet *Græco*, qui utitur his, & similibus particulis cum indicativo; quare corrig. in *Græco* χειροτονῶνται. Sed in *Palat.* perperam *non teneant*; nisi sit *non obtineant*.

lin. 4. Ex collatione populi) Sic *Vulg.* In *Palat.* excellentia populi.

T I T. LI. *Deest in Græco.*

lin. 27. Qui non sint de provinciis . . . munificentia nostra decreverit, oriundi) Sic in *Vulg.* In *Palat.* Qui . . . magnificentia nostra decreverit, nec &c., deest *oriundi*.

lin. 39. In destioatis sibi provinciis in familia non assumant) Sic *Sugan.* & *Venet.* Verum *Palat. Lindeb.* & *Lugdun.* destioatis familiis in familiam non assumant.

lin. 43. Nec ante Magistratum susceptum assumptis . . . contra eum) Io *Lind.* est: *assumptus*, & *compellat*, pro *compellant*; sed utrumque male.

T I T. LII. *Deest in Græco.*

Pag. 51. *lin.* 34. Provincialium dispendiis ipsos) Sic in *Palat.*, & recte quidem, non *ipsis*, ut in *Vulg.*

Pag. 52. *lin.* 3. Per se interdum, interdum per alios) Sic *Palat.*, in *aliis*: per se, interdum per alios.

lin. 14. Ad plenitudinem . . . adjungent) Sic *Palat.* In *Vulg.* adjunxerit.

Idem. *Deest in Græco.*

Sine inscriptione *Nova Constitutio*: melius inscriberetur §.

Pag. 53. *lin.* 2. Infra diem receptionis gratis satisfaciant) Sic in *Palat.* In *Vulgat.* gratis faciant apodixas.

T I T. LIII. *Deest in Græco.*

lin. 13. Expedire videtur, Iustitiarii) Sic in *Palat.* Io *Vulg.* Expedire viderint Iustitiarii.

lin. 16. Per seipsos Iudices & Notarios) Sic in *Vulg.* In *Palat.* per seipsorum Iudices. Forte scriptum erat: *per sui ipsorum Iudices*.

lin. 24. Super injuriis suis querelam) Sic in *Palat.* Io *Vulg.* querela.

lin. 31. Accusator, delator, aut testis) Sic in *Palat.* In *Aliis*; accusator, aut testis.

Idem. *Deest in Græco.*

In *Palat.* est ἀνεπίγραφος: In *Aliis*: Nova Constitutio.

lin. 42. Inventi fuerint) Sic in *Omnibus*. In *Palat.* deest *inventi*.

Pag. 54. *lin.* 4. Communi fama bonæ opinionis) Sic in *Palat.* In *aliis*: communi fama, & bonæ opinionis.

lin. 9. Aut quod ultra facultatem) Sic in *Palat.* Io *Aliis*: quod ultra &c.

lin. 15. Iuxta probatorum, & personæ qualitatem) Sic in *Palat.* Io *Aliis*: juxta probata.

lin. 18. Quo transacto cum litteris sui Magistri operis) Sic in *Palat.*, & sic etiam legisse patet *Matth. de Afflictis* Rubrica LI. Lib. I. pag. 160. aversa col. 2. n. 9. In *Aliis*: quo transacto cum litteris suis Magister operis.

lin. 27. Hoc ipsum & sententia Præsidis manifeste contineat, & litteræ super hoc missæ manifeste declarant) Sic in *Palat.* & *ceteris*. Sed quid velit hoc *Præsidis* nomen omnino inauditum tempore Friderici? Igitur si refingenda hæc periodus foret ævo Friderici consentanea, esse oporteret: *Hoc ipsum litteræ super hoc missæ manifeste declarant*.

lin. 33. Perpetuo carceri mancipari) Sic *Palat.* In *Aliis*: macerari.

lin. 38. Inquisitionis ei copia tribuator) Sic in *editis omnibus*, & apud *Matth. de Afflictis*; Sed perperam in *Palat.* non tribuatur.

lin. 39. Aut alias contra eum factas) Sic *Palat. Lindeb. Sugan.* & *Lugdun. Venetus* tantum habet: *aut alia contra eum facta*.

Pag. 55. *lin.* 9. Ad inquisitionem in criminibus faciendam) Sic *Palat.* In *Aliis*: inquisitionem criminalem.

lin. 11. Contra personam nostram, vel nostrorum Collateralium) Sic in *omnibus*. In *Palat.* brevius: nostram, & collateralium.

lin. 15. Super inquisitione facienda procedat) Sic *Palat. Alii*; habeatur.

lin. 16. In quibus causis . . . certificatum nostræ Majestatis) Sic optime in *Palat.* In *aliis omnibus*: certificatum est: quod ingentes tricas nectit.

lin. 42. Nihilominus de dolo vel negligentia) In *Palat.* de dolo per negligentiam.

Idem. *Deest in Græco.*

Sine Rubrica in *Palat.* & *Lindeb.* In *Venet.* perperam: *De probibita officialium nostrorum occasione*.

Pag. 56. *lin.* 22. Nolumus quod de cetero) In *Palat.* præter verum nolumus.

lin. 23. Per quemcumque probetur) Sic *Palat.* & *Lind.* In *Venet.* additur: *& quascumque*.

T I T. LIV. *Deest in Græco.*

Pag. 57. *lin.* 8. Apud Iustitiarios) In *Lindeb.* & *Venet.* Iustitiarios Regionum.

lin. 17. Etiam infra triduum consummandum) In *Palat.* etiam aut negotium consumatum: perperam.

lin. 30. Seu jojectas) In *Lind.* male: *seu injectas*.

lin. 31. Aut deductiones recepisse) Sic *Palat. Lindebr. Sugan. Lugdun.* & *Gangius* h. v. Verum *Venet.* donationem.

TIT. LV. *Deest in Græco.*

Pag. 58. *lin.* 1. Sed omnibus, qui jurisdictione . . . coram se &c.) Sic recte in *Palat.* Sed in *Aliis*: Advocationis officium a Curia nostra receperint, coram se &c. Nam infra decernitur Advocatos provinciales a Iustitiariis examinari, & adprobari.

Idem. *Deest in Græco.*

lin. 16. Et usque ad calculum sententiæ definitivæ perducant) Sic in *Palat.* In *Aliis*: & ipsas usque calculum &c. Sed τὸ *ipsas* destituitur fulcro suo.

TIT. LVI. *Deest in Græco.*

lin. 35. Priusquam citatæ) Sic *Palat.* & *Matth. de Afflictis* Rubr. LIV. Lib. I. In *ceteris Omnibus*: postquam citatæ.

TIT. LVII. *Deest in Græco.*

Ne filius pro patre, vel contra, vel frater pro fratre) Sic in *Palat.* & *Afflict.* In *Aliis* additur *conveniatur*; potius crediderim *teneatur.*

Pag. 59. *lin.* 10. Aut in dotalibus) Sic *Palat.* & *Afflict.* In *Ceteris*: dotalitiis.

lin. 19. Vt cum ipsorum filii pauperes) Sic in *Omnibus*; sed omnino delendum *ut*; nisi credas post *liberare* excidisse *liceat.*

lin 25. Corporali filium liberare) Sic *Palat.* h. e. pœna corporali, quam vocem in suo textu *Afflict.* legisse apparet ex ejus Commentario.

Idem. *Deest in Græco.*

lin 40. Pro nostra Curia) Sic *Omnes*, præter *Palat.* per nostram Curiam.

lin 42. Speciales & sacros nostræ Consuetudinis) Sic *omnes Editt.*; sed clarum est legendum: *Celsitudinis.*

TIT. LVIII. *Deest in Græco.*

Lex isthæc inscribitur Regi Gulielmo in *omnibus Editt.*; sed *Palat.* præfigit *Idem*, h. e. Fredericus; & sane *Afflict.* eundem auctorem agnovisse, certissimum est. Credo autem ansam errori dedisse ut Gulielmo inscriberetur, quia Tit. XLVIII. Vicarii morte plectebantur ex Gulielmi institutione.

TIT. LIX. Κεφ. Μγ.

De Iuramentis &c. Græce: *De Bajulis, qui juramenta e sententia remittunt* (συμπαθοῦσι, forte συγχωροῦσι, ut infra) Lex isthæc per *Lindeb.* etiam Gulielmo adscribitur.

Pag. 60. *lin.* 34. Quo pro causarum qualitatibus) Sic *Palat.* In *Aliis*: quos causarum qualitatibus.

lin. 36. Interdum gratis) Sic *Palat.* & *Lind.* In *Venet.* de gratiis.

TIT. LX. Κεφ. Με.

De officio Magistri &c. Græce: *De officio Camerlingorum.* Verum quemadmodum rubricam hanc edidimus, & editur in *Palat.*; pari modo concipitur apud *Afflict.* Sed *Sugan. Lugd. Venet. De discreta cognitione causarum*: alias: *De officio Magistri Cam. & Cam.* Sed prætulimus *Palat.* utpote *Græco* convenientiorem.

Pag 61. *lin.* 9. Confundit) *Græce* συγχέουσι *confundunt*; Grammatica exigit, ut sit συγχέει; sed parvum hoc, illud majus quod in *Palat.* legitur: *plerumque confundunt.* Nodus est hic vindice dignus.

lin. 14. Magistros Camerarios, seu Camerarios) Sic *Palat. Græcus, Lindeb. Lugdun.* & *Afflict.* In *Sugan.* & *Venet.* Magistros Camerarios, qui a Curia nostra.

lin. 17. Officium in Credentiam) Sic *Palat. Alii omnes*: Officium Camerariatus.

lin 18 Vel in gabellis) Sic *Palat.* Sed *Lind.* & *Lugd.* vel concludunt. *Sugan.* & *Venet.* conducunt. Consule *Afflict.* Lib. I.

lin. 19. Pro sua jurisdictione, seu ad) Sic *Palat.* & *Græc.* In *Aliis* sine *seu.*

lin. 20. Vel in defectu ipsorum posse cognoscere) Sic *Palat.* & *Græc.* In *Ceteris*: *tantum posse cognoscere*; quod supervacaneum; nam præcesserat: *de causis civilibus tantum.*

lin. 21. Et ipsas . . . ipsas audiri volumus) *Græcus* sic habet: *& causas, quas inter Bajulos, vel subjectos suæ jurisdictioni . . . audiri volumus.* Et finaliter terminari) Sic *Palat.* & *Lind.* In *Aliis*: sententialiter. Inter Bajulos Cabellotos) Sic *Palat. Lind.* & *Lugd.* Sed *Sugan.* & *Venet.* Bajulos & Cabellotos; nisi quod *Lind.* habet *cabellatos.*

TIT. LXI. *Deest in Græco.*

In *Palat.* Lex hæc Friderico adscribitur, sed in *Aliis* Regi Gulielmo. *Afflictus* putat hanc Constitut. unam eandemque esse cum sequenti.

Pag. 62. *lin.* 11. Doanæ de Secretis) Sic in *Edit.* sed *Afflict.* vult: *Dohana Secretus*; & pro *Regias Constitutiones* reponit *confirmationes.*

Idem. Κεφ. Αδ.

Rubrica Græce de officiis Secretorum & Quæstorum.

lin. 18. Dohanæ de Secretis) *Afflictus* legendum putat: *Dohana Secretus*; & ait: *Aliqui libri habent istam Constitutionem . . . omissis novem versiculis, hoc modo, videlicet, Exerceant in futurum in primis videlicet de thesauris.* Locus certe notandus; unde eruitur Afflicto editionem hanc *Palat. Codicis* innotuisse. In hac enim editione revera si versus numeres ab *Exerceant in futurum* usque ad sequentia: *in primis videlicet &c.* novem

novem omnino ſunt verſus, quos ipſe enumerat. Dohanæ de Secretis) Sic *Edit. omnes*; ſed Afflict. *Dohanæ Secreti, & Quæſtorum Magiſtri*, cui adſtipulatur *Græcus*: *Præpoſiti Secretis Dohanarum, & Quæſt. Mag. ſeparatum officium ab aliis ſortiti, quæ & quorum ſint adminiſtraturi, ſpecialiter Conſtitutione præſenti definimus*.

lin. 22. Specialiter deſtinant) Sic *Palat*. Sed in *Lindeb. Lugdun*. & *Sugan*. ſingulariter deſtinaret, & debeat. In *Venet*. deſtinarent, & debeant. In *Græco* etiam pluraliter legitur.

lin. 26. Quorum domini) *Græce* eſt διαγάται? Sed quid, & unde vox iſthæc? an δεσπόται?

lin. 33. Si aliquis Clericorum, qui hereditaria) In *Græco* tantum fit mentio *de Clericis*, non item *de Laicis*, ut in Latinis Editionibus.

lin. 44. Pauperibus) Exinde manifeſtum fit nondum Miſſarum celebrationes in actis voluntatis ultimæ præſcribi morem fuiſſe.

Pag. 63. *lin.* 1. Per prænominati Secreti, & Quæſtoris officium) Sic *Palat*., cui reſpondet *Græcus*. In *Aliis*: prænominati . . . officio.

lin. 4. ἐξουδιασθείσης, corrig. ἐξιδιασθείσης.

Idem. Κεφ. Μ.

Iuſtitiarios Camerarios &c.) Græce: *Vt officiales Secretis præſtent auxilium*.

lin. 15. Camerarios) *Græce* πρωτεβιστιαρίτας; hactenus qui Latinis Camerarii, *Græco* fuere Καμμεράριοι; heic primum redditur πρωτοβιστιαρίτης; & ſane ſatis peropportune, ſi prima Camerarii inſtitutio attendatur. Videſis Du-Cang. v. βεστιαρίτης.

lin. 16. Sollicitos & devotos) *Græce*: σπουδαίως εἶναι...καὶ ἐμμενεῖς; ſed σπουδαίως, corr. σπουδαίους, & ἐμμενεῖς refingendum eſt in εὐμενεῖς.

lin. 17. Per dictum de Secretis, & Quæſtorum) Sic in *Omnibus*; ſed omnino legendum ut in *Græco*: per prædictos Quæſtores, & alios officiales requiſiti pro aliquibus ſervitiis pronte &c.

TIT. LXII. Κεφ. Μϛ.

lin. 31. Et ut pœnam eorum, qui contrafecerint... aggregemus) In *Græce* ſimplicius: *& ut pœnam iis, qui hec negligunt, judicio noſtræ indignationis exaggeremus*.

lin. 33. Aculeos) Sic *Palat*. In *Vulg. omnibus*: ludicium . . . aculeis.

lin. 40. Quod pure ſine fraude (non amore) non odio . . . non pretio, nec timore) *Græce* eſt: *ut juſte, ſine fraude*; quare in Latinis pro *pure* lege *jure*. In *Palat*. deeſt *timore*.

lin. 43. Abſque perſonarum acceptione) Sic optime in *Palat*. & *Lindeb*.; non ut alicubi: *ſine exceptione*. Omnino conquerentibus) *Græce* eſt: *juſtitiam petentibus*, ut ſæpe alibi. Quare poſſet eſſe, ut pro *conquerentibus* fuerit *conquirentibus*; licet recte etiam ſtet *conquerentibus*, quod eſt a *conqueri, litigare*.

Pag. 64. *lin.* 12. Noſtræ Curiæ nunciabunt. Illud etiam) *Græce* eſt: *nunciabunt*; neque quid amplius. Verum quia hinc ad finem uſque tituli multa ſunt in Latinis, quæ fruſtra quæres in *Græcis*; ad hæc ſunt quædam *Græce*, quæ latine alia ſerie enunciantur; e re erit, prout *Græce* leguntur, illa heic dare: *Nunciabunt. Neque quid amplius a partibus accipiant, niſi quantum ipſis permiſimus in noſtra Conſtitutione. Et illud etiam ſacramento Bajulorum comprehenſum eſſe volumus, ut pœnas, & defenſas noſtris Conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderit, prout ad eorum officium, & cognitionem pertinuerit, requirant, & recipiant, nullo omnino honori, & gratiæ deferentes*. Quæ in Latinis parentheſi incluſimus, a *Græco* deſunt.

lin. 21. Nec a partibus . . . proviſum) Sic edidimus ex *Sugan*. & *Venet*. Nam *Palat*. habet: *Nec a partibus plus recipiant præter pro ſcriptura ſententiarum infraſcripta quantitate taxatas, recipiant, niſi quod . . . proviſum*. In *Lind*.: *nec a partibus pro ſcriptura ſententiarum præter infraſcriptas quantitates taxatas, non plures recipiant*.

lin. 29. Conſtitutio Regni, & noſtra) Sic clauditur titulus hic. Sed in *Palat*. per oſcitantiam typographi rurſus recuditur comma: *Illud etiam* uſque *nec a partibus*.

Idem. *Deeſt in Græco*.

lin. 39. Quarum ad eos cognitio) Secus legitur in *Palat*. ſeu quarum ad ipſorum officia,

Pag. 65. *lin.* 1. Vt ſacratiſſimum quiſquam juſtitiæ miniſterium mereatur) In *Palat*. deeſt: *quiſquam*, paſſive uſurpando *mercor*.

lin. 9. Adeo ut nec ſocietatis occultæ velamine prædictæ Bajulationis) Sic *Palat*. & *Lindeb*. In *Aliis* poſt *velamine* ſequitur *nec prædictæ &c.*

lin. 13. In quorum ſingulis Bajulus . . . neceſſarii, nec ſine &c.) Sic *Palat*. optime, & ſic legit hunc locum *Afflict*. Rub. LX. p. 174. In *Aliis*: *Bajulus unus, Iudex, Notarius ſunt neceſſarii*. Contra mentem Legiſlatoris, qui jubet ex parvis Civitatibus &c. plura volumus loca combinari, regenda quæ ſint juriſdictione unius Bajuli, Iudicis, & Notarii.

lin. 28. Frequenti diſcurſione) Sic *Palat*. & *Lind*. In *Aliis* ſine ſenſu: *frequenti diſcuſſione*.

Pag. 66. *lin.* 1. Quas ſi in non recipiendis officiis) Sic in *Matth. de Afflict*., *Sugan*. & *Venet*. Sed *Palat*. Quas in non recipiendis. Particula *ſi* abſorpta per *s* præcedens, & *i* ſubſequens.

lin. 11. Mittendarum) Sic *Lindeb*. relate ad *perſonarum* præcedens. In *Aliis*: *mittendorum*.

TIT. LXIII. *Deeſt in Græco*.

lin. 30. Quæſtiones omnes) Sic in *Editt. omnibus*, præterquam in *Palat*., ubi tantum *quæſtiones*, ſed ibi facile abſorptum in præcedenti *quæſtiONES*, cum eſſet ſcriptum *oñes*, h. e. *omnes*.

TIT. LXIV. Κεφ. Ξζ.

De Foro competenti &c. Græce: *De pœna venientium in aliud Forum.*

Hæc Constitutio in *Palat.* & in *Afflict.* sequitur præcedentem; sed in *aliis Edit.* est post Constit. Tit. LXXIV. *Cum juxta providum &c.*; atque in *Palat.* tum hic editur, tum rursus infra loc. cit. recuditur.

TIT. LXV. Κεφ. Μα.

De officiis Bajulorum) Sic *Palat.* & *Afflict.* In *Sugan.* & *Venet.* De cognitione causæ coram Bajulis Curiæ Regiæ. *Græc.* De his quæ spectant ad officium Bajulorum.

Pag. 67. *lin.* 42. Et a Curia nostra quandoque) Sic in *Palat.*; sed in *Græcis* desunt, & pro *quandoque* in *Lindebr.* legitur *quamquam.*

TIT. LXVI. Κεφ. Μβ.

De fure capto &c. Græce: *De Bajulo capiente furem, & quid sit facturus.*

Pag. 68. *lin.* 17. Aliquatenus non permittat) Apposite ad *Græc.* Sed in *Palat.* & *Lind.* dimittat.

Nova Constitutio. *Deest in Græco.*

lin. 32. A venditoribus . . . locatoribus) In *Palat.* venditionibus . . . locationibus.

lin. 36. Habebunt autem apud se) Sic bene in *Omnib.* Sed in *Palat.* sic versus distribuuntur:

bunt autem Bajuli prædicti
& assisias scriptas per se ipsos
apud se pondera & mensuras

Quare ut recte procedat, qui medius est versus, locandus in ultimo est.

lin. 44. Et aliorum nostrorum loci Regni fidelium) Sic *Palat.* & *Afflict.* h.Rub. n. 7. In *Aliis* deest *loci*, & immerito; nam Bajuli est exquirere incolas.

Pag. 69. *lin.* 1. Non ultra unciam puniendorum) Sic *Edit. omnes.* *Palat.* habet: *pœnas . . . non ultra unciam ponendas*, quod omnino sequendum. *Afflictus* loc. cit. *Bajuli . . . possunt apponere pœnam infra unciam.*

TIT. LXVII. Κεφ. Μϑ.

De mutuatione &c.) Sic in *Venet.* & *Afflicto* Rub. LXV. At in *Palat.* *Lindeb.* & *Sugan.* De mutatione &c. Sed *Afflictus* præfert hanc aliam Rubricam: *De pœna negantis depositum, vel mutuum.* *Græce:* De jure Bajulorum.

lin. 22. Vbi qui rem, vel pecuniam) Sic in *Palat.* In *Aliis* deest *ubi.*

lin. 28. Tertia rei in causam deductæ) Sic in *Palat.* & *Lindeb.* In *Aliis*: ad tertiam partem rei.

lin. 39. Nulla varia exactione debitorum prægravari jubemus) *Græc.* Iubemus debitorem nulla exactione a Bajulis prægravari. Patet hinc in Latinis pro *nulla varia*, legendum *nulla alia.*

TIT. LXVIII. Κεφ. Μζ.

De Clericis conveniendis &c. Græce: *De Foro Clericorum.* Hæc lex Gulielmo inscribitur; sed in *Palat.* est *Idem*, h. e. Fridericus.

Pag. 70. *lin.* 9. Sed a nobis, vel ab aliis, vel ab aliquo) Sic *Palat.*; *Sugan.* & *Venet.* sed ab aliis, vel aliquo. In *Græco*: sed a nobis, vel ab alio aliquo; & sic legendum in Latinis.

lin. 10. Sive aliunde teneat) Sic *Palat.* & *Sugan.* In *Venet.* aliud; at perperam.

lin. 12. In Curia illius, in cujus terra) In *Græco*: ἐν τῇ κόρτῃ ἐκεῖνος, corrig. ἐκείνου: *in cujus terra.* *Græce* est οὗτινὸς *ubicumque.*

lin. 14 Quod justum fuerit faciat) *Græce*: καὶ δίκαιον ἐκπληρῶσαι; Interpres oblitus τοῦ ἵνα infinitum usurpavit.

TIT. LXIX. *Deest in Græco.*

lin. 24. Super pura justitia) Sic *Palat.* In *Aliis*: super justitia.

lin. 32. Ad ipsorum jurisdictionem causæ) Sic recte *Palat.* In *Aliis*: ad ipsorum jurisdictionem, & cognitionem causæ.

TIT. LXX. Κεφ. Μη.

De numero Bajulorum &c. Græce: *De numero Bajulorum, & qui fieri debent.*

Pag. 71. *lin.* 14. Litigantibus in ipsorum rationibus) In *Palat.* scriptum: *litigantibus in ipsorum litigantium.* Græce: *litigantibus & ipsorum rationibus.*

TIT. LXXII. Κεφ. Μθ.

In quibus rebus &c. Græce: *De eo quod debent Bajuli a partibus accipere.*

Pag. 71. *lin.* 8. Quæ in certis tantum quæstionibus . . . aliquid) In *Græcis*: Quæ in certis tantum quæstionibus . . . recipere statuebat . . . de aliis aliquid nihil statuens.

lin. 12. Nec de aliis aliquid: Sanctiones) Sic in *omnibus Editt.* Sed indicio *Græci Codicis* sic emendandum: *Nec de aliis (quæstionibus) aliquid sancientes vel statuentes, ipsis (Bajulis) non modicam malignandi materiam afferebant.*

lin. 19. Tricesima tantum quantitatis) *Græce*: Triginta unum solum, h. e. una vice.

TIT. LXXIII. Κεφ. Ξϛ.

De ordinandis &c. Græce: *De Iudicibus, & salaris ipsorum.*

Pag. 73. *lin.* 14. Discreta itaque vicissitudine temporum) Sic *Editt. omnes.* Sed quid faciemus *Græcis*, qui habet: τῆς βασιλικῆς ἀλληλοδοσίας? Certe librarius heic supine se gessit, & incogitan-

gitanter ex versu præcedenti τῆς βασιλικῆς μεγαλοδοσίας rursus exaravit βασιλ. αλληλ. Fortasse Græcus idem ac Latinus scripserit, si pro αλληλοδοσίας legas παραλλαγῆς *alternativa*.

lin. 18. Ad hoc se nostri nominis principalis ingenii erexit provisio) In *Græco* deest *nostri nominis*, & recte: prætcrea illud *principalis ingenii* est interpetramentum ἡγεμονικοῦ νοός. Τὸ ἡγεμονικὸν heic est philosophica ratione nim. quod in homine præcipuum est, mens nim., ratio. Iustitiam sociaret) *Græco* διεδιδέχετο corr. διεδέχετο.

lin. 20. Consilio vacaremus) *Græce* εὐχαίροντες, forte scriptum erat ἐγχειροῦντες *aggredientes*. Distincta postmodum) *Græce* ἀδιακρίτως; corr. διακρίτως, nam latine *distincta*.

lin. 30. Et una tantummodo . . . examinet, & decidat) Sic *Palat*. In *Aliis*: examinent, & decidant.

lin. 33. In novi Regis victoria) *Græce* εἰς νῖκος, corr. εἰς νίκην.

lin. 37. Et a gratiarum, & munerum sordibus abstinentes) *Græce* est: *a sordibus, & dolo*.

Pag. 74. *lin.* 6. Sub sacramento partis, & taxatione Iudicum) In *Græco* pro *Iudicum* est *Iudices*; nim. *& taxatione, Iudices*.

lin. 16. Centesimam inter ipsas æqualiter dividendam) Sic *Palat. Lindebr.* & *Lugdun*. Horum Codicum consensus fecit ut hanc lectionem illi præferrem, quæ in *Sugan.* & *Venet.* legitur *Tricesimam*. Apud *Afflict.* de tricesima fit sermo, sed de Bajulo, Iudice, & Notario verbum nullum: qua fit, ut suspicer præter tricesimam a Iudicibus obtinendam, erat altera centesima, quam consequerentur Bajulus, & Notarius.

lin. 24. Sexagesimam tantum recipiant) *Græce*: e sex unam partem, h. e. sextam; quod nimis grave; quare si ἕξ decurtatum pro ἑξήκοντα accipias, *Græcus* cum Latino consonabit; Sic in inscriptione percelebri Pompeiis eruderata *Annor. Sexs.* h. e. sexaginta; de qua nonnulla in perbrevi Commentario vitæ amantissimi patris Paschalis Carcani, quem vide.

lin. 32. De compositionibus malefactorum) Sic *Palat. Alii omnes*: maleficiorum: utrumque latinissimum. In *Græco*: de perperam factis, vel maleficiis privatis personis, vel reipublicæ illatis.

lin. 40. Ad cujus salarii præstationem) Sic *Vulg. Græce* ita concipitur: *Ad prædicti salarii præstationem si partes sponte sua hoc facere detrectent, Curiæ suffragio receptis pignoribus coerceantur*. In *Latin.* arceantur, h. e. coerceantur.

TIT. LXXIV. *Deest in Græco.*

Pag. 76. *lin.* 7. Cum juxta providum . . . cupientes, de Cameræ &c.) Forte: cupiamus, de Camera.

lin. 15. Seu judicialibus mulctis bannis) Sic in *Palat*. In *Aliis*: damnis.

lin. 39. De Bajuli, Iudicis, atque Notarii processibus) In *Vulg. Editt.* de Bajulis, Iudicibus, atque Notarii processibus: Sed in *Palat.* propius ad verum: *De Bajulis, Iudicibus, atque Notarii processibus*.

Pag. 77. *lin.* 6. Iustitiam facere denegassent) In *Aliis*: detrectassent; ne videl. eadem vox bis repeteretur in proximo.

TIT. LXXV. *Deest in Græco.*

Pag. 79. *lin.* 7. Si forte primus extiterit) *Sic Palat.* In *Aliis* prius.

lin. 19. Prout statutus quilibet) omnino legendum *status*, ut in *Lind.*, quod retinuimus; nisi quod in *Lind.* pro *quilibet* est *cujuslibet*. Infra Tit. LXXXVII. prope finem simile quid occurrit, quod fortasse melius.

TIT. LXXVII. *Deest in Græco.*

Rubrica: *De sententiis in scriptis ferendis*. In *Palat.* est: *De summariis in scriptis ferendis*.

TIT. LXXVIII. *Deest in Græco.*

Pag. 80. *lin.* 27. Foresterii, platearii, portionarii) Vide omnia hæc apud Du-Gang. h. v.

TIT. LXXIX. Κεφ. ΞΒ.

De Iudicibus & Notariis &c. In *Afflict.* De Iudicibus annalibus &c. In *Græco*: De Iudicibus, & Notariis, & qui debent constitui.

Pag. 81. *lin.* 3. In quibus fere contractus omnes) Sic *Vulg*. Sed in *Græco* deest *fere*.

lin. 13. Nisi sit de demanio, & homo demanii statuatur) Sic *Palat*. In *Aliis*: nisi forte sit de demanio. In *Græco* brevius, & luculentius: *nisi sit homo demanii nostri*.

lin. 25. Quæ litteræ continere debebunt) Sic ex *Græco*, & in *Sugan*. Sed *Palat. Lind.* & *Lugd.* continere noscuntur.

TIT. LXXX. Κεφ. Ξγ.

Pag. 82. *lin.* 10. Periculo non succumbant) *Græco* κίνδυνον τις ὑποστήσεται, corr. κίνδυνος τις.

lin. 19. Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti) In *Græco* deest Σουρέντου.

TIT. LXXXI. Κεφ. Ξδ.

Hæc Constitutio in *Palat.* est ἀνεπίγραφος, & etiam apud *Afflict.* Sed secus in *Sugan. Lugd.* & *Venet.*; mitto quod in *Græco* sic concipiatur: *De non ordinandis adjunctis, & adoxediatoribus*.

lin. 34. Per nostram Celsitudinem debeant promoveri) Sic in *Lindeb.* & *Græco*. In *Palat.* per nostram Curiam; ut & legit *Afflictus*. In *Græco*: ἵνα . . . ὀφείλουσι, corr. ὀφείλωσι.

lin.

lin. 36. Adjunctos, & admesatores) In *Palat.* In terris, & admesatores. In *aliis Editt.* Injunctos etiam admesatores; sed indicio *Græci* Codicis: *adjunctos, & admesatores* legendum; quemadmodum infra *adjunctos* apud omnes legitur, quod *Græce* ἀτζίουντας. Α'τζίουντες propius italico *aggiunti* respondet. Hujusmodi *Adjuncti* erant veluti εἰρηνόποιοι *Pacerii* ævo infimo dicti. Vid. Du-Gang. v. *Iuncta.*

lin. 37. Ad decidendas quæstiones) Sed melius fuisset, ut in *Græce:* ante decidendas quæstiones. Quæstio, ut docet *Afflict.*, tunc incipit, cum facta sit litis contestatio. Qua facta videtur Neapoli &c. mos obtinuisse confugiendi ad Adjunctos, & Admesatores, qui litem deciderent, quod vetat hic Imperator. Confer quæ Fridericus statuerat Tit. LVI. *de Transactionibus*. Licet contendentibus, antequam sua jura legitime experiantur, secum controversiam componere, sed facta litis contestatione, Iudices, qui a Principe jurisdictionem capiunt, non qui a partibus, quæ nullam potestatem in Adjunctos, & Admesatores transferre possunt, sententiam juridice ferre queunt. Licet illud πρὸ τοῦ ἀποφῆναι sic etiam verti posset: *ad admesatores potius quam ad juridicam decisionem.*

lin. 41. Qui nulla alia jurisdictione) Vt Græca Latinis consonent, sic vertenda: *Quamvis nullam aliam (admesatores) haberent jurisdictionem, nisi quæ &c.*

lin. 42. Nisi quæ ab eligentibus . . . eisdem in posterum) Sic in *Editt.* In *Palat.* ab eisdem.

Pag. 83. *lin.* 1. Coram eorum Bajulis, & Compalatiis) Sic in *Palat.* & *Afflict.* In *Aliis*: coram Bajulis causas omnes.

lin. 4. Non ad Compalatios, vel adjunctos) Sic ex *Græco*. Sed in *Palat.* & *Afflicto:* non ad compares vel adjunctos.

lin. 7. Magistros Iustitiarios, & Institiarios) *Græce* ex indicio Latini post δικαιώτας addendum ἢ μαΐστορας δικαίωτας.

TIT. LXXXII. Κεφ. Ξε.

De fide, & auctoritate instrumentorum. Sic breviter in *Palat.* & *Afflicto*; verum *Sugan. Lugd. Venet.* additur: *& quot testes &c.*, ut etiam in *Græco*.

lin. 38. Alioquin alii assumantur) Sic *Palat.* & *Græcus*. Sed *alibi*: alii etiam.

lin. 44. Nullatenus assumantur) Sic *Palat.* & *Afflictus*. *Alibi*: statuantur.

TIT. LXXXIII. Κεφ. Ξη.

Pag. 84. *lin.* 10. Sub tali cautela) Sic *Palat.* In *Aliis*: sub tali forma.

TIT. LXXXIV. Κεφ. Ξθ.

lin. 24. Advocatos tam) *Græce* συνηγόρους, corr. Οἱ συνηγόροι, nam sequitur ὀφείλουσι, vel pro eo lege θέλομεν, ut in Latinis, *volumus*.

lin. 32. Cum omni fide, & veritate) Sic in *omnibus Editt.* Sed *Palat.* cum omni fide, & veritate, alias virtute. Hoc ultimum certe glossema est in textum intrusum. *Græce* ceterum est: *cum omni fide, & facultate*, h.e. pro viribus.

Pag. 85. *lin.* 11. διηνεκῶς ἀτιμώσθω; corr. ἀτιμάσθω.

lin. 13. Fisco Curiæ nostræ) Sic *Palat.* *Alibi*: Fisco nostro.

lin. 19. Itaut sine pretio valeant postulare) Sic *Palat.* Sed *Lind. Sugan.* & *Alii*: ita ut tunc etiam sine &c.

lin. 20. Quisquis autem nostram . . . admiserit) Sic in *Palat.* apposite ad *Græc.* Sed in *Aliis*: si quis autem nostrum . . . ad advocandum ipsum admiserit.

TIT. LXXXVI. *Deest in Græce.*

Pag. 86. *lin.* 40. Etiam si viderit expedire) Sic *Palat.* & *Lindeb.*; sed legerem: *& si viderit expedire*.

Pag. 87. *lin.* 13. Demania etiam & morticia) Sic in *Palat.* Apud *Afflict.* morticinia, ejusdem notionis; hæc passim legere est in Regesto, quod Constit. excipit.

lin. 14. Piscarias, herbas aliminis) Sic ex *Afflicto*, qui tuetur *aliminis*. In *Palat.* herbas aluminis. In *Aliis*: herbas, alumina. In *Sugan.* alias aliminis.

lin. 19. Massarias per curatulos . . . præfecti pro tempore fuerint) Sic in *Palat.* & *Afflicto*. Apud *alios*: Massarias per Curiam, & alias, quæ præsenti pro tempore. In *Sugan.* per Curiam & alios, ut & in *Venet.* De Curatulis plurima in Regesto injicitur mentio.

TIT. LXXXVII. *Deest in Græco.*

Pag. 88. *lin.* 7. Nisi super hac rei petitæ de conscientiæ nostræ scriniis) In *Palat. Sugan.* & *alibi*: nisi . . . de rei petitæ . . . scriniis. Hinc *Lindeb.* nisi super hac de re petita conscientiæ nostræ scriniis. Verum sic τὸ *scriniis* destituitur præpositione.

Pag 89. *lin.* 14. Prout status cujuslibet . . . fuerit) In *Palat. Sugan.* & *Venet.* prout statutus quilibet. Verum *Lindeb.* & *Lugd.* prout status cujuslibet. Extremo Tit. LXXV. sic etiam emendandum. Vid. quæ ibi adnotavimus.

TIT. LXXXVIII. *Deest in Græce.*

lin. 35. Certis super hac proventuum parte, vel censu) Sic *Palat.* & *Afflict.* *Alibi* mendosissime: *ceteris super his &c.*

Pag. 90. *lin.* 1. Locandi paludes) Sic optime in *Palat.* Sed in *Aliis*: locandum.

lin. 6. Quæ in præteritis) Sic *Palat.* *Alibi*: in prædictis.

TIT.

T I T. LXXXIX. *Deest in Græco.*

lin. 31. Magiſtros fundicarios) In *Ven.* additur *noſtros.*
lin. 35. Volumus conſervare) In *Venet.* obſervare.
lin. 44. Præter venalia) Sic *Palat.* & *Afflict.* In *Aliis*: victualia.

T I T. XC. *Deest in Græco.*

De prohibita Curialium commercione) Sic *Palat. Lind. Sugan. Lugd.* In *Venet.* prohibito... commercio.

Nova Conſtit. *Deest in Græco.*

Sic in *Liad.* & *Aliis*. Verum *Palat.* non habet: *Nova Conſtitutio*. Præterea *Afflict.* admonet hanc Conſtit. eſſe §. Conſtit., quæ incipit *Capitaneorum* Tit. XVIII. Quæ deeſt omnino in *Græco*, & *Palat.* Codd.
Pag. 92. *lin.* 38. Vt Officialibus, & Procuratoribus) Sic *Palat. Afflict. Lindeb. Lugd.* In *Venet.* Vt officialibus, Procuratoribus.
Pag. 93. *lin.* 15. Expenſam pecuniam) Sic *Palat.* In *Aliis* deeſt *pecuniam*.

T I T. XCI. Κεφ. Η.

De officio Caſtellanorum &c. Græce: *Quantum debeant Caſtellani a carceratis exigere.*

De eodem. Κεφ. Nα.

Rubrica *Græce* concipitur: *De pœna Caſtellanorum ultra præſcriptum exigentium.* Multa heic infarciuntur, quæ deſunt in *Græco*, & quæ parentheſi incluſimus. Conſtitutio hæc cum eadem quæ antecedens contineat, ſimul cum illa explicatur, & connectitur ab *Afflicto*.

Idem. Κεφ. Nβ.

In *Palat.*; at *Liad.* eſt ἀντιγραφος; ſed in *Aliis* legitur: *De cuſtodia captivorum. Græc.* de pœna cuſtodum earceratos accipientium. Sed quid iade? Potius pro λαμβανόντων lege λιμπανόντων *relinquentium*.

T I T. XCII. ΚεΦ. Nγ.

De ſervientibus exeuntibus &c. Græce: *De officio Caſtellanorum, & ſervientium &c.*
Pag. 95. *lin.* 5. Vt extra Caſtrorum ſitus &c.) Senſus latinæ legis eſt: *ut Caſtellani non ſe immiſceant negotiis politicis*. *Græce* vero eſt: *ut ne caſtra egrediantur ſine mandato Regis, ac præterea ne res politicas capeſſant*; & κατὰ λέξιν: *Non licere Caſtellanis, eorumque ſervientibus Caſtri propugnacula, & aggeres tranſilire ſine ſpeciali mandato noſtræ Celſitudinis*. Hinc metire militiæ Fredericianæ ſeveritatem. *Græce* μηδὴ ... ὑπόθεσιν ... ἀνήκουσαν; corrig. ἀνηκούσαις; ut recte ſtet ſyntaxis.

lin. 22. Dimidium annum) *Græce* χρόνον ἥμισυ; corr. χρονοῦ, ubi advertendum χρονοῦ loco ἔτους. Hunc titulum apud *Afflict.* excipit alter: *de filiis Presbyterorum*, qui in *Editis* extat Lib. III.

T I T. XCIII. *Deest in Græco.*

Idem. *Deest in Græco.*

Pag. 96. *lin.* 30. Nuntiorum ipſorum noſtrorum) Sic *Palat. Alibi* deeſt *ipſorum*.
lin. 34. Pro ſervitiis noſtris locet) Advertendum *locare* idem eſſe ac *conducere*; ſic mox *dimidio tareno locare*, eſt *conducere dimidio tareno*.
lin. 35. Quod ſi non habet, licentiam habeat &c.) Sic ſane interpungendum. In *Aliis* ſine ſenſu: *Quod ſi non habet licentiam, habeat*. Senſus autem hic eſt: *Quod ſi non habet equos, licentiam habeat aliqua compellendi &c.*

T I T. XCIV. *Deest in Græco.*

Pag. 97. *lin.* 45. Qua nobis tenentur aſtricti, mandamus) Sic *Palat. Alibi*: tenentur, aſtricte mandamus.
Pag. 98. *lin.* 5. Redimant) Sic optime in *Palat.* In *Aliis*: recludant.

T I T. XCV. *Deest in Græco.*

De numero officialium &c) In *Palat.* rubrica hæc deerat; & præmittitur Conſtit. ſequenti *Volumus &c.*
lin. 23. Quæ de componendo ſtatu) Sic recte *Palat.* & *Liad.* In *Aliis*: qua.
lin. 33. In eo pacis, & juſtitiæ robora affluenter, & provide nutriantur) Sic *Palat.* In *Lind.* affluent, & provide; ſed typothetæ errore. In *Aliis*: affluat, & provide nutr.
lin. 39. Id ordinarium fore) Sic *Palat. Alibi*: ordinatum.
Pag. 99. *lin.* 7. Prædæ materiam) In *Palat.* deeſt: *prædæ*.
lin. 28. Ita quod nullus Magiſter Iuſtitiarius) Sic *Palat.* & *Afflict. Alibi*: Magiſter Iudex.
lin. 38. De neceſſitate ſuaſerit) Sic *Palat. Alibi* infinditur: *prout ſuaſerit*.

Nova Conſtitutio. *Deest in Græco.*

Pag. 100. *lin.* 29. Sic juſtiſſimas, & vigil.) Sic in *Palat.* In *Venet.* ſi juſtiſſimos.

Idem. *Deest in Græco.*

lin. 38. Annui viri induſtres) Sic *Palat.* & ſic *Afflict.* legiſſe videtur. In *Aliis*: annui viri illuſtres.
Pag. 101. *lin.* 1. Diſcretio, & inremota juſtitia) (h. e. inconcuſſa) In *Palat.* disjunctim *in remota*. *Afflictus*: *in remora*; quod infeliciſſime conatur exponere. Omnium peſſime in *Aliis*: in remoto.

TIT.

TIT. XCVI. Κεφ. Ο.

De exordiis &c.) Sic *Palat.* In *Aliis*: De in jus vocando, alias de exordiis. *Græco*: De illo qui nescit se in Curia Regia accusari.

lin. 31. Ad proclamationem) Sic in *Palat.* *Alibi*: ad proclamandum.

Pag. 102. *lin.* 1. Termino peremptorio) *Græce* περεμπτορίας, & inferius περαιπτορίας; sic scriptum in Codice, sed scribendum περεμπτορίας; sic enim est in Gloss. Nomic.

lin. 6. Diversitate distingui) *Græce* est κατὰ τὴν ... διαστίξασθαι; certissime heic deest διαφορὰν, vel tale quid.

lin. 19. Per novem dies domi) Sic *Palat.* & *Græcus*. *Alibi*: per octo dies; quemadmodum etiam *Afflict.*

lin. 24. Quo studiose & diligenter diverso) Sic *Palat.* *Alibi*: dimisso. Neutrum verum. Legendum potius *discusso*, vel *dimenso*. *Græce* est *calculato* ψηφισθέντες.

lin. 28. Per dies duodecim commorari) Sic ubique. Ex *Græco* corr. *decem*.

lin. 30. Contempserit impetitus) Tit. 98. inferius τὸ *impetitus*, h. e. *reus conventus*, deest. *Sive civiliter, sive criminaliter impetatur*. Ceterum sic legitur in *Sugan.* & *Venet.*, & quidem recte. Nam perperam in *Palat.* *Lindeb.* & *Lugd.* legitur *impeditus*; quod retinet etiam *Afflictus*, qui h. l. num. 16. de impedimento superveniente multa loquitur. In *Græco* supplendum, vel subaudiendum ἀναζητηθεὶς.

TIT. XCVII. Κεφ. Οα.

Pag. 103. *lin.* 7. Assignentur eidem) Sic ubique. Forte *consignentur*: *Græce* enim est παραδιδόσθωσαν.

lin. 19. Tempus expressum &c.) καὶ ῥητὸν περιέχετωσαν; hoc verbum superfluum est; præcessit enim περιέχειν: ut nihil dicam de plurali, quod hic abnorme; alias περιεχέτω scribi oporteret.

lin. 29. Sexaginta) *Græco* est ἓξ ἡμέρας *sexaginta* decurtatum pro ἑξήκοντα, ut superius etiam factum innuimus.

lin. 33. Et legitime in principali causa defendi) In *Palat.* in principali causa deferendi. In *Venet.* in ... defendendi. *Lindebr.* legitime principalis causa ... debet.

TIT. XCVIII. Κεφ. Οβ.

De assignatione &c. Græce: *Quo loco litteræ inquisitionis deponi debeant, si is qui inquiritur, non compareat.*

Pag. 104. *lin.* 30. Per alium fide dignum) *Græce* ἄλλου ἐξοτίστου ἀνδρὸς, corr. ἀξιοπίστου *fide digni*.

lin. 33. Non ut judex causæ ... assumatur) In *Græco* nonnulla desunt: *sed ut quilibet minister alius ad faciendum aliquid assumatur, nec causæ &c.* Credo primum ὑποθέσεως *Iudex causæ*, cum posteriori ὑποθέσεως *causæ cognitione* imposuisse exscriptori nostro, quo intermedia verba penitus omiserit.

TIT. XCIX. Κεφ. Οι.

De pœna contumaciæ in civilibus causis) In *Græco* deest *in civilibus causis*. Præter ultimum autem §. *Civilibus autem causis*, tota Constit. hujus series civiles, & criminales actiones complectitur.

Pag. 105. *lin.* 23. Contingebat interdum nobilem aliquem) In *Græco* εἰς εὐγενῆ, καὶ &c. videtur illud εἰς redundare. Paulo aliter hæc in *Græco* leguntur; sed sensu plane eodem: *Contingebat interdum nobilem aliquem atque opulentum hujusmodi pœnam nihili facere, quandoquidem non sentiebat imminui paternam substantiam, detracta aliqua portione mobilium rerum. Æqualem igitur pro æqualitate personarum pœnam imposuimus.*

Idem. Κεφ. Οδ.

Sine inscriptione rubricæ, quæ non desideratur in *Græco*: De immittendo actore in possessionem bonorum contumacis.

TIT. C. Κεφ. Οε.

Pag. 106. *lin.* 23. Appellationis remedio juxta Divorum ... denegando) *Græce* ἢ τὴς ἐκκλήτου βοηθείας, corr. τῆς τῆς ἐκκλ. *juxta Divorum Principum &c.* κατὰ τὰ ἀρεσθέντα τοῖς ... αὐγούστοις, *juxta placita prædictorum Principum Divorum*. In *Latin.* *prædecessorum*; sed perperam. Nam *prædictorum*, quod est in *Græco*, refertur ad præcedentem Constit., ubi dicitur: *antiqui juris regulis inferentes*.

lin. 31. Iudicem competentem) *Græce* δημοσίῳ δικαστῇ; cur *competens* δημόσιος dicatur dicere nequeo.

lin. 33. In *Græco* ἀποκρυβῶν, corrig. ἀποκρυβῶν; quemadmodum paulo post vers. 40. etiam, ubi mendose quoque scribitur.

lin. 35. Videlicet, quod se specialiter animo ... absentaverit) Hæc desunt in *Græco*, & certe glossema videtur esse *Afflict.* Rubr. 97. n. 6.

Pag. 107. *lin.* 8. nostræ Celsitudinis conscientiam, & mandatum, si nobis hoc mandare placuerit, requiri censemus) In *Græco* aliter concipitur: *voluntatem ... si velint, requirere mandamus*.

lin. 19. Ita ut nihilominus etiam, si Iudex &c.) Ita locum interpunximus indicio *Græci* Codicis. In *Aliis omnibus*: ita ut nihilominus, etiamsi Iudex &c.

lin. 21. Reipsa & personaliter) Desunt in *Græco*, sed horum vice δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπαιτουμένου πράγματος.

TIT. CI. Κεφ. Οϛ.

De fide nobilium &c. *Græce* brevius concipitur: *De declaratione debiti*.

lin.

lin. 44. Possessionem bonorum . . . petatur juxta considerationem) Ex *Græco* Codice *δικαίας justam* edidimus; in omnibus enim aliis *mixtam* legebatur. In *Græco* deest vocula, quæ respondeat *petatur*.

Pag. 108. *lin.* 2. Iudicio declarandæ) In *Græco* additur *μεθ' ὅρκου cum juramento*; quod legebatur *Afflicti* ætate.

lin. 11. Aliis autem &c.) In *Græco* sic habetur: *Aliis autem ad tres uncias credatur. Iurantibus autem hæc, nulla alia &c.*

TIT. CII. Κεφ. Οζ.

De resignanda &c. Græce: *De contumace ante (litis) contestationem.*

lin. 38. Ceterum si de causa sit liquidum) Sic *Palat.* cui convenit *Græcus*. In *Lind.* ceterum si de causa non liquidum. In *Aliis*: Ceterum si de causa non liquet. perperam.

TIT. CIII. Κεφ. Οη.

De perceptione fructuum) Sic *Palat.* Apud *Afflict.* est ἀνεπίγραφος. In *Aliis*: *De contumace convento reali, seu personali actione.* Melius in *Græco*: *De contumace recuperante possessionem bonorum feudalium.*

Pag. 109. *lin.* 18. Illud nihilominus) usque ad finem desunt in *Græco*.

TIT. CIV. Κεφ. Οθ.

De contemptu &c. Græce: *De pœna imposita actori, & reo convenientibus.* In *aliis Editt.* de tractu &c. Apud nonnullos: *de partibus prorogantibus seu elongantibus terminum sibi datum a iudice.* In *Lind.* de tractatu &c.

lin. 33. Recepto ab eis termino) Sic *Palat.* In *Aliis* additur: *peremptorio.*

lin. 35. Qua fit, ut eorum dispendium) Sic *Lind.* & *Alii*: præter *Palat.* ubi: *Quod fit in eorum dispendium, & ut judicli processum impediat . . . illudant.* Græce: *unde judicii cursus impeditur, & honor, & auctoritas judicialis contemptui habetur.*

TIT. CV. Κεφ. Π.

De pactionibus &c. Græce additur: *ante contestationem.*

Pag. 110. *lin.* 38. *Confessus dare debuisset*) *Græce*: ὅπερ ὁμολογήσει ἑαυτὸν ὀφείλειν διδόναι, corrig. ὀφείλει.

lin. 41. Vt sicut . . . sic in jure) In *Græco*: sicut enim.

TIT. CVI. Κεφ. Ο.

De privilegiis &c. Græce: *De abolitione privilegiorum, quibus nonnulli ad non prodeundum se tuebantur.*

TIT. CVII. Κεφ. ΠΒ.

Pag. 111. *lin.* 34. Benigna, quam necessaria) *Græce* πραία scribe πρᾳα.

Pag. 112. *lin.* 12. *Ita videlicet ut si . . .* usque ad *persolvant*, deest in *Græco*.

lin. 16. Quæ quantitas inter habitatores) In *Græco* aliter dicitur: *Si vero Universitas foculari destituitur.*

Explicit liber &c.) Sic etiam finem facit Edit. *Suganappi*.

LIBER SECVNDVS.

TIT. I. Κεφ. Α.

De pœna contumaciæ &c. Græc. *De bannitis.* Accedit propius ad Latinum Codex *Barberinus* (quem mox cum Parisiensi collatum dabimus) quam *Parisiensis*.

Pag. 113 *lin.* 21. Patratis sceleribus) *Græce* πατρικαῖς, quod nihil valet, corr. πατραταῖς, latina voce integre servata.

lin. 22. Vagari) *Græce* ἀδιάσαι *vagari*, corrig. ἀδειάσαι *confidenter incedere*, ex ἄδεια *securitas*.

lin. 32. Criminaliter & capitaliter) *Græce* χριματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς; lege igitur κεφαλικῶς.

lin 43. A die annotationis) In *Palat.* citationis.

Pag. 114. *lin.* 1. Si non habeat liberos annotatus) Sic etiam in *Græco*. *Palat.* si vero habeat liberos annotatus.

TIT. II. Κεφ. Β.

Vt Vniversitas &c. Græce: *Vt Communitates Vrbium in actionibus, aut defensionibus procuratorem ordinare possint.*

Pag. 115. *lin.* 7. De necessitate oportebat inferri quod . . . manerent) *Græce* ἐξ ἀνάγκης ἐμετέχε μὴ μεῖναι: sic *Parisiensis*: at in *Barber.* ἐξ ἀνάγκης ἐνέτεχε μὴ μεῖναι; verum ex Latino *Græca* refingenda videntur ἐξ ἀνάγκης ἐτύγχανε μεῖναι.

lin. 17. Si hoc elegerint) Deest in *Græco*.

lin. 20. Sententia tamen in criminalibus &c.) In *Græco* paulo aliter: *sententia vero tam in criminalibus causis, quam in præsenti casu &c.*

TIT. III. Κεφ. Γ.

lin. 38. Anni decursum) In *Palat.* additur: *per bannitorem.*

lin. 43. Perinde habeatur ac si &c.) ἀντὶ ὁμολογοῦν-

γοῦντος in *Parisiensi*: *Barberinus* ἀντιομολογοῦντος; sed videtur omnino debere esse ἀντὶ ὁμολογοῦντος, *sed pro confesso reputetur*.

Pag. 116. *lin.* 5. Interim sibi judicii limina præeludentur) Ex *Græco* tamen patet legendum: *Intantum* . . . *quod &c.* *Græce* αὐτῷ περικλείεται emendavimus ex *Barberino*; nam *Parisiensis* habet male αὐτοῦ; licet perperam in *Barber.* est περικλυςαι.

lin. 19. Videlicet ut si) Sic in *Editt.* Sed ex *Græco* corrig. *videlicet si comitem* (*socium*) *occiderit, aut ceperit*. In *Palat.* occiderit acceperit; unde factum, ut alii Codd. exprimerent: *occiderit, aut ceperit*.

lin. 33. Qui forjudicatus, vel forbannitus non fuerat) Sententia necessario postulat, ut Græcis particulam negantem οὐκ, quæ exciderat, addamus.

lin. 37. Rustico sex) In *Græce* additur: *sicuti quisque horum bannitus, aut forbannitus fuerit*: quæ omnino desunt in *Latin.*

lin. 42. *De licentia namque*) Latina bene procedunt; sed in *Parisiensi*: παρά τῆς ἡμετέρας τοίνυν ἀδείας μεγαλιωτάτος ἢ βλάψαι; & in *Barberino*: παρὰ τῆς ἡμετέρας ἀδείας εἰ βλάψαι; emendandum igitur ex utroque sic poterit: παρὰ τῆς ἡμετέρας ἀδείας καὶ βλάψαι; *de licentia namque nostra offendere etiam poterat*; vel saltem legendum: παρὰ τῆς ἡμετέρας μεγαλειότητος τῆς ἀδείας &c. *Impunitate enim nostræ Serenitatis data &c.* Verum vera lectio fuerit: παρὰ τῆς ε. α. Φονεῦσαι ἢ βλάψαι: *Ex vi nostræ impunitatis occidere, vel &c.* ut mox rursus v. r. p. 117.

T I T. IV. Κεφ. Δ.

De redimendis captivis) Sic *Palat.* sed, monente *Afflicto*, melius ut in antiquis, & melioribus Codd. *Ut bannito liceat intra duos menses redire, & se Justitiario assignare*: Satis apposite ad *Græcum*: *De expectato tempore banniti*.

Pag. 118. *lin.* 17. Cui magis elegerit) Græca syntaxis pro *quem elegerit*.

lin. 23. Et sic postea &c.) Latina non magis quam Græca satis sunt soperque impexa, licet Græca paulo Latinis sunt explicatiora. *Et sic porro a Magistro Justitiario, & Justitiario acceptis securitatis literis, datis sponsoribus . . . secure redeat ad justitiam faciendam*. Recta igitur series periodi hæc erit; si quæ in medio sunt verba, parenthesi includantur.

lin. 31. Quorum nomina, & fidejussionis formam... rescribentur) Sic *Vulg.* omnea, & quod magis mirari subit, ne Græcus quidem interpres ab hac labe immunis fuit: καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὸν τύπον... δηλοῦσθωσαν. Illic igitur *forma* ὁ τύπος rescribendum. In uno *Sugan.* legitur *forma*.

lin. 39. Sacramento accusatoris ipsius) In utroque *Græco* deest *accusatoris*: ut dubitandum relinquatur, accusator, an accusatus adigatur ad juramentum.

T I T. V. Κεφ. Ε.

De exhibendis &c. Apud *Afflict.* *De notificandis &c.* quod propius ad *Græcum*.

Pag. 119. *lin.* 40. Vel quomodolibet notatorum... & eorum etiam filios, si &c.) hæc omnia desunt in *Græcis*.

T I T. VI. Κεφ. ς.

De Fisco succedente &c.. Græce: *De successione forjudicatorum*.

Pag. 120. *lin.* 22. Ante bannum editum) Recte in *Palat.* In *aliis Edit.* Bannum edictum.

T I T. VII. Κεφ. Ζ.

De pœna forjudicatorum (hæc desunt in *Græco*) *& Bajuli &c.*

Pag. 121. *lin.* 15. Eis autem pubertatis tempus) In *Barber.* ἀνήβητος: quod recte. In *Paris.* pessime ἀμοιβότητος. Ἀνηβότης est id ævi spatium, quod est infra pubertatem. Ceterum melius scripsisset ἐφηβότητος.

lin. 17. Et in tutelam propriam venientibus) *Afflictus* pag. 20. aversa col. 2. n. 12. Sic commentatur: *Verba . . . sumpta fuerunt per Petrum de Vinea, qui fuit subtilis doctor, ex leg. cum filiorum D. de leg. 3. in princ.*

lin. 22. Si res acquisita de feudo foret dividua) Sic in *omnibus Editt.*, præterquam in *Palat.* si res acquisita foret de feudo si restaret dividua contigere debuisset. Sensus hic esse videtur, tum partem feudi ad Fiscum spectare, si feudum sit divisibile, h. e. si feudum sit jure Longobardorum, non jure Francorum. *Si res de feudo*, i. e. *si res feudi*, h. e. *ipsum feudum*, ut *res cibi* pro *cibus*. Si res de feudo foret dividua) In *Palat.* est: *si restaret*; quod glossema e margine in textum fortasse a Græca versione ἀπομεινει adscitum, erit. In *Græce* εἰ τοῦ Φίου &c. *Si quid feudale superfuit medietas*. Hoc quid sibi velit ignoro penitus; fortasse scriptum in *Græco* fuerit ἀπόνειμαι *possederit*. Porro scriba Græcus, qui Latina Græce interpetrabatur pro *dividua*, vel legerit *dimidia*; vel *dimidia*, & *dividua* idem valere conjecerit; hinc τὸ ἡμισυ verterit. His igitur animadversis sic integer locos vertendus erit, ut jam innuimus: *Si quid feudale possederit dividuum*, h. e. si feudum possederit divisibile, jure scilicet Longobardorum: Sic ex Latino cum *Græco* collato luculentior sensus elucescit.

lin. 45. Secundum generalem Assisiam) *Afflict.* h. l. adnotat: *secundum generalem observantiam regni*.

T I T. VIII. Κεφ. Η.

Pag. 122. *lin.* 23. Non substentationem ab aliquo postulari) Ex *Græce*: neque subventionem accipere de bonis &c. Videtur olim scriptum *præstari*, quod postea in *postulari* transit.

TIT.

TIT. X. Κεφ. I.

Pag. 123. *lin.* 44. Quos velut ſuſpectos) Ex *Græco*: quos quemadmodum, & alios fortaſſe ſuſpectos. Quod ſcite; princeps enim non ſolum accuſatos majeſtatis ante ſupplicium mancipare carceribus poteſt, ſed & aliorum criminum ſuſpectos. Ceterum hic locus additamentis depravatus ex *Græco* juvabitur parentheſi ſic: *At hujus &c. accuſatos vel delatos criminis majeſtatis (quos quemadmodum & alios fortaſſe ſuſpectos ante ſupplicium carcerari, cuſtodia ſpecialiter, & expreſſim detineri mandamus; vel ubi Iuſtitiariorum noſtrorum aliquis hoc injungat, cum vel perſonæ levitas, vel immanitas criminis iſtud exegerit) quando contra ſalutem &c.*

TIT. XII. Κεφ. Iβ.

Rubrica Græca brevius concipitur: *De accuſante, & in judicium non veniente.*

Pag. 126. *lin.* 21. In ſexta parte mobilium) *Græce* eſt; *in tertia parte*; forſan melius, ut apparet ex initio ſequentis Conſtitutionis.

TIT. XIII. Κεφ. Iγ.

Pag. 127. *lin.* 2. Et ſi in edicto alio) h. e., ut in *Græco*, in alio termino.

TIT. XVI. Κεφ. Iϛ.

In Rubrica Tit. XVI. Non dato termino aliquo, vel retento) In *Græco* deſunt. In *Lind.* leguntur. *Sugan.* vero: *non dato aliquo, vel retente.* Et intelligas τιμήματος, ut paulo poſt legitur in *Græco* lin. 44. μητὲ τινος . . . δεχομένου &c., quæ deſunt in Latinis; & quæ ſic vertas, quemadmodum hæc ipſa exprimit Titulus Latinus: *Neque aliquo termino dato, vel accepto.*

Pag. 129. *lin.* 37. Imo ut ſpecialius) In *Græco*: ἢ μᾶλλον, corr. ἢ ὡς μᾶλλον.

TIT. XVII. Κεφ. Iζ.

Græce: *De abolitione pœnæ contumaciæ a Francis poſitæ.*

Pag. 130. *lin.* 7. Noſcentias, & momenta temporum) Sic *Lindeb.*, & vide Du-Gang. h. v. In *Græco Barber.* κουίντζανας, in *Pariſ.* κουίνζανας. Vox Francica *quinzaine*, h. e. *quindena*; quæ apud Latinos integra manſit *quinzena*; & quæ poſtea evaſit in *noſcentias*. Gangius h. v. dubitat, an ſit *naſcentias*, h. e. *genituras*. Sane dicerem intelligendam eſſe pro noviluniis; didici enim Francos curioſos nimium inquiſiviſſe tempora naſcentis lunæ. In *Palat. quinzéncias.* In *Sugan. quingenties.*

lin. 27. Firma juſtitia) Deeſt in *Græco*.

lin. 32. Vel poſſeſſionem, & venditionem) Sic *Vulg. Palatinus* habet: *vendicationem*; & quidem apte ad *Græcum* διεκδίκησιν.

TIT. XVIII. Κεφ. Iη.

De dilationibus &c. Græce: *Pro qua pecuniæ quantitate libellus non dari debeat.*

Pag. 131. *lin.* 5. Sive &c. quis criminaliter privato, vel publico judicio accuſetur) *Græce*: εἴτε χρηματικῶς, εἴτε &c. *ſive civiliter, ſive criminaliter judicio accuſetur*; quæ deſunt in Latinis, & *Afflict.* legit. In *Græco* rurſus deſunt: *ſive privato, ſive publico.* Accuſetur) Sic *Palat.*, & *Græco* convenienter; in *Aliis*: accuſet.

TIT. XIX. Κεφ. Iθ.

Pag. 132 *lin.* 20. Ad probandum &c.) In *Græco* ſic: *& ſic breviſſimus terminus ad probandum ipſi concedatur, conſideratis locorum diſtantiis, qualitatibus cauſarum, & conditionibus perſonarum.*

TIT. XX. Κεφ. K.

Pag. 133. *lin.* 12. Exceptionem . . . . alter alteri non opponat) Sic *Palat. Lindeb.* & *Græc.* In *Sugan.* & *aliis*: exceptionem . . . . opponat, dum tamen non is &c.

lin. 23. Ne alterius tædio, ſub &c.) Sic ferme *Omnes*. Solum *Palat.* militare debebit tædio, ſub cujus expenſis &c. Deſunt ergo *nec alterius*. In *Græc.* ſic: *ne ſubſtentatus impenſis alterius . . . . impugnare præſumat, qui nobis laudabiliter ſuis ſumptibus inſervit.* Illud ergo *tædio* ſuſpectum videtur.

Pag. 134 *lin.* 3. Banniti tantummodo) Itaque forjudicati impune poſſunt militare, ſed jus iis ad comparendum in judicio non datur.

TIT. XXI. Κεφ. Kα.

De litis conteſtatione &c.) Græce: *De civiliter agente, & criminaliter accuſato.* In *Afflicto* etiam variat, quem vide h. l.

Pag. 135. *lin.* 1. In quibuslibet præjudicialibus aliis) Adde ex *Græco*: cauſis.

TIT. XXII. Κεφ. Kβ.

Pag. 136. *lin.* 17. Accuſati, citati) Sic retinuimus; licet in *Vulgat.* ſit: *accuſati vel citati.* Accuſati nim. apud Iudices Provinciales, citati per Magiſtrum Iuſtit. Sic etiam legitur in *Græco*.

TIT. XXIII. Κεφ. Kγ.

lin. 36. Admiſſio cujus probationis eventus judicii &c.) Sic *Vulg.* in *Palat.* admiſſo cujus probationis eventus juditii qualiter &c. In *Sugan.* admiſſo; cujus probationis eventus jodici, qualiter in cauſa procedere debeat, demonſtrabit. Verum ex *Græco* ſic emendandum: *admiſſæ cujus probationis eventus, judici, qualiter in cauſa procedere debeat demonſtrabit.*

TIT. XXIV. Κεφ. Κδ.

De processu judicii. Græce: *Quod accusator & reus, acti nem, aut defensionem intra tres dies proferre debeant*.

Pag. 137. *lin.* 12. Quæ ad probationem, & adminiculum suæ probationis) Sic in *omnibus*, quo nihil ineptius. Ex *Græco* sic emenda: *ad constitutionem, & probationem suæ causæ*.

lin. 21. De facto competentes) Sic in *Palat.* & sic uterque *Græcus* Codex. In *Vulg.* de jure.

lin. 36. Ad probandum acceperint (procurator tam ea &c.) Sic. *Vulg.* in *Palat.* ad probandum acceperint per Curiam, tam ea &c. & facile τὸ *procurator* in *per Curiam* transiit.

Pag. 138. *lin.* 12. Vel causæ) Sic *Vulg. Palat.* vel esse judicii; & sane in *Græcis*: *vel causæ judicii*.

lin. 37. Plerumque etiam &c.) Totus hic §. in Latinis omnibus corruptissimus est: quare sic ex Græco corrigendus: *Si vero judex cognovit ipsum falso respondere, & suspectum habeat respondentem: a Sacramenti religione abducere eum posse censemus*. Sic etiam legit *Afflictus* in hac Rubric. n. 9.

TIT. XXVII. Κεφ. Κζ.

De fide instrumentorum &c.) Græce: *De instrumentis in quibus continetur nomen alicujus hostis aut proditoris Imperatoris*.

TIT. XXVIII. Κεφ. Κη.

De revocatione &c. Græce: *De proferendis prædictis instrumentis ad Aulam Regiam*.

TIT. XXIX. Κεφ. Κθ.

De privilegiis &c. Græce: *De pœna eorum, qui hujusmodi instrumenta ad Aulam Regiam non produxerint*.

Pag. 140. Nostræ Cameræ) Sic in *omnibus*; præterquam in *Palat.* Nostræ Curiæ Cameræ. Pro τῷ *Curiæ* habent Græci Codices κόρτης. Olim igitur scriptum *Curiæ* erat, mox in margine juxta recentiorum temporum politiam appictum *Cameræ*; editor autem *Palat.* admisit in textu utrumque *Cameræ*, & *Curiæ*, ut supra tit. X. lib. 1. idem peccavit, cum *loricas* & *panceras* simul connexit.

TIT. XXX. Κεφ. Λ.

De casibus &c. Græce simpliciter: *In quibus casibus audientia testium committatur*.

Pag. 141. *lin.* 8. Quam si infra prædictum terminum) In *Vulg.* In *Palat.* Quam si ipsum tantum infra &c.

lin. 11. Per cognoscentis litteras) Sic *Palat. Græco* congruenter. *Alibi*: cognoscentes.

lin 22. Si per cogentem) Corrig. cognoscentem; Græce enim est διαγινώσκοντος, ut lin. 11.

TIT. XXXI. Κεφ. Λα.

De legibus &c. Græce: *De legibus paribilibus non indicendis in posterum a judicibus*.

Pag. 142. *lin.* 6. Leges, quæ a quibusdam simplicibus sunt dictæ) Τοὺς παρὰ &c. sic ex utroque *Græco* Codice collato edidimus, & ad Latinam versionem apposite. Ceterum in *Parisiensi*: Τὺς παρὰ λατινῶν ἁπλῶν ἀνθρώπων. In *Barber.* τὺς παρὰ τίνων ἀνθρώπων.

lin. 10. Perscrutamur & errores) sic *Palat.*, & *Lindeb.* Sic etiam *Græce*. In *Vulg.* perscrutamur, & inspicimus errores.

lin. 15. Leges paribiles .... absconsæ) Legis paribilis igitur etymon inde est quod apparere facit veritatem; nam *paribilis absconsæ* opponitur.

lin. 23. Candentis ferri calorem) Græce χρόαν *colorem*; sed perperam; Græculus enim noster pro *calorem* legit *colorem*; nisi χρόα heic sit *massa*. Postrema hujus periodi *quem submergi* &c. desunt in utroque Codice Græco.

TIT. XXXII. Κεφ. Λβ.

De pugnis sublatis. Græce: *Quomodo se tueri oporteat contra Comites, & Barones*.

lin. 37. Prosequentes benivolum &c.) *Græce* aliquid deest: In utroque enim Codice est τὶ ἀγαθὸν .... τῶν μονομαχιῶν ἀφαιροῦντες; crederem refingendum & supplendum περὶ τῶν μονομαχιῶν φανεροῦντες *propositum* ... *de pugnis manifestantes*.

Pag. 143. *lin.* 1. In monomachiam .... reponebant) reponere heic *rejicere*, non simpliciter *ponere*; tunc enim oportuisset dicere *in monomachia*. Et quidem *Græce* est ἀντέθουν *rejiciebant*.

lin. 3. Quid de eis ... declarantes) In *Græco* transposita sunt, & paullo aliter exarantur. Quid de eis celsitudo nostra) In *Palat.* Constitutio nostra; sed *Afflictus* & *Sugan.* habent *celsitudo*, & bene; nam aliter ineptam redoleret tautologiam. Sed quod mirum in utroque Græco Codice est διάταξις; quod manifeste evincit Græculum nostrum ob oculos habuisse Codicem Latinum, qui cum Palatino consonaret. Declarantes) sic in *omnibus*; corrig. ex *Græco* declaramus; aliter *declarantes* congruo verbo destitueretur.

lin. 8. Iam circa principales .... *usque ad* productorum) Desunt in *Palat.* & *Græco* utroque.

lin. 18. Per quas) Sic *Palat.* in *aliis* male: *per quos*.

lin. 23. Quod nullus angarius, vel villicus &c.) In utroque *Græco* ἐγγαρίριος. *Engara* pro *Angara* ad linguæ Franciciæ genium, vid. Du-Gang. h. v. Vel villicus seu .... casalibus (h. e. casis, tuguriis humilibus, ut legit *Lindeb.*) habitat &c.) Ceterum seu *casæ*, seu *casalia* desunt in Græco, & etiam *sive quicunque villanus*. Solum restat *villicus*, qui Græce redditur ἐναπόγραφος h. e. adscriptitius, qui jure a testimonio

nio repellitur. Certe si hæc *Afflicte* innotuissent, non opifices rusticos a testando arcuisset.

lin. 26. Nullus vilis conditionis) *Græce* τινὸς αἰρέσεως ὤν. Τὶς enim hoc loco est pro τύχων, ut *homo quidam* apud nos sonat.

lin. 33. In judiciis vel arbitrio, vel extra) Sic in *Omnibus Græcis* & *Latinis*. In *Palat.* deest *vel arbitrio*.

Pag. 144. *lin.* 6. 16. Burgenses) In *Palat.* quindecim.

lin. 37. Iuxta novæ Constitutionis &c.) Sic in *Vulg.*, quas prætulimus *Palat.* juxta normam Constitutionum nostrarum statutam; & quæ sunt Barberino Codici magis congruæ; nam in Parisiensi κατὰ τὸν τ. τ. ν. δ. desunt.

T I T. XXXIII. Κεφ. Λγ.

Png. 145. *lin.* 8. Inter Barones) Melius *inter homines*; Græce enim est ἀνθρώποις.

lin. 18. Vel in aliqua ... & potentiore virtute) Sic in *Palat.*; in *aliis* potiore: *Græce*: & in aliqua parte sui corporis vi majore sit præditus.

lin. 19. Ingeniis) *Græce* μηχαναῖς h. e. artificiis ex genio videl. linguæ Neapolitanæ.

lin. 32. Tunc demum ad pugnæ judicium) Græce πρὸς τὴν τῆς μονομαχίας κρίσιν βεβαίωσιν, & quidem in *Paris.* At *Barberinus* non habet τὸ βεβαίωσιν, & rectius; nam vocum altera otiatur, nisi mavis legere κρίσιν, ἢ βεβαίωσιν, *judicium*, *seu probationem*; nam antea monomachia lin. 11. dicitur βεβαίωσις. Additur δικαστηρίῳ &c. *dicasterio inclinante*, quod Latine *indiciis præcedentibus*, quæ sunt mutuata ex tit. 39. lin. 28. *indiciorum præcedentium probatio*.

lin. 41. Accusatoris juri) Sic in *Omnibus*; sed in utroque Græco legi τῆς κατηγορίας *accusationis juri*; quod fortasse melius. Nam Imperator vult ut licet obscurum facinus arbitrio fortunæ sit commissum, vel sic tamen indicia antecapta ne abolerentur.

lin. 43. Τῷ βεβαιῶσαι *de probando*; heic certe accidit ellipsis præpositionis περὶ, ut & alibi familiare est pag. 149. lin. 40. & 168. lin. 16.

